ITALIA-ESPAÑA

GUÁRDESE COMO



JOYA PRECIOSA

EX-LIBRIS
M. A. BUCHANAN

RB46464

Library
of the
University of Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

http://archive.org/details/lusitanialiberat00sous


Vngue Leo fisus credit tenuiſse Draconem,
sed, quia iustus, eum iam Draco fecit ouem.
Hoc docet exemplum breuiter violenta perire,
solaq; in æternum viuere iusta solent.
Iustus ut palma
Cupressa crescit
LVSITANIA LIBERATA
ab injuſto Caſtellanorum dominio;
RESTITVTA
Legitimo Principi Sereniſsimo IO[illegible]NI. I[illegible]
Lusitaniæ, Algarbiorum, Afr[illegible]cæ, Arabiæ,
Persiæ, Indiæ, Braſiliæ, &c. Reg[illegible] Poten-
tiſsimo.
Summo Pontifici, Imperio, Regibus, Re[illegible]pub-
licis, cæterisq; orbis Chriſtiani Principibus.
DEMONSTRATA.
Per D. Antonium de Sousa de Macedo Lusitanum, aulæ
Generosum; Regij ordinis Chriſti equitem, ac com-
mendatarium; in supremo Lusitaniæ Senatu Senato-
rem, Expeditoremq; grauaminum, atq; appellationum.
OPVS
Hiſtorice-Juridicum.
HAEC
VICIT.
Stemma Lusitan.
Insigne Regis Ioan. II.
Ordo Regius Lusit.
Insigne Regis Emanuel.
REGES LVSITANI, QVIA PELICANI, IN HOC SIGNO VICERVNT ORBEM

DE LIBRO LVSITANIA LIBERATA.
Auctore *D. Antonio de Sousâ de MACEDO.*

Doctor *Antonius Moniz de Carvalho*, eques, ac Commendatarius Ordinis Chriſti, Senator Regius in Portuenſi Senatu.

MÆonidis MACEDO laudes invidit Achilli,
Huic MACEDO cauſam præbet & invidiæ.
Vincit utrumque ſimul virtute, & laudibus heros
Luſiadum Princeps, qui tria ſceptra tenet.
Liberat utque jugo patriam pater optimus enſe,
Libera dat MACEDO geſta legenda libro.
Invidiâ ſimul, ac armis rumpatur Iberus:
Mæonio maius carmine ſurgit opus.

AD LVSITANIAM.
Doctor *Felicianus Dourado*, Eques Ordinis Chriſti, Senator Regius in Senatu Portuenſi.

LIbera gaude diù, jam LVSITANIA felix,
Atque iterum, SOVSÆ, gaude notata notis.
Num calamo tanto meliùs durabis, an enſe?
Vivere perpetuum præſtat uterque ſimul.

AD

AD AVCTOREM.

Joannes Suares de Britto, Sacræ Theologiæ Doctor, Protonotarius Apoſtolicus, Abbas *Rebordoſenſis*, publicus nuper in inclytâ *Salmanticenſi* Academiâ Philoſophiæ naturalis profeſſor.

DVm libertatem Patriæ, dum jura tueris,
Sceptraque finitimis imperatura locis;
Te ſimul, ANTONI, decoras, & priſca tuorum
Stemmata, Lyſiacis æmula principiis.
Scribere ſic decuit, quò te quòque clarior eſſes,
Et fieret ſcriptis clarior illa tuis.

LECTORI.

Pater *Balthaſar de Oliveira* Luſitan.

DVm Luſitanam defendit SOVSA Coronam,
SOVSÆ Orbis meritò laurea ſerta parat.
Ergo, duos, (Regem, & tanto ſub Principe SOVS
Jure coronatos indicat iſte liber.

Anonymi dependentis ex Rege CASTELLÆ.

QVam ſtupet obtentam, libertas inclyta, Mundus,
Vix foret illa niſi juſtificata foret;
Jam patet egregiis ſcriptis juſtiſſima SOVSÆ,
SOVSÆ [illegible] perfectum Lyſia debet opus.
Patria bis felix gnatis, qui, viribus æquis,
Quidquid oportet agunt, actáque juſta probant.

In

DE LVSITANIA LIBERATA.

Authore D. Antonio de Souſa de Macedo,&c.

(Decaſticon hoc, amoris ergô
Et Authori, & Operi, mittebat

JACOBUS *Howell* Armiger, Anglorum Mercurius)

SOVSA *Bragantinæ Pugil, Aſſertórque Coronæ,*
Strenuus Hiſtoriæ Vindex, & præco ſonorus,
Lumen Vlisbonæ, *qua non formoſior ulla*
Urbs ſub Sole nitet, qua non fragrantior *ulla,*
Quantas Illa *Tibi debet perſolvere grates,*
Quantos Illa *Tibi perſolvere debet honores,*
Quòd Luſitani, *pluma tam divite, Sceptri*
Jura, vices, titulos, regalia ſtemmata pandis;
Rex Terræ *totiûs erat* Macedonius *unus,*
SOVSA *ſit* Hiſtoriæ Rex *nunc,* Macedonius *alter.*

J. H. Brit-Anglus.

Londini 4° Nonas
Xbris. 1644.

ARGVMENTVM OPERIS.

Per Miniſtrum Potentiſſimi Principis amici
CASTELLANI.

DVm ciet horrendos armorum EVROPA furores,
Regeſque iratos alea Martis agit;
Captivum Regnum caput extulit, atque ſoporem
Excuſſit, referens talia verba ſono:
Cui fuerint ſua Regna minùs, regnavit ad Indos;
Huic ſervire nefas, frangere fræna licet.
Dixit, & electam ſacro diademate cinxit
Progeniem, Cælum cui ſua Sceptra dedit.
Sic dum antiqua cadunt, alibi nova Regna reſurgunt;
Sic rerum æternas diſce notare vices.

LVSITANIA LIBERATA

Ab Injuſto Caſtellanorum dominio.

RESTITVTA

Legitimo Principi, Sereniſſimo JOANNI IV. *Luſitaniæ, Algarbiorum, Africæ, Arabiæ, Perſiæ, Indiæ, Braſiliæ,* &c. Regi Potentiſſimo.

Summo Pontifici, Imperio, Regibus, Rebus-publicis, cæteriſque Orbis Chriſtiani Principibus

DEMONSTRATA

Per *D. Antonium de Souſa de Macedo* Luſitanum, Aulæ Generoſum, Regii Ordinis Chriſti Equitem, ac Commendatarium; in ſupremo Luſitaniæ Senatu Senatorem, Expeditoremque gravaminum, atque appellationum.

OPVS

Hiſtoricè-juridicum, materiarum varietate jucundum.

Complectens, ultra principale inſtitutum, omnes Luſitaniæ notitias (quoad terram, gentem, potentiam, & eventus ab Orbe condito) notatu digniores; nec non plurimas aliarum Provinciarum.

Cum duplici Indice; altero capitum, in principio voluminis; altero rerum, in fine; in quo Lector videbit, eſſe perutile, non ſolùm utriuſque juris Peritis, Hiſtoricis, Politicis, imò & Theologis, ſed etiam cunctis ferè Profeſſoribus diverſarum Literarum.

LONDINI,

In Officinâ *Richardi Heron,* Ann. Dom. 1645.

Cantate Domino Canticum novum, quia mirabilia fecit.

PSAL. 97.

SANCTISSIME PATER,
AVGVSTISSIMVM IMPERIVM,
SERENISSIMI REGES,
ILLVSTRISSIMÆ RESPVBLICÆ,
CLARISSIMI PRINCIPES.

Digna vox eſt majeſtate Regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri: & reverâ maius Imperio eſt ſubmittere legibus Principatum. Sedet tutò Sereniſſimus JOANNES IV in avito Luſitanorum ſolio; vult tamen (juxtà egregii Imperatoris ſententiam) non ſolùm armis decoratum, ſed etiam legibus ſe oſtendere armatum; ut Princeps Chriſtianus non ſolùm in hoſtilibus prœliis victor exiſtat, ſed etiam, per legitimos tramites, calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus, triumphator magnificus. O vos omnes qui diligitis juſtitiam; attendite ad cauſam non Caſtellanorum multiloquio agitatam, non Vanitatis cavillatione obrutam, non Ambitionis tenebris implicitam; ſed Luſitanorum moderatione propoſitam, Veritatis ſimplicitate diſcuſſam, Æquitatis luce demonſtratam; dignemini, quæſo, audire ſermones meos: ac in *Philippo*, & JOANNE videbitis, nil rationi magis conſentaneum potuiſſe fieri, quàm quod Regnum injuſtè acquiſitum, juſtè amitteretur. Valete diù Reipublicæ Chriſtianæ.

Antonius de Souſa de Macedo.

§

OMNIBVS.

LIbertatem Luſitaniæ adeo admiratæ ſunt exteræ nationes, ut (quod ſummæ fortitudini accidit,) temeritatem non durabilem eam reputaverint nonnulli. Hanc ſæpius cenſuram paſſæ ſunt illuſtres Luſitanorum actiones: cùm præcipuè, ſub 1 Alphonſo, Regnum ſibi pauci fundarunt adverſus Sarracenam, & Caſtellanam potentiam; cùm, ſub Joanne 1 diviſi, illud defenderunt à Caſtellanis; cùm, ſub eodem Rege, invaſerunt Africam; tandem, cùm, ſub Emanuele, inceperunt navigationem, & conquiſitionem Orientalis Indiæ. Planè, glorioſi exitus illarum potuiſſent rectè conſiderantibus oſtendere, aliquid particularius adeſſe iis, qui, ſoli inter cæteras gentes (hiſtoriæ teſtes,) in quatuor mundi partibus, pauciſſimis copiis, fecerunt mirabilia, contra innumerabiles exercitus Sarracenorum, Perſarum, Turcarum, & Caſtellanorum (ut omittam alios), quos omnes Orbis fatetur ex primis bellatoribus, ipſique, non inglorii, ſe agnoſcunt ſemper à noſtris victos. Diſcurrat verò unuſquiſque pro ut velit: Luſitani ſuum habent ratiocinandi modum; nec indigent exemplis, ultra propria; contraria judicia patefacient, facinora noſtrorum præclara, eſſe ſupra humanam mentem.

Dixi ut inferam, me non ſine causâ exiſtimare, tractatum præſentem de re ita mirabili, tibi (Lector) pergratum fore.

Hic habes facti deſcriptionem, deſideratam à multis,

datam ſic exactam à nemine. Narro quæ vidi, ſciens quod me narrantem Deus videt; ſolam ideò veritatem ſequor; nec ſine rubore, ſi vellem, poſſem fugere, quod tot teſtes adhuc extantes viderunt.

Habes jus (quod præcipuum;) non memoratis ſolùm concluſionibus, ſe diſputatis; ut obvietur mori Contrariorum, qui (velut hæretici hujus ſeculi è controverſiis doctiſſimi Bellarmini,) ex confutatis repetunt argumenta; verificatâ ſententiâ Tertulliani: *Omnia adverſus veritatem, de ipsâ veritate conſtructa ſunt; operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris.* Quinimò, in ſubſtantialibus, verba textuum, gloſarum, & Authorum tranſcripſi; ut & illa fortiùs ſuaderent, & ego non viderer ex relatione tantùm allegare, quemadmodum Adverſarii faciunt cum maximis erroribus. Ad hæc vulgaria quoque plus fortè probavi, quàm Juriſconſultum decet; quò, etiam illiteratis, paterent omnia. Et quoniam jus non metitur ex perſonâ Rei, ſed Actoris, (unde Caſtellani, de ſuo jam diffidentes, argumentantur de juſtitiâ Principis Parmæ, quaſi ab illo ſolo poſſent excludi;) neceſſe fuit examinare omnium prætenſorum ad Luſitanam Coronam actiones, eiſque refutatis, demonſtrare, legitimam conſtitiſſe in JOANNE hodie Rege, ad ſceptrum recuperandum.

Apolog. c.47.

Sanè, pro veritate, conſiſtente in paucis, diſputatio brevior ſatis eſſet; ſed, cùm illi qui oppugnant verum, carentes fundamento ſtabili, nova quotidie quærant, prout videmus in hæreticis; ſcriptores Caſtellani, (ut palàm facio *lib.*1. *cap.*14. *à n.*42,) inter ſe pugnantes diverſa capiunt fundamenta in jure Regis ſui ad Luſitanam Coronam, adhuc non concordantes in ſolido; ac neceſſitas reſpondendi

dendi

dendi omnibus dilatavit tractatum, (ſi reſponſio ad inania neceſſaria dici poteſt.)

Credo equidem, neminem ſanæ intentionis, dubitaturum de, JOANNIS Regis juſtitiâ; examinato jure quod refero, tam ex legibus ſuper ſucceſſione noſtri Regni ſpecialibus (de quibus *lib.*1. *c.*9. *à n.*84, *&* *c.*12. *à princ.*) quàm ex communibus Romanorum, quæ, quia egregiæ, (jubente Luſitanâ) apud nos ſervari debent; ut infra *d. c.* 9. *n.*81; ni decipiatur à Caſtellanis, qui, jus fugientes, non erubeſcunt affirmare: *Regulas juris ſcripti non eſſe bonas ad decidendas Regnorum ſucceſſiones.* Pro quibus adverto, quod, etiam ſi jus commune, ex vi legis, non militaret in talibus ſucceſſionibus: militaret ſaltem civilis, vel naturalis ratio; hac verò per utrumque ex litigantibus allegatà, melior profectò erit judex diſcurſus Juriſprudentiæ, quàm Caſtellanorum, vel ſimilium ambitio inſana; nunquam igitur negare poterit recurſum ad jus commune niſi tyrannus; ſic conſtat ex Doctoribus relatis *d. c.*9. *n.*29; ſic in exemplis ibi adductis *ex n.*31. fuit generaliter practicatum.

Ita Fuertes Biota in tit. articuli 2. Antimanifeſti.

Proœmia fortè damnabis tanquam ſuperflua; herculè poſterius omnimodè neceſſariũ, ad conſpectum calumniæ Caſtellanorum in ejuſdem paragraphis adnotatæ; (jam enim de modernâ Philippi actione diffidentes, alias quærunt in obrutis ſcriniis antiquitatis.) Prius convenit libri titulo, qui non eſt, *Libertas Luſitaniæ,* (cui illud ſuperfluum foret,) ſed, *Luſitania liberata,* quaſi in eo, poſt libertatem, oſtendam tibi Luſitaniam; quæ non erat antea, ſervus etenim (ſecundùm juris regulas) perſonam non habet.

Non puto me offendere Catholicum Regem Caſtellæ, quem maximè veneror; quis dicet, Apoſtolos ſanctos offendiſſe

offendiſſe Romanos Cæſares, & Reges Palæſtinæ poſſeſſores, cùm, apud Chriſtum Dominum, de Rege naturali erant ſoliciti? aut quis unquam Principem offendit loquendo ei veritatem? offenditur Rex Philippus ſolùm ab iis, qui, adulatione peſſimâ, ei repræſentant jus fictum pro alieno Regno, ad continuandum bellum injuſtiſſimum, in ruinam ſubditorum, cum dedecore, ac contra conſcientiam.

Accipe igitur benignè quæ tibi ſincerè offero, & junge cenſuram ſequentem; at ſi legas malo animo, emenda inſuper quæ inferiùs noto errata impreſſionis; &, ſive laudans, ſive rodens, vale diu, ut diu te rodas, vel opus laudes:

CEN-

CENSVRA

Brevis ad Caſtellanorum ſcripta quæ vidi poſt hujus voluminis impreſſionem.

FR. Joſephus Laynes ex ordine (ut ipſe ait) Sancti Auguſtini, Prædicator Regis Catholici, in Antelogio libri quem vocat, *El Privado Chriſtiano*, ſermonem irrationalem facit contra Luſitaniam. Pro cenſurâ ſufficit ex eodem libro notare Authoris intentum, conſcientiam, literas, judicium, & veritatem. *Fr. Ioſephus Laynes.*

Intentum fuit adulari, deſcribens Comitem Ducem miniſtrum primum Regis Catholici prudentiſſimè-Chriſtianiſſimum; in quo ita vilis exceſſit, ut, etiam illo miniſtro gubernante, vix ullus emerit abominatum librum.

Conſcientia eſt talis, ut quem, juxta officium Prædicatoris Evangelici, tenebatur reprehendere de peccatis notoriis, non dubitaverit æquiparare Joſepho, & Danieli; unde nil mirum ſi regimen illud tandiù duraverit, quandoquidem juſtiſſimum canoniſabatur à Prædicatoribus ſimilibus.

Literarum eruditio eſt eâ, ut in materiâ noſtrâ (ne divertamur) juris allegationem ita incipiat: *Reges Caſtellæ dominati ſunt Portugalliæ, tanquam provinciæ quæ includebatur in terminis ſui Imperii: Tertias inſulas, & reliquum dederunt duo Alphonſi Caſtellani in dotem duabus filiabus illegitimis.* In quo, inter alia, illud eſt facetum, quod dicat, donaſſe *Inſulas Tertias* tunc incognitas, nec inventas niſi

poſt

poſt annos circiter quadringentos. Proſequitur appellando Regem Emanuelem, *filium Ferdinandi ultimi*, & alia hujus claſſis ridicula.

Judicium oſtendit ipſe *cap.*28. §.1. pulcherrimè conſulens Regem Catholicum, ut magnis exercitibus invadat Galliam, quo Gallorum Imperium ubique deſtruet omninò intra dies pauciſſimos; mirabilia ibi hujuſmodi præſtat conſilia, quæ riſu incipias legere, finias dolore videndi hominem mente-captum.

Veritas hæc eſt, ut inferiùs *in verſic. aviendo*, ſcribat, Philippum 2 obtinuiſſe *tres ſententias Rotæ*, pro Coronâ Luſitanà, (quas nemo adhuc vidit, nec meminit.) Dixerat item in principio, *in verſic. caſo*, JOANNEM Regem tempore ſuæ reſtitutionis aperuiſſe carcerem Inquiſitionis in hæreſis libertatem; (quod non diceret ſi in eo tunc detineretur pro libro tam impio, non enim exiiſſet ſine ſupplicio quod merebatur). Addit petiiſſe auxilia à Sarracenis, eis offerens arces dimittere in Africâ; (quod faceret JOANNES ſi Caſtellanus eſſet, ut fecerunt Philippus 2, & 4; de quo vide *lib.*2. *cap.*2. *n.*3, *&* 15; *ac lib.*3. *cap.*7. *n.*57; aliud autem cùm ſit Luſitanus; vide *d. lib.*2. *cap.*2. *n.*16, *& lib.*3. *cap.*3. *n.*10.)

Profectò nobis debemus congratulari quod talis ſcriptor ſit contra nos; cùm conſtet ejus ſcripta eſſe Adulatoris, ſine conſcientiâ, ſine literis, ſine judicio, & ſine veritate.

D. Ioan. Chumacero. D. Joannes Chumacero, & Carrillo Legatus Regis Catholici Romæ, allegationem præſentavit Sanctiſſimo Papæ Vrbano VIII, contra Luſitaniæ Legatum. Solùm recitat ab aliis jam dicta, & conſequenter hoc volumine locis convenientibus refutata.

Hic

Hic eſt ſatis dicere circa jus, magnopere niti adverſus Repræſentationem *in verſ. privata*, inquiendo, quod ſi illa militaret, excluderetur Bragantiæ Duciſſa à Parmæ Principe; quod argumentum cum puerilem contineat errorem demonſtratum *lib.* 1. *cap.* 6. *à n.* 6, *maximè n.* 8; indicat cætera eſſe ejuſdem qualitatis.

Circa veritatem notetur quod, paulò ante medium illius allegationis *in verſ. Terzo*, affirmat JOANNEM Regem conceſſiſſe Hollandis liberum, & publicum exercitium Religionis eorum in quibuſdam Regni partibus; illorumque ac Luſitanorum claſſem anno 1641, deſtructas fuiſſe in promontorio Sancti Vincentis per Ducem de *Ciudad Real.* Planè qui videt virum in magnâ dignitate conſtitutum non erubeſcere loqui Summo Eccleſiæ Principi rẽ tam notoriè contra veritatem orbi patentem, facilè inferet, non niſi peius ſperari poſſe de Caſtellano non ita digno cùm loquatur minori, vel in re minùs clarâ. Nolo, progredi contentus hoc irrefragabili documento calumniæ contrariæ. Eam agnovit Summus Pontifex; ſed vide quæ, circa legationem illam ſcribo *lib.* 3. *cap.* 7. *à n.* 46.

Victorius Siri (quem loquela manifeſtat corde Caſtellanum) *in Mercurio, ſeu hiſtoriâ hujus temporis*, Italico idiomate mendicatâ ex venalibus relationibus, factum libertatis noſtræ deſcribit miſerrimè, ex malitiâ ut puto, vel ex ignorantiâ, ut putant alii. Refert Luſitaniæ Regem ter viſitaſſe Legatos Cathaloniæ; quod & alia contra ſenſum politicũ, ſatis oſtendunt in cæteris credulitatem Authoris. Diffusè repræſentat Mantuæ Duciſſam Pro-Re- *Victorius Siri.*

gem Caſtellani loquentem intrepidè adverſus Luſitanum Regem; quæ tamen, nunquam de eo auſa eſt loqui,niſi debitâ reverentiâ. Tandem non eſt opus de hiſtorico tali ampliùs agere; quoniam, ex iis quæ narrat de Luſitaniâ & Angliâ (quorum ſum teſtis in contrarium,) exiſtimo eum ſimiliter narrare de reliquis provinciis; quo fiet, ut nemo in ſibi ignotis credat illi, quem in notis videt falſum.

ERRATA

Errata Principaliora Impreſsionis ſic corrige.

Pag.	Lin.	Errat.	Correct.
16	27	*muribus*	mænibus.
20	12	*non tam*	non ſunt tam.
22	7	*firmi*	firmâ.
41	20	*myriada*	myriades.
60	16	*nepos*	pronepos.
74	9	*Alphonſi*	Alphonſus.
79	11	*confundiſſe*	confudiſſe.
94	24	*obſeſſit*	obſedit.
145	17	*adempſerint*	ademerint.
160	8	*præſtarunt*	præſtabunt.
213	15	*judici*	judicii.
366	6	*novo*	novâ.
385	22	*poſſeſſit*	poſſedit.
394	4	*poſſeſſerat*	poſſederat.
404	29	*exhibere*	exhiberi.
405	27	*ungerunt*	ungerent.
416	19	*in 4 gradu,&c.*	in 3 proavus,&c.
425	24	*relinquerunt*	reliquerunt.
428	17	*odiunt*	oderunt.
429	11	*regerunt*	rexerunt.
430	9	*aliquot*	aliquod.
435	10	*toto*	toti.
443	6	*Ant.de Guev.*	Joan. Anton. Beltran. (de Guev.
454	7	*alio*	alteri.
460	6	*percutens*	percutiens.
484	9	*conſulerunt*	conſuluerunt.
493	9	*fienda*	facienda.
508	21	*abientes*	abeuntes.
542	8	*obſtaſſe*	obſtitiſſe.
561	2	*excluditur*	excutitur.
575	15	*præſterunt*	præſtiterunt.
593	5	*obſtavit*	obſtabit.
598	23	*poſſeſſerint*	poſſederint.
613	14	*debito*	debitâ.
629	1	*det gerat*	detexerat.
637	3	*a noſtris ſequutis*	noſtris ſequentibus.
648	11	*ſequuti a*	ſequentibus.
660	18	*perſecutus*	dele.
662	10	*ſingultos*	ſingultus.
664	24	*confinibus*	confiniis.
667	4	*juvavit*	juverat.
669	9	*potentem*	potens.
672	20	*ſequuta*	dele.
678	7	*dare confinibus*	daret confiniis.
686	28	*torqueo*	torque.
699	14	*aggreſſa*	oppreſſæ.
703	18	*reviventem*	revivis centem.
712	26	*ſponſaltis*	ſponſalibus.
761	22	*venerantur*	adorantur.
ib.	26	*veneratur*	adoratur.
7·0	8	*ſedæ*	ſed.
784	11	*odienda*	odio habenda.
787	5	*quodaibet*	quolibet.

Pag.790.n.34 dic affirmativè Regnum Daniæ eſſe electionis.

Aliquando irrepſit *tyrannum* pro *tyrannico*,quod,& alia minora,& evidentiora, Lectoris urbanitati confidimus.

ELEN-

ELENCHVS
Paragraphorum, & Capitum in Prooemiis, Libris, & Appendice.

Proœmium I.

pag.

§ *I. Nomen Luſitaniæ, Lyſitaniæ, & Portugalliæ.* 2
§. *II. Deſcriptio Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ.* 5
§. *III. Luſitaniæ ditiones externæ, in Europâ, Africâ, Aſiâ, & Americâ.* 21
§. *IV. Luſitanæ gentis qualitates.* 24
§. *V. Status Regis Luſitaniæ aliquot excellentiæ.* 44
§. *VI. Antiquitas monarchiæ Luſitaniæ; & quis Luſitaniam gubernavit à principio mundi, uſque ad præſens.* 53

Proœmium II.

§. *I. Fundatur præſens Luſitaniæ ſtatus.* 59
§. *II. Luſitania erigitur in Regnum, ut eſt hodie.* 94
§. *III. Luſitaniæ Corona defenditur.* 144

LIBER

LIBER I.

Inſtituit litem de Regno per obitum Regis Henrici. Proponit jura partium aſpirantium ad ſucceſſionem. Concludit Coronam pertinuiſſe ad Sereniſſimam Catharinam Ducem Bragantiæ.

pag.

CAP. I. *Conſideratur jus Sedis Apoſtolicæ ad Coronam Luſitaniæ per obitum Regis Henrici, ex ſpolio, ac feudo; eique ſatisfit.* 166

CAP. II. *Cogitatur de jure monaſterii Claræ vallis, in Galliâ, Ciſtercienſis Ordinis, ad Luſitaniæ Regnum per Regis Henrici deceſſum, ex titulo feudi; ſed invenitur nullum.* 181

CAP. III. *Luſitanus Populus vult Regem eligere, quaſi ad Regnum vacans; ſed ab injuſtâ intentione repellitur.* 190

CAP. IV. *Antonius ſe vocat Regem Luſitaniæ ex pluribus capitibus; ſed, ut injuſtè, ita infeliciter.* 200

CAP. V. *Chriſtianiſſima Regina Galliæ Catharina de Medicis, opponit de jure ſanguinis ad Coronam Luſitaniæ; ſed excluditur.* 213

CAP. VI. *Rainuntius Princeps Parmæ, agit pro ſucceſſione Luſitanæ Coronæ, ex meliori lineâ,*

Repræ-

pag.
Repræſentatione, ac Tranſmiſſione; ſed legitimè non obtinet. 235
CAP. VII. *Emanuel Philisbertus Dux Sabaudiæ quærit actionem ad Luſitanum Sceptrum; ſed nullam invenit.* 250
CAP. VIII. *Excogitantur actiones Legionenſium, & Caſtellanorum Regum ad Regnum Luſitaniæ, ex fictionibus decrepitis; ſed evaneſcunt.* 252
CAP. IX. *Catholicus Philippus 2 Rex Caſtellæ, agit ad Luſitaniæ Coronam, ex prærogativâ ſexus, & ætatis; ſed primò per jus Repræſentationis repellitur à Sereniſſimâ Catharinâ Duce Bragantiæ.* 258
CAP. X. *Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur ſecundò à Sereniſſimâ Catharinâ ex prærogativâ melioris lineæ.* 371
CAP. XI. *Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur tertiò, & Catharina Dux Bragantiæ vocatur, ex Agnationis titulo.* 386
CAP. XII. *Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur quartò per Sereniſſimam Catharinam à Coronâ Luſitaniæ, quia extraneus, ex lege ſpeciali; item Princeps Parmæ, Dux Sabaudiæ, & Regina Chriſtianiſſima.* 402
CAP. XIII. *Philippi injuſtitia convincitur quintò ex deſperatis fundamentis pro eo allegatis; unde belliſſimè oſtenditur jus irrefragabile Catharinæ Sereniſſimæ.* 434
CAP.

pag.
CAP. XIV. *Oſtenditur ſextò Philippi 2 injuſtitiâ ex ipſius, & ſuorum confeſſione pro D. Catharinâ, ex judicio totius Orbis; & ex qualitate ſcribentium pro utràque parte.* 441

LIBER II.

Oſtendit, quod, etiam ſi Caſtellæ Reges habuiſſent jus (quod injuſtè prætendunt) ad Coronam Luſitaniæ, illud amiſiſſent ex injuſtis mediis occupationis, detenſionis, & regiminis; Probatque, Luſitanos juſtiſſimè potuiſſe Principes illos excludere, tam ex prædictis cauſis, quàm ob defenſionem naturalem, ac bonum Catholicæ Religionis.

CAP. I. *Phhilippus 2 Rex Caſtellæ recuſavit legitimum judicium, imò commiſit attentatum, ideò, ſi jus haberet, amittebat illud.* 471
CAP. II. *Philippus 2 amiſit jus (falsò ſuppoſitum) ex injuſtis mediis occupandi, & detinendi Luſitaniam.* 494
CAP. III. *Reges Caſtellæ, quamvis (ut falsò ſupponitur) eſſent Reges Luſitaniæ, poſſent rejici, quia non ſervarunt pacta jurata, quibus intrarunt Coronam.* 505
CAP.

pag.
CAP. IV. *Reges Caſtellæ, ſi habuiſſent jus ad Luſitaniam, amiſiſſent illud ex peſſimo Regimine, in Reipublicæ deſtructionem, ſine ſpe remedii.* 510
CAP. V. *Caſtellæ Reges, ſi Luſitaniæ Reges eſſent (ut dicunt), poſſent excludi, ob tyrannicam adminiſtrationem.* 519
CAP. VI. *Rex Caſtellæ, ſi eſſet Rex Luſitaniæ, deberet expelli Catholicæ Religionis causâ.* 530
CAP. VII. *Etiam, ſi Rex Caſtellæ, Rex eſſet Luſitaniæ, poſſet in defenſionem naturalem excludi; quia volebat Luſitanos extinguere.* 534

LIBER III.

Narrat factum reſtitutionis ad legitimum Regem Joannem IV. Demonſtrat, nullam obſtitiſſe præſcriptionem, vel juramentum. Concludit, Luſitanorum libertatem jure acclamatam, victoriis jam ſtabilitam, toto applaudente Orbe.

pag.
CAP. I. *Nobiles Luſitani cogitant, ac loquuntur de patriæ remedio, & concludunt ſe liberare à Caſtellanis.* 543
CAP. II. *Agunt Nobiles cum Bragantiæ Duce; aſſentit Dux juſtis eorum votis, augetur numerus*

rus

pag.
rus conjurantium egregiè ; diſponitur executio facinoris præclari. 547

CAP. III. *Excutitur jugum, proclamatur libertas, reſtituitur legitimus Rex.* 561

CAP. IV. *Præclaro facinori non obſtitit juramentum præſtitum Regi Caſtellano.* 587

CAP. V. *Reſtitutioni legitimi Luſitaniæ Regis non obſtabit præſcriptio ficta ab Adverſariis.* 593

CAP. VI. *Reſtitutione Joannis legitimi Regis, componuntur omnia ; & in rectum ſtatum reducuntur.* 602

CAP. VII. *Caſtellani, cognitâ libertate Luſitanorum, utuntur mediis viliſſimis ; quæ illos reddunt deteſtabiles. Agitur de barbarie Auſtriacûm in tyrannicâ detentione Sereniſſimi Principis Eduardi.* 608

CAP. VIII. *Luſitani, & Caſtellani præparantur ad bellum.* 642

CAP. IX. *Belli eventus, Luſitanorum victoriæ adverſus Caſtellanos.* 651

CAP. X. *Legitima Luſitaniæ libertas oſtenditur armis confirmata ; favore Cœli ſtabilita ; applauditur à toto Orbe, etiam à Caſtellanis prudentioribus ; concluditur Luſitana felicitas.* 697

A APPEN-

APPENDIX

Continens quædam, circa materiam, curioſa ; quæ verò quaſi ſuperflua inſererentur præcedenti tractatui.

CAP. I. *Prophetiæ, ac notabilia de Luſitaniæ eventibus jam viſis in ejus oppreſſione, ac obtentâ libertate.* 709

CAP. II. *Prophetiæ, ac notabilia circa eventus futuros Luſitaniæ.* 753

CAP. III. *Stemma Luſitani ſcuti declaratur.* 765

CAP. IV. *Actiones Joannis 4 Regis Luſitaniæ ad Regna Legionis, & Caſtellæ.* 769

CAP. V. *De præcedentiâ Legatorum Luſitaniæ, cum Legatis aliorum Regum.* 776

Peroratio. 793

LVSITANIA



Ausa mea est pietas diuinæ insistere, dando
Vt mihi regna Deus, sic Ego regna Deo.

Antonii de Souſa de Macedo
AD
LUSITANIAM LIBERATAM
Proœmium I.

GAius Jureconſultus *lib.* 1. *ad leg.* 12. *tabul. relatus in l.*1. *ff. de orig. jur.* facturus legum vetuſtarum interpretationem, aliqua præmittere duxit neceſſarium, *Non quia velim* (dixit ille) *verboſos commentarios facere, ſed quòd in omnibus rebus animadverto id perfectum eſſe quod ex omnibus ſuis partibus conſtat.* Et inferius, *Niſi fallor, iſtæ præfationes & libentiùs nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt, & cùm ibi venerimus evidentiorem præſtant intellectum*; ubi gloſa: *imò ſine his non eſſet evidens.* *Proœmii ratio.*

Congruum igitur videtur per ſequentes paragraphos quædam breviter præſcribere, quorum cum tractatu noſtro convenientia in dicendo demonſtrabitur.

§. I.

Nomen Luſitaniæ, Lyſitaniæ, & Portugalliæ.

1 DOcuit me Vlpianus *in l.1. ff. de juſt. & jure* de re aliquâ acturum priùs oportere noſſe unde nomen ejus deſcendat; ergo de Luſitaniâ, ſeu Portugalliâ tractaturi unde ſic appelletur videamus.

Opiniones variæ

2 Luſitaniam, & Lyſitaniam plurimi dictam putant à Luſo, & Lysâ, aliàs Lyſiâ Liberi patris (qui etiam Bacchus, & Dionyſius) comitibus cum eo in Hiſpaniam venientibus, ſequuti ſententiam Plinii (ex Varrone) *Nat. hiſt. lib.3. cap.1.* Sunt qui dubitent an filii fuerint, vel Comites; in quo ſenſu cecinit Luſitanus Homerus, ſive Chriſtianus Virgilius, magnus ſcilicet Camonius *Luſiad. cant.1.oct.39.& clariùs cant.3.oct.21.* Aliqui Luſum negant; ut Ioann. de Marianna, *Hiſt. Hiſpan. lib.1. cap.10.* &, Lyſiam ſolùm fatentes, Lyſitaniæ nomen in, Luſitaniæ, corruptum credunt quibus adſtipulatur Ant. Nebriſſ. *De geſt. Reg. Catholicor. in exhortat. ad Lector.* Martianus autem, (ſed ineptè) Luſitaniam inquit vocari ab Ana ejuſdem regionis fluvio; refert Joan. Ant. Maginus *in novâ Geographiâ, tab.3. Hiſpan. tit. Luſitania, in principio.*

Vera opinio.

3 Sed veritatis indagatores Luſi, (quem agnoſcunt) & Lyſiæ tempora diſtingunt; nempè quod ille, parentum ſucceſſor, in hac provinciâ regnaverit anno poſt Diluvium 797. à creatione mundi 2453; ante natum Salvatorem

rem 1509. (juxta meliùs computum) iſte verò poſt centum circiter annos, ut videbimus ſtatim; ita deducitur ex *Franc. Trapha de Regib. Hiſp. tit. Luſus*; *Fr. Hieron. de Caſtro in addit. ad Jul. de Caſtillo hiſt. Gotor. lib.*1. *diſcurſ.*2. *Salazar de Mendoça de dignit. Caſtellæ, lib.*1. *cap.*2. *Fr. Bernard. de Britto in Monarch. Luſitanâ, lib.*1. *cap.*15.
4 *cum ſeqq.* qui de more ſuo egregiè notavit Luſum Hiſpa- *Luſitania unde vocata.*
niæ monarcham adeò ſpecialiter noſtram provinciam inter cæteras dilexiſſe, ut vel ipſa, præ amore, cœperit nuncupari Luſitania, id eſt, Luſi provincia; (tania quippè provinciam ſignificabat, ſecundùm Maginum *ſupra*) vel exteri hoc ei imponere cognomen, præ invidiâ.

5 Cum autem, in Siculo Rege, Luſi patris defeciſſet pro- *Lyſitania unde.*
les, nec aliâ Luſitani in Rempublicam redacti vellent ad Coronam admittere, Bacchus, qui uſque in Hiſpaniam omnes armis ſubjecerat, ſolo fidelitatis prætextu potuit dominari Luſitanis; aſtutè in Lyſiâ (filio) Luſi animam reviviſcentem prædicabat, faventeque ſimilitudine nominis, ac bonæ indolis, ad dignitatem Regiam fuit Lyſias ſublimatus, Luſitania, ab illo, parvâ mutatione, vocata, Lyſitania, & incolæ, Lyſitani, qui fortè (ut Romani apud Virgil. *lib.*6.) tranſmigrationem animarum in nova corpora opinabantur; fortè inquam, quia hujus opinionis origo modernior reputatur, à docto, & erudito Didaco de Paiva, & Andrada *in examine antiquit. tract.* 10. En Luſitaniæ, ac Lyſitaniæ derivatio, quam, ex citato Britto, & aliis, decantavimus in noſtro poemate Vlyſſippo, *Cant.* 2. *ex oct.* 26. *uſque ad* 30.

6 Recentiori nomine appellatur vulgariter, PORTUGALLIA, non à portu Gallorum, quòd maximè à Gallis *Portugallia.*

navibus frequentata fuerit (ut aliqui dixerunt,) ſed quia, poſt Troiæ exitium Menelaus Lacedomoniæ Rex vi tempeſtatum in hanc Occidentis partem dejectus (ut ex Homero *Odyſſ.* 4. 563. probat Strab. *Geogr. lib.*1. *in principio*) in Durii fluminis oris fundavit oppidum nomine, CALLE, quod, teſte Ant. Nebriſſ. *in Dictionar.* ſignificabat portum ſecurum, & amœnum, cognitum ab Imperatore Antonino *in Itinerario è Conimbricâ in Bracharam*, Vnde toti provinciæ quam vocamus Interamnenſem, nomen idem communicatum fuit, vel propter ſolam vicinitatem; vel quòd in parvo terræ ſpatio elegantes contineat portus, ut Ortelius *in tab. Portugal.* notavit non ſine admiratione; ideoque illius gentes, *Callaici*, nuncupantur ab Strabone *Geogr. lib.*3. ibi: *Callaici nobiles gentes.* Et inferiùs: *Trans Durium verſus Septentrionem tractum, qui olim Luſitania, nunc Callaica dicitur.* Poſtea verò Romani, Latino uſi vocabulo, *Calle* appellarunt *Portum*; ſed quia *portus* non dicit amœnum etiam, & ſecurum, ut *Calle*, utrumque jungentes vocabant, Portum Calle; quæ appellatio eodem modo de quo ſupra in totam provinciam extenſa eſt; incolæque Portu Callenſes nuncupati; quod verbum parvâ mutatione in Portu Galle, & Portu Gallenſes corruptum fuit; quemadmodum Strabo ipſe *loco relato* inquit quod Callaici, Callæci, & Gallæci ab aliis vocabantur; fortè vel procedebat ex eo quod Callæciæ, vel Galleciæ provincia, quæ eſt contigua, à noſtrâ nomen mutuata fuerit, vel ex ignorantiâ confundentium, cum tamen Callaici, & Gallæci, valdè diverſas derivationes habeant, ut benè intendit Doctor Joann. Salgado de Araujo, *in docto tract. Martis Luſitani certam.*1. *art.*8. Quodcunque fuerit,

fuerit, *Portu Calle,* ſeu *Portu Galle* nomen communicatum fuit toti Regno ex eâ parte Interamnenſi renaſcenti per conquiſitionem contra Sarracenos reliquum illius occupantes; Oppidum autem, glorioſum quòd nomen Imperio adeò illuſtri dederit; commerciorum frequentiâ in opulentiſſimam civitatem evaſit, adhuc nuncupatam *Porto* ſatis in orbe notam, quæ titulis multis egregia celebratur.

§. II.

Deſcriptio Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ.

1 DE provinciâ quapiam dicturi, ejus primò deſcriptionem proponere magnorum virorum exemplis ſat notis, edocemur; noſtræ brevem, nec injucundam faciam.

Rectè Abraham. Ortelius *in theatro orbis tab. Portugal.* dixit, *Nec tota Portugallia Luſitaniæ finibus circumſcripta eſt, nec totam Luſitaniam complectitur.* Quippè Luſitania ad ortum latiùs patebat, ſed ad Septentrionem plus extenditur Portugallia; *Negari tamen non debet* (inquit Bertius, *in tab. Geogr.*) *quin maximâ ex parte conveniant*; ut & Ortelius erat faſſus.

2 Veterem Luſitaniam deſcripſit Strabo, *Geograph. lib.* 3. at certiùs, *Ptolomeus lib.* 2. *cap.* 5. *& Plin. nat. hiſt. lib.* 4. *cap.* 21. Nos loquemur præcipuè de novâ Luſitaniâ, ſeu Portugalliâ. *Veteris Luſitaniæ deſcriptio.*

3 Sed antea cognitum volo, quod, licet communiter Luſitania, *Luſitania, ſeu*

Portugallia, quomodo ab Hiſpaniâ differat.

ſitania, ſeu Portugallia una ex Hiſpaniæ provinciis numeretur, ſemper tamen à meliùs diſtinguentibus ſeparatim reputata fuit; duas enim Hiſpanias geographi agnoſcunt; ulteriorem, quæ Luſitania; & citeriorē, quæ reſiduū uſque ad Pyrineos; ita *Plin. d. lib.*4.*cap.*20.*Bertius in deſcript.Hiſp. verſic. Marcus Varro, & alii plurimi*; ac unicuique Romani diverſum conſtituebant gubernatorem, ut conſtat ex Livio *à decad.* 3. cæteriſque Romanæ hiſtoriæ authoribus; & Luſitaniæ aſſignatus tali authoritate pollebat ut Othonem Sylvium paulò poſt ad Imperii ſolium evectum ſciamus; unde Catholici Reges,(qui antea titulo Regum 5
Caſtellæ, & Legionis contenti erant) ubi primùm Aragoniæ coronam Granatæque Regnum aggregarunt, Hiſpaniæ ſe vocarunt Reges(ſubſiſtentibus nihilominus Regibus Portugalliæ;) & hoc non tantùm, (ut multi exiſtimant) quòd maioris partis Hiſpaniæ domini eſſent, (ad exemplum Antonini Imperatoris qui propter latitudinem Imperii dominum ſe mundi appellavit *in l. deprecatio* 9.*ff. ad l. Rhod. de jact. cui conſonat l. benè à Zenone propè fin. C. de quadrien. præſcr.)* Sed quia verè toti Hiſpaniæ citeriori dominabantur; poſtquam verò Portugalliæ Regnum occuparunt, jam non Hiſpaniæ appellabantur Reges, ſed, Hiſpaniarum, videlicet citerioris, & ulterioris; ſic egregius Gabriel Pereira de Caſtro *in Vlyſſeâ* Philippum 4, eleganter monarcham dixit;

D' ambas as Indias, d' ambas as Heſpanhas.

Vtriuſque Indiæ, Orientalis, & Occidentalis; utriuſque Hiſpaniæ, citerioris, & ulterioris; paſſimque apud alios Hiſpaniarum Rex nuncupabatur, atque hodiè, poſtquam eum è Portugalliâ jus dejecit, excuſabiliter à populo nominabitur

minabitur Rex Hiſpaniæ, nempè citerioris; quamvis propriùs à ſcientibus Regis Caſtellæ titulo cognoſcatur.
5 Quin imò alii ſub nullâ Hiſpaniâ Luſitanos comprehendunt, ſed Luſitaniam abſolutè ſumunt veluti Galliam, vel Italiam; exemplo ſit Plutarchus *in Galbam* ponens hæc verba: *Agite, hunc legamus, atque omnibus mortalibus oſtendamus, Hiſpanis nos, & Luſitanis rectiùs poſſe Imperatorem creare*; in ruinis Atiliæ inter Genuam,& Dortonam lapis fuit inventus cum inſcriptione antiquâ memorante Q. Acium Præfectum fuiſſe primæ legionis Hiſpanorum, & primæ Luſitanorum; refert *Eman. de faria in epitom. hiſt. Luſit.* 2 *p. cap.*2. *n.*20. eandem diſtinctionem inter Hiſpanos, & Luſitanos facit Ioan. Baptiſt. Somaſcus *in Dedicatoriâ ad Octavium Sanctacrucium* 1 *tom conſil. Pauli Caſtr. impreſſo ann.* 1582. inquiens: *Quamobrem minimè mirum videri ſapientibus ſolet, quod Italia, atque adeò urbs ipſa te colat. cùm & Germania, & Hiſpania, & Luſitania maximè ſuſpiciat.* Ioannes Boëmus *in tract. de moribus gentium, lib.* 3. titulum ponit de Hiſpaniâ *in cap.* 13. alium item de Luſitaniâ, *cap.* 14. tandem voluminum *Hiſpaniæ illuſtratæ*, &c. hic eſt titulus: *Rerum urbiumque Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Æthiopiæ, & Indiæ ſcriptores varii*; tantũ ſeparat Luſitanos ab Hiſpanis,quantùm Æthiopes, & Indos; niſi dixeris relatos ſcriptores non ideò Luſitanos ab Hiſpanis diſtinxiſſe, ſed de illis,inter iſtos, ut principalioribus fuiſſe loquutos; quemadmodum (ſi licet in parvis exemplis grandibus uti)apud Marc.*cap.*16.legimus *Diſcite diſcipulis ejus,& Petro*; non quia Petrus diſcipulus non eſſet,ſed,quia diſcipulorũ caput,ſpecialem de illo fecit mentionem; hoc fortè ſenſu Strabo, *lib.*3. ſcripſit: *Verſus*

Septen-

Septentrionem eſt Luſitania MAXIMAM comple-ctens Hiſpanorum gentem.

Luſitania [illegible] Sanè non tantùm caput ſed & coronam Hiſpaniæ Lu- 6
ſitaniam faſſus eſt Jul. de Caſtillo Caſtellanus, *Hiſt. Gotor. lib.*1. *diſcurſ.*1. *& lib.*2. *diſc.*2, imò ſummum opificem, caput, ſeu coronam in orbis ſitu eam conſtituiſſe apparet; nam præcipuam mundi partem Europam eſſe probarunt, *Strab. lib.*2. *Plin. lib.*2. *cap.*1. *Ortel. in tab. Europæ*; *Appendix ad eundem, & ad Atlantem Ger. Mercatoris*; *Ioan. Boëm. de morib. gent. lib.*3. *cap.*1. *Ioan. Boter. in relation.* 1 *p. lib.*1. *de Europâ*; *Barthol. Caſſaneus in cathal. gloriæ mundi, p.*12. *conſider.*17. Quapropter ingenioſus Ioann. Bapt. Marinus *in florib. Pindi, fabul. Europæ*, illam dixit:

La piu bella del mondo, e nobil parte.

At verò Europæ, quam Geographi in mulieris formam depingunt, caput eſt Hiſpania, ut inſinuant, *Plin. d. cap.*1. *Appendix ad Ortel. & Atlant. ſupra*, & declarant *Caſtillo d. loco, ac Eman. de Faria in epitom. hiſt. Luſit.* 4 *p. cap.*4. *n.*11. qui addunt Luſitaniam eſſe coronam hujus capitis; ſecundùm quod magnus Camonius *Luſiad. cant.*3. *oct.* 20.

Eis aquy quaſi cume da cabeça
D' Europa toda o Reyno Luſitano;

Si Europa eſt Princeps aliarum partium; Hiſpania, caput Europæ; Luſitania, corona Hiſpaniæ; ergo corona mundi Luſitania; adſtipulatur Plin. *in procæmio libri* 3. ibi: *Terrarum orbis univerſus in tres dividitur partes, Europam, Aſiam, Africam; origo ab occaſu ſolis*; hoc eſt à Luſitaniâ; ut *cap.*1. exprimit: *prima Hiſpania terrarum eſt, ulterior appellata*; id eſt Luſitania, quæ ex eodem Plinio ac aliis, Hiſpania ulterior; ut ſupra *n.*3. Diximus hæc

pleniùs

pleniùs in noſtro tract. de excellentiis Portugalliæ, *cap.*1. *excellentiâ* 1. *cum tribus ſeqq.*

7 Benè Luſitaniam, prout eſt hodie, ſeu Portugalliam Bertius *in tab. Geogr.* ita deſcribit: *Portugallia ad mare occiduum ſita à Gallæciæ finibus ad fines uſque Andaluſiæ extenditur; termini ejus ſunt ad Septentrionem Gallæciæ reg-* *Deſcriptio novæ Luſitaniæ, ſeu Portugalliæ:*

8 *num, & Minius amnis: ab occaſu, & meridie Oceanus Occidentalis; ab ortu Regnum Caſtellæ, Andaluſia, & Eſtremadura.* Conſonat Maginus *in novâ Geogr.* ſed fallitur, addens: *Ambitus hujus Regni complectitur* 880 *millaria, vel, ut alii tradunt,* 850; *longitudo ejus eſt* 320 *milliarium, & latitudo* 60. Multum enim minuit; dixiſſet meliùs cum erudito Autore, *Libertatis Portugalliæ, pag. mihi* 99. *in fin.* in hunc modum: *Portugallia habet verſus Occidentem* 115 *leucas longitudinis, & verſus meridiem* 25; & paulò infra: *Habet longitudinis quinque gradus, & dimidium de Septentrione ad Eurum; incipit in promontorio Sancti Vincentii in* 37 *gradu, ſumens parùm de* 36; *& finitur quaſi in* 42; *& dimidio non longè à Bayonnâ, & Vigo; & extenditur à Sud-Sud-Eſt, ad Nord-Nord-Eſt, ubi quilibet gradus continet* 19 *leucas, & dimidiam; & communiter habet latitudinis* 40 *leucas, aliquando magis, aliquando minus. Leucæ non regulantur, ſecundùm Gallicas, ſed ſecundùm leucas graduum, quorum quilibet de Septentrione ad Eurum habet* 17 *leucas, & dimid. juxta computum Portugalliæ*; (quod quidem menſurat leucas magnas) *itaque, conſiderato quod ſupereſt, & quod deeſt, Portugallia ſatis habet* 40 *leucas Regionis latitudinis; ſic ut faciendo figuram quadratam quinque graduum, & dimidii in longitudinem à Nord Nord-Eſt, ad Sud Sud-Eſt, & quadraginta leucarum in latitudinem ab*

Oriente ad Occidentem, includet in ſe totam Normandiam;
bonam partem Beaulce, utrumque Ducatum Mainæ, & An-
dium, ſive Anjou; maiorem partem Tourainæ, quaſi totum
Xaintogneois, & aliquid Angouleſmæ, cum portione de Pe-
rigort. Hoc particulariùs demonſtrat, & ſubdit inferiùs:
Ejus circuitus eſt æquè magnus, ac circuitus quem, in inſulâ
Magnæ Britanniæ, comprehendit omne illud quod Angliam
Diviſio. *appellamus.* Dividitur verò Portugallia in quinque pro- 9
vincias principaliores; Tranſtagana, Ciſtagana, (alio
nomine Eſtremadura) Beira, Interamnenſis, & Tranſ-
montana. Sexta (ſed non tam provincia, quam ſepara-
tum Regnum) eſt Algarbia propè Mediterraneum ad
meridiem.

Aeris temperies Temperiem aëris Hiſpaniarum laudat Strabo, 10
*lib.*1. & Bertius *ſupra in ejus deſcript.* inquit: *Tota autem*
neque Sole torretur, ut Africa, nec ventis agitatur, ut Galliâ,
ſed temperato aëre fruitur. Eiſdem ferè verbis Maginus *in*
Deſcript. Hiſpan. §. Provincia; ſubjiciens: *Cæli ſalubri-*
tas per omnem Regionem æqualis eſt, quia aëris ſpiritus nullâ
paludum gravi nebulâ inficitur; concordat Roder. Sanc.
*Hiſt. Hiſp. p.*1. *cap.*1; ſed ſolam Luſitaniam laudat Athe-
neus, *lib.*8. *cap.*1. & Joannes de Marianna (quamvis Luſi-
tanis infeſtus) *Hiſt. Hiſp. lib.* 10. *cap.* 9. Interamnenſem
provinciam ſummis effert præconiis Abraham. Ortel. *in*
tab. Portugal. & de Olyſſippone Georg. Bran. *in theatro*
*urb. tom.*5. ſic habet: *Tanta ſolis, cælique clementia, & a-*
mœnitas eſt, ut nullo ferè anni tempore nec æſtas, nec hyems im-
moderata ſentiatur. Teſtantur idem Franc. Hogemberg.
*in civit. orb. lib.*2. *tit. Vlyſſippo, Franc. de Monçon in ſpe-*
*cul. Princip. lib.*1. *cap.*90. *Segura in Romanc. Reg. Portug.*

Romanc.

*Romanc.*16. *Fr. Franc. de Herrera in vitâ Bernardini Obregon. cap.*30. exteri omnes ; Et ratione probatur, quoniam, cum frigus & calor, ut plurimùm, regionibus proveniant à Solis diſtantiâ, Luſitaniâ verò in medio quaſi puncto, & Zonâ temperatâ ſita ſit, *ut ſupra n.*8, ſequitur conſequi optimam temperiem; quem diſcurſum pro totâ Hiſpaniâ conſideravit Maginus *citato loco* §. *ſubeſt*; dicens : *Subeſt autem quarto climati, quod optimam ad omnia temperiem præſtat.* Accedit maris vicinitas quæ & tempore hyemali nives fugat, & æſtivo auras ſpirat; quod etiam Magin. *in d.* §. *provincia*, ibi: *Marinâ aurâ perflatur.* Et antea Homerus, *Odyſſ.* *ſ*.563:

Haud campos Jupiter nive conſpuit illos,
Miſcetur gelidis neque tempeſtatibus aër,
Nulli imbres : tantùm ſpirat levis aura Favoni,
Miſſaque ab Oceano nimios demitigat æſtus.

Vbi (teſte Strabone *lib.* 1.) de magis Occidentali Hiſpa-
11 niâ, quæ Luſitania, loquebatur. Quare quamvis *Elyſii* (quorum jucunditatem deſcribit Homer. ibi, *Virgil, Ænead. lib.*6, *ac Anton. Muret. lib.*5. *cap.*1.) putabantur ab aliquibus eſſe in Cœlo ſtellarum, ab aliis in globo Lunæ, ab aliis in medio inferorum, ab aliis in fortunatis inſulis, pro ut refert Petrus de Vianna *in Comment. ad Ovid. Metamorph. lib.*11. *n.*45; melior tamen opinio exiſtimat antiquitatem illos in Hiſpaniâ finxiſſe; ut ex Suidâ tenet Pater Bivarius *in Comment. ad Flav. Dextrum anno* 66. *n.*6, *Pineda in lib. Salamon*; *Pradus in Ezechiel tom.*1; qui tamen duo, minùs benè, in Hiſpaniâ Beticâ eis locum aſſignant, cùm ſit veriſſimum illorum temporum fabellas in Luſitaniâ eos collocaſſe, ut apparet ex Homero *ſupra*:

Sed te quâ terræ poſtremus terminus extat
Elyſium ad campum cœleſtia numina mittent,&c.

Iunctâ explicatione Strabonis *loco citato.* Viſo etiam Poëtam mentionem facere de navigatione Vlyſſis in partem illam,ubi præclarum ejus monumentum extat in Vlyſſiponis fundatione traditâ ab Strabone *lib.*3. (qui citat antiquiores atteſtantes ſe ibi in Minervæ templo vidiſſe monumenta errorum Vlyſſis affixa,aſpides,& ſumma navium roſtra;) agnitâ à Magino *in deſcript. Portug*; ac ab egregio Pereira de Caſtro in poëmate *Vlyſſeâ*, & à nobis in poëmate *Vlyſſippo* decantatâ. Hæc ex Poſſidonio firmant Cœlius Rhodigin. *lib.*8. *cap.*22, *Gorop. Becan.lib.*9.*Hermatan.* In quâ autem Luſitaniæ Provinciâ ? quæſtio eſt ; & quidem Camonius *Luſiad. cant.*8. *oct.*3. videtur hunc honorem tribuere *Tranſtaganæ*, in *Annæ*, ſeu *Guadianæ* campis ; at, pace tanti viri, *Interamnenſi* concedendum, ut notavit *Emanuel de Faria in d. Epitom. p.*4 *cap.*5. *n.*4, eſt enim indubitatum veteres in *Elyſiis* campis *Lætbæum* fluvium poſuiſſe, patet in Virgil.*d.lib.*6.

Lætheumque domos placidas qui prænatat amnem.

Et iterùm :

Læthæi ad fluminis undam
Securos latices,& longa oblivia potant.

Hunc autem fluvium (vocatum etiam *Lyma*) *Interamnenſem* Provinciam rigare quis ignorat ? Strabo *lib.*3. non ſolùm ibi eum agnoſcit, ſed etiam rationem præſtat, ob quam dictus fuerit fluvius oblivionis, tetigit Plutarch. in *Brutum,* idem facit *Plin. nat. hiſt. lib.*4. *cap.*21, *Pompon. Mela de ſit. orb. lib.*3. *cap.*1. *de Hiſp*; *Syl. Ital. lib.*1, *Luc. flor. rer. Roman. lib.*2. *cap.*17. *n. mihi* 12, *Volaterran.*
lib.

*lib.*1. *Geogr.* Ex hac cœli temperiè procedit quod, referente Eduardo Nunio *in deſcript. Portug. cap.*34. Poëta quidam de Luſitaniâ cecinit.

Ver ubi perpetuum veſtitus grámine campus
Indicat Elyſiis longè fœlicior arvis.

Et inferiùs,

Hìc nitidi rident alieno tempore flores,
Purpureas hîc bruma roſas innoxia reddit,
Quas neque torrenti regnat cum Syrius æſtu
Aut rapidi ſoles urunt, geliduſve Boötes.

Nunquam tamen ſuadere poteris Septentrionalibus calores apud nos non excedere; providentia Dei eſt, ut, Borealibus nivibus contenti, acquieſcant Patriæ quam ſunt ſortiti; nec pro quærendo aëre meliori eam deſerant mundum turbando, ut ex hac causâ fecerunt Goti, authore Marianna *lib.*5. *cap.* 1.

12 De fluminibus: Strabo *lib.*3. ſcribit: *Luſitania eſt magnis, parviſq; fluminibus pervia.* 52. nominavimus in noſtro tract. de excellent. Portugal. *cap.*2. *excellent.*2; omnes pene impoſſibile; principaliores ſunt Tagus, Durius, Minius, Anna, ſive Guadianna; Monda, Lætes, ſive Lima, qui per plurimas leucas navigantur; inter iſtos, quin imo inter omnes mundi Tagus celeberimus ob arenas auriferas; de quibus, Martial. *lib.* 1. *epigr.* 15. *&* *lib.* 10. *epigr.* 81. *Claudian in Rufin. lib.*1. *Mantuanus lib.*4. *Agelar. Catulus. in Satyr. Iambic; Juvenal. Satyr.*3. *Pontan.* ac alii paſſim; ac Sylius Italius *lib.*1. non Tagum tantummodo, ſed & Durium, & Læthem celebrat, inquiens: *Flumina.*

Hinc certant, Pactole, tibi Duriuſque, Taguſque,
Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas

Inferni

Inferni populis referens oblivia Læthes.

Nec ſolùm Poetæ, ſed & hiſtorici; ut Plin.*lib.4.cap.21. Polyb. lib.3. Diodor.Sicul. lib.6.Joſeph. de bello jud.lib.2. Hier. Paul. de Flumin. Hiſpan*; aliique plurimi, inter quos Vaſeus *chron. Hiſp. cap.* 8. Mondam quoque vocat auriferum; & de utroque inſigne profert teſtimonium Luſitanus Livius Joannes de Barros *in Aſiæ decad.* 1. *lib.*3.*cap.*8. circa flumina tandem & fontes audiamus Ortelium *in tab. Portugal.* de ſolâ Interamnenſi provinciâ (cujus longitudo eſt tantùm 12. leucarum, latitudo, quà maxima, 12. alibi, ſex) *De amœnitate verò quid opus eſt dicere? cum in eâ numerata ſint ultra viginti quinque millia fontium Perennium: pontes quadrato lapide elegantiſſimè conſtructi prope ducenti.*

Fructus. Circa fructus Strab. *d. lib.* 3. ita: *Solum illud fœlix eſt quod ad fruges & pecus attinet.* Maginus ſupra *in deſcr. Hiſp. tit. Luſitania:* dicit: *Provincia hæc, ut ſcribit Niger, Satis felix eſt, & rerum copiâ abundans.* Et iterum *in tab. Portug.* ſic. *Regio iſta fructus fert perfectiores magis, quàm ulla alia Europæ pars, abundatque vino, oleo, melle, cerâ,* eiſdem ferè verbis Joan. Boter. *in relat. tit. Portugal.* de quo multa à Luſitanis ſcripta, niſi ſuſpecta viderentur, referre poſſem; at certè pro doctis ſuſpitionem tolleret ratio, dictat enim perfectiſſimos naſcituros fructus ex aëris tempere *à n.* 10. demonſtratâ, ut Bertius *in deſcr. Hiſp.* adnotavit; quod verò citatus Maginus putat frumento non ſatis abundare Luſitaniam, ortum eſt ex penuriâ præteritorum temporum quo plures terræ fertiliſſimæ erant incultæ quæ jam multum fructum afferunt, ut experiuntur Septentionales qui maiori pretio triticum illuc adſportatum ven- 13

debant

debant antea; & ſit exemplum quòd curiosè notavit, *Fr.*
Nicolaus de Oliveira, in tract. de magnit. Vlyſſip. tract. 1.
*cap.*4. in unâ tantùm Eboræ civitatis parrochiâ Eccleſiam
colligere quotannis circiter quadraginta, & quinque millia
modiorum tritici ex decimis, quas tamen non ſolvunt
campi religioſorum, clericorum, ac plurium equitum mi-
litiæ Chriſti qui privilegiorum virtute liberantur. Proſe-
14 quitur Maginus: *Salem non ſolùm quantum ſufficit habet,* *Sal.*
ſed eum quoque aliis locis communicat; ſciunt Septentriona-
les gentes, qui ex eo vivunt, quanta ejus ſit copia, bonitas
qualis; unde Salatia oppidum (vulgò Alcacer do ſal) à
15 Romanis nuncupatum. Subdit item: *Piſces marinos pro-* *Piſces.*
fert optimos; eos etiam commendant Atheneus, *lib.*4.
*dinopſoph. Polyb. lib.*38. (Græciæ piſcibus eos anteponen-
do, cum tamen ille Græcus,) *Marin. Sicul de reb. Hiſpan.*
16 *lib.*1. Circa pecora (ultra relatam Strabonis autorita- *Pecora.*
tem) liceat memorare vetus illud dictum, equas ad Tagi
littora è vento concipere, quod Homer. *Iliad. lib.* 16.
*Virgil. Georgic.*3. *Syl. Ital. lib.*3. & ex modernis magnus
Torquatus Taſſus *in Hieruſalem, cant.*7. *oct.*76. *inſignis*
Lupus de Vega in fine Arcadiæ, verbo Tajo. Nec poetæ
ſoli, nam hiſtorici affirmant; Vide Plin. *d. lib.*4. *cap.*21.
ibi. *Vlyſſippo equarum è favonio vento conceptu nobile*:
atque *lib.*8. *cap.*42. ibi: *Conſtat in Luſitaniâ circa Vlyſſip-*
ponem oppidum, & Tagum amnem equas favonio flante ob-
verſas animalem concipere ſpiritum, idque partum fieri, &
gigni perniciſſimum ita, ſed triennium vitæ non excedere.
In idem Gerundas, *lib.*1. *Volater. lib.*25. & eventibus no-
ſtri ſæculi comprobant Eduard. Nun. *in deſcript. Portug.*
*cap.*29. *Britto in monarch. Luſit. lib.*1. *cap.*7. Quod ſi fa-
bulosum

buloſum eſt, vel in velocitate noſtrorum equorum fundamentum habuit, vel (quod præſenti intentioni ſervit) in fœcunditate facilimâ ad concipiendum; ut notat Juſtinus apud Damianum Goes *in deſcript. Vlyſſipponis*; exprimit Magin. *in d. tit. Luſitania.*

Vrbes, oppida, & pagi.

Eduardus Nunius *in deſcript. Portug.* ejus urbes, & 17
principaliora recenſet oppida; mihi nec tempus ad numerandum, nec locus ad repetendum conveniens; ſat eſt referre numerum egregii, ac elegantis Autoris Luſitaniæ vindicatæ, qui *in tit. Series rei geſtæ, fol. mihi* 75. *verſ.* ſcribit Luſitaniam habere *octodecim urbes, octingenta oppida, ad quindecim pagorum millia*; innumerabiles ſunt minores vici; Regni caput Vlyſſippo illa, ubi plura naturæ, ac fortunæ concurrunt bona, ex ſanitate, & temperie aëris; fertilitate, & amœnitate camporum; magnitudine populi; majeſtate ædificiorum; capacitate, & commoditate portus; commercio totius mundi; divitiis habitantium; frequentia omnium nationum; tributis Orientis, & Occidentis; & (quod eſt præcipuum) ex devoto cultu religionit; de illâ Damianus Goes integrum fecit tractatum (cum tamen non in tantâ magnitudine tunc eſſet;) Luſitani alii miranda ſcribunt; at ſolis exterorum utemur teſtimoniis. Bertius *in deſcript. Portug.* de eâ inquit: *Regum victoriis, & mercatorum frequentiâ ita crevit, ut valles, monteſque intra muros complectatur.* (Septem occupat montes, ſeptem valles, ſed non omnes intra muros, nam pene impoſſibile mœnibus cingi.) Magin. *in deſcript. Portug.* ſic: *Sanè populo frequentior eſt quâcunque aliâ Europæ civitate, Lutetiâ tamen Pariſiorum exceptâ.* (de hoc non judico, quia omnes non vidi.) Marin. Sicul. *de reb. Hiſp. lib.*2. *tit. de*

Luſit.

Luſit. vocat eam *urbem inſignem, & memorabilem.* Franc. de Monçon *in ſpec. Princ. lib.* 10. *c.* 90, eam æquiparat Hieroſolymæ in antiquâ ſuâ felicitate. Maldonad. *in vitâ Bernardini Obregon.* eam laudat per integra capita 30, & 31: Avila *grandeſ. de Madrid. lib.* 4, ait quod ſola eſt unum Regnum; ſic loquitur Arioſto *in Orland. fur. cant.* 33. *oct.* 97.

Vide Galitia, e'l Regno d'Ulisbona.

Segura *romanc. de los Reys de Portug. rom.* 16, inquit, nullam mundi cum eâ poſſe comparari. Omitto Pinam *in dedicat. var. fortun.* & alios iſtius claſſis Authores ejus magnitudinem celebrantes.

18 Dignitates Eccleſiaſticæ intra Luſitaniam ſunt: Archiepiſcopi tres: *Bracharenſis* Primas Hiſpaniarum, *Ulyſſipponenſis*, & *Eborenſis.* Epiſcopi decem: *Conimbricenſis, Egitanenſis, Viſeicenſis, Lamecenſis, Portuenſis, Mirandenſis, Leirienſis, Elvenſis, Portalegrenſis,* & *Algarbienſis.* Eccleſiæ collegiatæ ſeptem: *Vimaranenſis, Santarenenſis, Ourenſis, Barcellenſis, Viannenſis, Valentienſis,* & *Sedofeitenſis* in civitate *Porto.* Prælati cum juriſdictione epiſcopali tres: *Thomarienſis* militaris ordinis Chriſti, *Avizenſis* milit. ordinis S. Benedicti, & *Palmellenſis* milit. ord. S. Jacobi. Item magnus Prior ordinis S. Joannis qui, in oppido *Crato*, ac aliis plurimis, habet eccleſiaſticam, & ſæcularem juriſdictionem. *Dignitates Eccleſiaſticæ.*

19 Tituli ſæculares (confusâ jam in Rege Domo *Bragantinâ* quæ continebat duos Ducatus, unum Marchionatum, & tres Comitatus.) Sunt menſe Julii quo hoc ſcribo ann. 1644, Ducatus duo: de *Aveiro*, & de *Torres novas* (hîc pro filio hærede *Averienſis.*) Marchionatus ſeptem: de *Aguiar, Caſcais, Ferreira, Gouvea, Montalvão, Montis maioris* (hic pro nepote Ducis *Averii*) & *Porto ſeguro*; eos nominavi per ordinem Alphabeti ut fugerem *Tituli ſæculares.*

odioſas præcedentias. Eodem modo nomino comitatus qui ſunt triginta,& quinque: de *Alegrete, Arcos, Arganil* (hic eſt ſemper pro Epiſcopo *Conimbricenſi,*) *Attouguia*, *Aveiras, Calheta, Cantanhede, Caſtanheira, Caſtellomelhor, Caſtro, Cerzedas, Feira, Figueiró, Inſulæ Principis, Miranda, Monſanto*(his eſt in Marchione de *Caſcais,*)*Obidos, Penaguião, Portalegre* (hic pro filio hærede Marchionis *Gouveæ,*) *Prado, Redondo, Sabugal,de Sancta Cruce, Sancto Joanne, Sancto Laurentio, S. Michaele, Serem, Tentugal* (hic pro filio hærede Marchionis de *Ferreira,*)*Torre,Valde Reys, Vidigueira, Villa franca, Villa nova, Vimioſo*(hic pro filio hærede Marchionis de *Aguiar,*) *Vnham*. Vicecomes unus: de *Villanova de Cerveira*, qui habet magnum ſtatum, & omnes honores Comitis. Baro unus: de *Alvito*. Domini terrarum cum juriſdictione, quamvis ſine alio titulo, ſunt plurimi. Multi Præfecti arcium, perſiſtentes etiam pacis tempore; quæ Præfecturæ ſunt annexâ regulariter certis Domibus. Item militiæ tituli, ſoliti quoque eſſe in Domibus certis: ut Præfectus ſive Almiralius maris Luſitaniæ; Præfectus marium Indiæ (qui eſt Comes de *Vidigueira,*) Mariſcalis (qui eſt hodie Comes de *Serem,*) Signifer maior, Dux equitum, (qui eſt Comes *S. Crucis,*)Adailis, hoc eſt Dux exploratorum, & alii.

Divitiæ. De Hiſpaniarum antiquis auri, ac argenti fodinis, & divitiis multa, *Strabo lib.3. Marin. Sicul.de reb. Hiſp.lib.1. Roderic. Sanc. hiſt. Hiſp. p.1. cap.3. Raviſius Textor in Cornucopiâ*; etiam *Macabeor.1. cap.8.* mentio illarum fit; & ſpecialiùs de Luſitaniâ hoc prædicant Poſidonius *apud Strabon. lib.3. Juſtin. lib.44*; quibus accedit quæ de auriferis fluviis diximus, *n.12*, & tandem doctus Pater Fr. Franc. de Bivar *in comment. ad Flav. Dextrum anno Chriſti 66.* benè probat, ditiſſimum *Orphir*, in ſacrâ paginâ celebratum *3.Reg. cap.10.n.11*,in Portugalliâ fuiſſe propè civi- 20

tatem

tatem Bracharenſem; quod & nos confirmavimus *in d. tract. de excell. Portug. cap.4. excel.2. n.4.* Sed de illis præ-
21 teritis tantùm curioſitatis gratiâ loquendum. Hodie intra Luſitaniam ſolùm optimum & multum ſtagnum effoditur in Beiræ provinciâ; auri inveniuntur grana in aliquibus fluminibus, ac in aliis locis aliqui pretioſi lapides, ut teſtantur; *Eduard. Nunius in deſcript. Portug. cap.* 14, *&* 23. *Pater Ant. de Vaſconcellos in eâdem deſcript. Britto in monarch. Luſit. lib.3. cap.14. Faria in epit. hiſt. p.3. cap.7.n.17. & p.4. c.11. Fr. Nicol. de Oliveira in tract. grand. Lisbon. tract.1. cap.4. & tract.2. cap.5.* de his tamen, quia parvi
22 momenti, non multum curandum. Merces (intra Luſitaniam natæ) conſiſtunt præcipuè in maximâ vinorum copiâ in Africam, Aſiam, & Americam exportatâ; ac æquali optimi olei quod non ſolùm in relatas partes mittitur, ſed etiam in omnes provincias Septentrionales; in has item ducuntur multæ naves onuſtæ amygdalis, prunis, ficicibus, ac uvis paſſis ex Algarbiâ; maximus verò theſaurus eſt ſal inexhauſtum, & quo omnes Septentrionales tam pro piſcationibus, quàm pro ordinario condimento vivunt, nec ſine illo poſſunt vivere; nam ſal Galliæ eſt debile, ita noſtro ſolet condiri; quod autem in Angliâ, ac aliis partibus in parvâ quantitate maximis fit induſtriis, vix ſalſum eſt; & cùm ſola Luſitania optimo abundet ſale, (nam Caſtellæ Regnum in Andaluſiâ nec habet nimium, neque optimum) evenit ut ex illius vectigalibus plus utilitatis colligat Rex Luſitaniæ in uno ſolo oppido nuncupato, Setuval, quàm Rex Caſtellæ ex toto regno Aragoniæ, ut eſt notum ſatis. Tranſportatur quoque in Africam, Aſiam, & Americam, item & in regnum Caſtellæ pluri-

D 2 mum

mum optimi lintei; ſi loquamur de malis citreis, & medicis in Septentrionem, aliiſque minoribus rebus in diverſas regiones miſſis, infinitum erit; concludamus, plures orbis nationes abſque illis quæ vidimus in Luſitaniâ vix poſſe vivere; Luſitanos autem ſine aliis vitam poſſe degere jucundiſſimam; habent enim ſufficiens frumentum, & iſtud optimum; legumina pluſquam mediocriter,& bona; multas carnes, plura pretioſa vina,plurimũ excellentiſſimi olei, ſal optimum inexhauſtum, herbas omnes egregrias,poma magis varia, ac magis perfecta, quàm in toto terrarum orbe; piſceſque in abundantiâ, ac bonitate eximiâ; panni ad veſtitum ſatis, (quamvis non ſunt tam delicati, ac tenues ut Anglicani,& alii quibus utuntur nobiles tantùm pro luxu) nec deſunt coria pro calceamentis. *Sericum quoque* (ait benè Maginus) *optimum hic colligitur præſertim in Ducatu Bragantiæ:* hoc verò ad vitam non neceſſarium. Tandem 23
ſitus ipſe Luſitaniæ continet perpetuas, & innumerabiles divitias; eſt nanque in medio Europææ navigationis,quo fit ut qui ex unâ, aut aliâ parte navigant, ne longiùs eant, ibi faciant generale emporium, (quo nomine Vlyſſipponem vocavit Vaſcus Mauſinho de Cabedo *in Alphonſo Africano,cant.3.*) ad quod Divina Providentia totam Luſitaniæ longitudinem ditavit portubus, quorum multi melioribus mundi æquantur, excepto Vlyſſipponenſi, cujus ſumma capacitas, & ſecuritas non admittit comparationem; ex quibus Magin. *in deſcript. Portug.* ait: *Quod quidem regnum, quamvis nec amplum ſolo, nec divitiis abundans ſit, nihilominus ob opportunum ad navigationes ſitum, valde præſtans eſt:* Pater Vaſconcellos *in deſcript. Luſit.* ac 24
*Fr. Nicolaus de Oliveira in grand. de Lisboa, tract.*1. *cap.*2. ſcribunt

ſcribunt in ſolâ provinciâ Interamnenſi (octodecim leucarum longitudinis, & 12, vel 6 latitudinis) colligere ſolas Eccleſias ex redditibus in quolibet anno unum millionem ſcutorum auri; de quo meminit etiam Ortel. *in tab. Portug.* Autor libertatis Portugall. *pag. mihi* 104. *& ſeq.* affirmat ſolos Archiepiſcopos, & Epiſcopos habere quotannis circiter quatuor centum millia ſcutorum auri; nos ultra de hoc non dicimus, quia aliquando redditur odioſum alienas revelare facultates.

§. III.

Luſitaniæ ditiones externæ in Europâ, Africâ, Aſiâ, & Americâ.

1 DE his quæ Luſitaniæ ſubſunt non extra cauſam erit narratio; brevis tamen de pertinentibus ad nos, reliqua Geographis reſervando.

2 In mari Europæ, Luſitaniæ adjacent inſulæ *Madeira*, *In Europâ.* & *Portus Sanctus*, inſulæque *Tertiæ*, aliàs dos *Açores.* Omnium circuitus efficit quaſi dimidium Luſitaniæ. Aëris temperies eſt eadem, vel melior. Multis, ac optimis rigantur aquis. Solum fertilius optimos fructus offerens. Quatuor magnis urbibus, (ubi duo Epiſcopi) multis oppidis, plurimis pagis, Luſitanis tantummodò populoſæ ſunt æquè (ſi non magis) ac ipſa Luſitania: Ex *Madeirâ* habetur pretioſiſſimum vinum, ac pretioſius ſaccharum in omnes mundi partes; & corticis mali citrei Salgama ſaccharea maximè ad frigidas regiones in magnâ quantitate.

Ex

Ex aliis vinum etiam; multum frumenti, & glaſtum herba, quam *Paſtel* vocant, maximi commercii & valoris quâ optimus color cæruleus efficitur; præter hæc, ex omnibus, pulchra ligna pro operibus curioſitatis.

In Africâ. In Africâ (præter ulteriora, ut vocamus Algarbia, ad 3
Mediterranei os, ſive Mare Atlanticum) per totum littus Oceani meliores portus in terrâ firmi, ac inſulis obediunt Luſitanis; qui ibi civitates habent cum tribus Epiſcopis, bonas arces, & multos pagos. Longitudo hujus dominii eſt eadem longitudo Africæ. Aër eſt nimis calidus, & morbis ſubjectus plùs vel minùs ſecundùm locorum ſitum; flumina quædam inveniuntur magna; ſed, ut plurimùm, regio caret bonis aquis; ex parte illâ non eſt fertilis; exceptis inſulis *Capitis viridis*, & *Sancti Thomæ* quæ fertiliores ſunt. Merces inde exportatæ ſequentes: ex inſulâ *Sancti Thomæ* multum ſacchari, quamvis non boni; ex locis aliis plurima coria, Ebur, Zibethum, vulgò, *Algalia*; & aurum aliquod. Eſt præterea maximum commercium nigrorum hominum, Magnates enim vendunt ſubditos; vel invicem venduntur hoſtes in prœliis capti, emunturque à noſtris, ut vel in argenti fodinis, vel in ſacchari conficiendi torcularibus inſerviant; quod commercium an licitum? huc non pertinet diſputare.

In Aſiâ. In Aſiâ quàm ſit glorioſum Luſitanorum Imperium, 4
nemo ignorat; longitudinem tenet omnium pene littorum (nam interiora non penetrat, niſi magnæ inſulæ *Ceilani*, ſeu *Trapobanæ*) totius Aſiæ; unde Ortel. *in tab. Portug.* ſic: *Luſitanorum Imperium hodiè quàm latiſſimè patet, nam ab Herculis columnis uſque ad Chinam & Lequios per omnes provincias maritimas inſulaſque adjacentes extenditur.*

Tempera-

Temperamentum eſt varium juxta gradus climatis; prope Africam calidum; ad medium (ubi Luſitani præcipuè) calorem habet paulò maiorem quàm Hiſpania, perpetuis è mare auris moderatum; in finem indies frigeſcit, ita ut Chinenſis provincia quaſi comparetur Angliæ, & aliæ frigidiores inveniantur; ſed à maiori parte eſt conveniens corporis ſanitati; Fluvii ejus *Indus*, *Ganges*, aliique celeberrimi; fontes optimi; terra fertilis fructuum particularium. In longiſſimo illo tractu habent Luſitani multas, & magnas urbes, oppida plura, & commoda, arces fortiſſimas, pagos propemodum innumerabiles: urbs *Goa* caput, ſedes Pro-Regis, populi multitudine, commercii divitiis, ædificiorum majeſtate magnifica inter omnes orbis. Sunt in illis partibus duo Archiepiſcopi: unus *Goæ*, Primas Orientis, alter *da Serra*; tres nunc Epiſcopi: *Cochim*, *Meliapor*, & *Macao*, mittit etiam Luſitanus Rex Epiſcopũ in *Japoniam*, & Patriarcham in Æthiopiam, vulgò appellatam *Preſte Joannes*. Sæcularia officia, quibus Rex idem ſubditos mirè diteſcit, non poſſunt numerari. Qualitas mercium ex Aſiâ provenientiũ apparet in eo quod ejus terra operiat adamantes, pyropos, ac gemmas alias; in campis ferat aromata, ac odorifera ligna; in ſylvis piper, cinnamomum, caryophillum, & ſimilia; in mari inveniantur margaritæ, uniones, & ambarum; hæc omnia perpetuo curſu indefeſsè multiplicata; quorum reſpectu non conſiderantur optima ſerica, & alia pretioſiſſima quæ ibi ſunt in abundantiâ.

5 In Americâ, provinciæ *Sanctæ Crucis*, vulgò, *Braſilia*, (quamvis Hollandi è poteſtate Regis Caſtellæ occuparunt terras) poſſident Luſitani ſub uno ſupremo gubernatore maiorem, ac meliorem partem, cum duabus urbibus egregiis: *Bahia* (ubi eſt Epiſcopus) & *Rio de Janeiro*, (de cujus agitur erectione in Epiſcopatum,) magnis oppidis, & multis pagis. In eádem Americâ habent, *Maranhonium*, & latiſſimum ſtatum *Pará*, ſub alio ſupremo gubernatore, ubi urbes, etiam, *In Americâ.*

&

& plures pagi; qualitas regionis eſt calida ſine exceſſu, valetudini valdè accommodata; aliqua ibi ſunt flumina, præ cæteris *Pará* illud, omnium quæ in mundo noſcuntur maximũ; aquæ ſunt ſaluberrimæ, terra fertilis. Merces præcipuæ ſaccharum bonum, unde in totam Europam in ingenti defluit quantitate; lignum *Braſil*, pro rubro colore conficiendo, magni pretii, optimum genziberum, herba Indica tabacco, coria, & minora alia.

§. IV.

Luſitanæ gentis qualitates.

CVm omnes fructus rerum natura gratiâ hominis comparaverit, ut inquit Juſtinianus Imper. *in §. in pecudum Inſt. de rer. diviſ*; ipſe *in §. ult. Inſt. de jure nat.* infert: *de perſonis videamus; nam parùm eſt* aliud *noſſe, ſi perſonæ, quarum causâ conſtitutum eſt, ignorentur.* Ergo de gentibus: 1

Nobilitas. Hiſpanias, in orbis, poſt diluvium, cunabulis, anno ſcilicet 143, primò habitaſſe *Thubalem* filium *Japheti*, nepotem *Noë*, autores ſunt *Beroſ. Cald. antiq. lib.* 3, *&* 5; *Annius Viterb. lib.* 12. *c.* 1, 3, *&* 4; *Joſeph. de antiq. lib.* 1. *c.* 7; *S. Hieron. c.* 66. *in Iſay, & c.* 27. *in Ezech*; *Euſeb*; *& plures relati à Valdeſio de dignit. Reg. Hiſp. c.* 5. *à n.* 6; at ex Hiſpaniis primò habitaſſe Luſitaniam probant *Pineda in monarch. lib.* 1. *cap.* 23. *Florian. de Ocampo lib.* 1. *Nicolaus Coelho in ſacrâ chronol. Fr. Hector Pintus in Ezech. cap.* 27. *latè Britto in monarch. Luſit. lib.* 1. *cap.* 3. *ac alii, neque negat Mariana hiſt. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 7. Cujus monumentum extat in magno oppido *Cethubal*, hoc eſt *congregatio Thubalis*, quod ad Oceani litus propè Tagum fundavit. Ejus ac ſociorum nobilitatem meritò commendat Doctor Gregor. Lopez Madera *in tract. de excellent. Hiſpan. cap.* 5. cùm illi primi orbis habitatores, fontes 2

fontes fuerint nobilitatis; ſed quid ultrà quando in ſacrâ paginâ, *gen.* 9. *n.* 26. Japhethi familiæ benedictionem videmus? *Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſervus ejus. Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis*
3 *Sem, ſitque Chanaan ſervus ejus.* Poſtea fundarunt nova oppida in Luſitaniâ Græci cum Hercule, aliàs Oſſyri, *ut apud Strabon. lib.* 1. *in principio*; & *Brit. ſupra, cap.* 12. item cum Baccho Dionyſio, *ut diximus in* §.1. *n.*5. iterum cum Vlyſſe, *pro ut* §.2. *n.*11. ac Menelao, *ut. d.*§.1. *n.*6. Græci autem à Javan filio Japhethi procedebant, ſecundùm Joſephum, *Antiquit. lib.*1. *cap.*6. *Torniel. an.*19. *n.*21. *Bellarmin. in Chronol.* ex quo & aliis apud hiſtoricos notis
4 eorum nobilitas apparet. Cum Luſitanis ut conſtat poſt multos annos conjuncti ſunt Suevi (qui regnarunt in Lutaniâ) ac Gothi; nec minùs conſtat de nationis utriuſque
5 nobilitate; hæc in aſperis locis inter Sarracenos inudantes Hiſpaniarum orbem conſervata, ſurrexit tandem victrix, patriæ ſe reſtituens ac libertati; quantùm verò ſub Portugalliæ, ſeu Luſitaniæ Regibus incorrupta in hodiernam diem floreat, non dubitatur; planè Principes hi præ cæteris de illius obſervatione ſoliciti, titulum ſtatuerunt de *Fidalgos*, quo mirificè in Regiis libris antiqua per maſculum deſcendens continuatur.

6 Quod ad ſcientias attinet, Juſtum Lipſium *lib.* 5. *epiſt.* 66. audiamus: *Gentem veſtram dico, id eſt Luſitanos, jam olim armis, imò, & literis inclytos.* Et paulò poſt: *Semina ejus inſtituti etiam nunc fructificant, & ardet in animis veſtris ſemel accenſus honeſtior ille ignis. Audimus certè non in alio Hiſpaniæ tractu magis veteres artes coli, & exempla, ac ſcripta ſunt quæ ad nos quoque manant, & teſtantur.* Autor *Scientia.*

E bibliot.

biblioth. Hiſp. *tom.2. tit. poëtæ ſacri*, ita: *Luſitani in poëticâ, ut & in muſicâ regnare feruntur mirâ animi propenſione, velut enthuſiaſmo rapti.* Nec plura referre oportet, cùm teſtimonium Mariannæ, *Hiſt. Hiſp. lib.*10. *cap.*13. omni exceptione maiùs tanquam inimici, ſic habeat: *Gens dedita pietati, ſapientiæque ſtudiis, & omnis humanitatis, atque elegantiæ*; hoc & philoſophica ſuadet ratio; nam cum animi mores corporis inſuetudinem inſequantur, teſte Galeno *in lib. quod animi mores, &c.* ipſe *ibi cap.*9. infert, *homines temperatam regionem habitantes & corporibus, & animi moribus, & intelligentiâ, & prudentiâ longè antecedere.* Sequitur Joan. Nevizan. *lib.*5. *ſilvæ nupt. n.*47. *in principio*, & diximus in noſtro tract. *Perfectus Doctor, Qualitat.* 1. *n.*1. cum ergo Luſitania ſit ſub climatis temperie ſupra, §.2. *n.*10. adnotatâ, ſecundùm naturam eſt ut gentes procreet ſcientiis maximè aptas; & ſi (ut quidam putant) declinaret regio ad calorem, adhuc pro ſe haberet Ariſtotelem, *ſect. ſive partic.*14. *problem.*15. concludentem, *locis calidis homines ſapientiores ſunt quàm frigidis, &c.* proſequitur rationem præſtando. A mundi initiis ſub Beto ſexto 7
Hiſpaniarum Rege, Academiam fuiſſe apud Turdetanos (quorum provincia pars Luſitaniæ) narrat Britto *in monarch. Luſit.* ibique Aſclepiadem Myrleanum Grammaticam docuiſſe refert Strab. *lib.*3. ubi etiam ex Poſſidonio, Artemidoro, ac eodem Aſclepiade, Vlyſſippone fanum Minervæ ſcientiarum Deæ tradit; cujus meminit Ant. Nebriſſ. *de reb. Reg. Catholic. in exhort. ad Lector.* In Luſitaniam veniſſe, & apud noſtros Academiam fundaſſe magnum Philoſophum Hermem Tremegiſtum, ex Catone, *lib.*1. *ac Fr. Athanaſio de Lobera grand. de Leon.* 2 *p.*

cap.

*cap.*1. ait Doctor Joan. Salgado de Araujo *in d. tract. Martis Luſit. certam.*1. *art.*8. ſicut & Licurgum, Homerum, & Heſiodum; quorum (ut probabile eſt) converſatione, ac familiaritate, aliiſque ex cauſis ſic tandem literarum amatores priſcis illis temporibus Luſitanos ſcimus, ut, ſolo deſiderio videndi hiſtoricorum principem Titum Livium, Romam profectos duos *de ultimis Hiſpaniæ finibus*, id eſt Luſitanos, legamus apud Div. Hieronymum *in Prologo Bibliæ,& Plin.junior.lib.*2.*Epiſt.ad Nepotem,*(hic tamen unum tantùm fuiſſe aſſerit) qui eo viſo, nil curantes de cæteris Vrbis viſu digniſſimis, ſine morâ redierunt in patriam. Daciani excellentiſſimi Philoſophi ac Poëtæ Luſitani Emeritenſis tempore Veſpaſiani Imper. meminit Gregor. Cilius *de Poët.* & Martial. *lib.* 1. *epigram.* 27. in cujus laudem compoſuit epigramma 80 ejuſdem libri. In ſacris literis inſignes floruere Ælianus, aliis Lelius Emeritæ Diaconus, imperante Galieno; & Paulus Oroſius, Bracharenſis, tempore Sancti Auguſtini, de quo ipſe *Epiſt.*28. ſic: *Ecce venit ad me religioſus juvenis Catholicâ pace frater, ætate filius, honore compresbyter, noſter Oroſius, vigil ingenio, paratus eloquio, flagrans ſtudio utile vas in domo Domini eſſe deſiderans.* Et paulò infra: *Inde* (ab Hiſpaniâ) *ad nos uſque ab Oceani littore properavit.* Et Epiſt.102. ita: *Sanctiſſimi, & ſtudioſiſſimi juvenis Presbyteri Oroſii, qui ad nos ab ultimâ Hiſpaniâ, id eſt, ab Oceani littore* (Luſitaniâ ſcilicet) *ſolo ſanctarum Scripturarum ardore inflammatus advenit.* Circa idem tempus Idacius Epiſcopus Emeritæ, de quo Flav. Dexter. *ann.*384. *& P. Bivar. in Comment. ibidem.* Aprigius Epiſcopus Pacis Juliæ, ſeu Bejæ laudatus à S. Iſidoro, *de vir. illuſtr. cap.*17.

Sebius Luppus egregius Mathematicus, & Architectus, dequo Florian. *lib.* 1. *cap.* 10. *Mariana lib.* 1. *cap.*9. *Caſtillo
hiſt. Got. lib.* 2. *diſc.* 1. Hæc ſatis ut de Luſitanorum literis 8
conſtet etiam ætatibus illis, apud multos, barbaris; de modernionibus autem ſæculis ſi loquar, offendam potius, quàm laudem; nam, nec maior eloquentia ſufficiens, nec commendatione indiget quòd præclaris documentis patet: Præter alia, quatuor ſunt in Luſitania ſtudiâ generalia; & duæ Academiæ, una Eboræ; altera, quæ præcipua, Conimbricæ, quam non Athenas tantùm, nec ficti Apollinis Muſæum, ſed diſciplinarum matrem, ſcientiarum centrum perilluſtres filii optimis doctrinæ fructibus ſapientium Reipublicæ demonſtrarunt.

Fortitudo. Circa fortitudinem Joan. Boem. *de morib. gent. lib.* 3. 9
cap. 24. inquit: *Sunt Luſitani Hiſpanorum fortiſſimi.* Magin. in novâ geogr. *in deſcr. Por.* eiſdem ferè verbis: *Portugallenſes ſunt omnium Hiſpanorum fortiſſimi:* præclara de hoc teſtimonia edidit Thomas Boſſius *de ſign. eccleſ. ſigno* 33. *lib.* 8. *cap.* 7. etiam Mariana *Hiſt. Hiſp. lib.* 10. *cap.* 13. non potuit non dicere: *gens cupidiſſima Laudis, eximiéque
fortis:* Quod ab orbe condito oſtendit experientia conti- 10
nuata; nam protinus poſt. Hiſpaniam habitatam tempore ejus antiquiſſimorum Regum, Luſitanos variis in bellis arbitros fuiſſe victoriæ monſtrant Epiſcopus Gironda *lib.* 1. *Fabius Pictor. lib.* 1. *& magis in particulari Britt.
in Monarch. Luſit. per totum lib.* 1. De ſequentibus tempo- 11
ribus ſat eſt dicere magnum Anibalem Luſitanâ matre in Luſitaniâ fuiſſe natum; nempe cùm Cartaginenſes amicitiam cum noſtris contraxiſſent, Amilcar Barchinus, qui Vliſſipponem gubernabat, nobilem ibi uxorem duxit, ex-

quâ

quâ illud belli fulmen genuit; ita narrat Laymundus antiquiſſimus Autor relatus *à Britto in monarch. Luſit. lib.*2. *cap.*15. & ex antiquâ traditione cecinit ante ducentos annos Petrus Luſitaniæ infans filius Regis Joannis. 1. *in verſibus qui extant*; quà propter illuſtris poëta Hieronim. Corte Real Anibalem numeravit inter Luſitanos Heroas *in epilogo ducum Luſit.* confirmavit Britto *ſupra*, ſequitur Eman. de faria *in epit. hiſt.* 1.*p. cap.* 4.*n.* 25, & corroboratur ex aliis affirmantibus eum Hiſpanam habuiſſe matrem, quamvis ſpecialiùs non declarent; ut ſunt *Marian. hiſt. Hiſp. lib.*2.*cap.* 6. *Doctor Madera in excell. Hiſpan. cap.* 8. §. 3. unde forté Luſitanorum amor quo illum plurimis cohortibus in Jtaliam comitati ſunt, ubi præclara geſ-
12 ſerunt, teſte Livio *decada* 3. *lib.* 1. Romanorum autem ſæculis Strabonem *lib.* 3. videamus : *Luſitania plurimo tempore bellis Romanis petita* : egregios noſtrorum duces cognoſcimus Apimanum, Ceſſaronem, Conchenum, Herculeium, & Martem Luſitanum Viriatum, à quo ſolo victi. M. Vetilius prætor, C. Plautius prætor, & Claudius Vnimanus; ejus hiſtoriæ autores ſunt epitom. Livii 52. & 54. *Autor. de Vir. illuſtr. cap.* 71. *Eutrop. & alii*, inter quos Lucius Flor. *rer. Roman. lib.* 2. *cap.* 17. *ex n. mihi* 15. in hunc modum : *Luſitanos Viriatus erexit vir calliditatis acerrimæ, qui ex venatore latro, ex latrone ſubitó dux, atquè Imperator &, ſi fortuna ceſſiſſet, Hiſpaniæ Romulus; non contentus libertatem ſuorum defendere, per quatuordecim annos omnia citra, ultráque Iberum, & Tagum igni, ferróque populatus. Caſtra etiam prætorum, & præſidum aggreſſus Claudium Vnimanum pænè ad internitionem exercitus cecidit, & inſignia trabeis, & faſcibus noſtris quæ cæpe-*

rat

rat in montibus ſuis trophæa fixit; tandem eum Fabius Maximus oppreſſerat, ſed à ſucceſſore Pompilio violata victoria eſt, quippe qui, conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditionis agitantem per fraudem, & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc hoſti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuiſſe. Poſt Viriatum, crudele Romanis intulerunt Luſitani bellum ducti à Sertorio, de quo Plutarch. *in ejus vitâ Appian. de bello civi. l.* 1. *pag.* 418. *Autor de vir. illuſtr. cap.* 63. & 67. *Valer. Max. lib.* 9. *cap.* 1. inquiens: *in horridâ, & bellicosâ provinciâ, cùm præſertim acerrimus hoſtis Sertorius Romanorum excercituum oculos Luſitanis telis perſtringeret.* qua propter, ut Flor. *lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 5. ait, *ſatis tanto hoſti, uno Imperatore reſiſtere res Romana non potuit; additus Metello Gnæus Pompeius; hi copias viri diu, & ancipiti ſemper acie atrivère;* quid plura? cum inſignioribus Romanorum pugnarunt Luſitani marte dubio; cum Decio Brutto, cujus narrando geſta Florus. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 13. declarat. *Sed tota certaminum vis cum Luſitanis fuit, & Numantinis,* cum Julio Cæſare, ut præter alios Hirtius *de bello Hiſpan. lib.* 1. Cum Pompeio qui (ut Mariana *lib.* 3. *cap.* 13. dicit) *in Hiſpanias venit Magni cognomento aut jam parto, aut, ut alii ſcribunt, ex Sertorio ſuperato quæſivit;* qui enim Luſitanos vincebant maioribus decorabantur titulis; ſic etiam Brutto (Strabo *lib.* 3. refert.) *qui Luſitaniam debellavit, cognomentum eſt Callaici ab iis* (id eſt à Callaicis noſtris) *inditum;* quâ noſtrorũ virtute cognitâ apud Gallòs, (qui contra Cæſarem auxilia ab Hiſpaniis petierant) *duces ii deliguntur qui unà cum Q. Sertorio omnes annos fuerant* (Luſitani ut ſuprà dictum) *ſummamque ſcientiam rei militaris habere exiſti-*

exiſtimabantur, ſcribit idem Cæſar *de dello Gall. lib.* 3. neque Gallos ſpes fefellit, ut ex iis quæ proſequitur Cæſar ipſe; glorioſum ſanè à bellicoſiſſimis Gallis in ducem vocari, nec minùs notabilis inter utramque natione vetuſtas amicitiæ. Accedit quod Strab. *lib.* 3. de Luſitanorum per illa tempora ludis refert: *Certamina etiam gymnica, arma, & equeſtria edunt, pugno, curſu, velitatione, & inſtructo cohortatim prœlio*; omnia itaque militaria erant exercitia.

13, A Romanis Luſitaniam cœperunt Alani, poſtea Suevi, permittentibus quaſi Luſitanis; hi & illi matrimoniis jam conjuncti, ita contra vicinos Gotos moverunt arma, ut à Chronicâ Oſtrogothorum *cap.* 17. Hiſpaniæ monarchæ,

14 nuncupentur. In libertate verò Hiſpaniarum à Sarracenis, quid non fecerunt Luſitani? aliquid in 2 prooemio §. 1. & 2. dicemus; & poſt libertatem Hiſpaniarum, quas orbis partes non devicerunt? de Europâ loqui nolo, quia non eſſet generoſum renovare plagas antiquas Caſtellanis afflictis jam novis; de aliis agendo, Joannes Boterus *in relationibus mundi*, 2 *p. in prœmio tit. de fortitudine*, hæc profert: *Nullam unquam nationem orbis vidit vehementiorem, vel quæ tantùm terribilitatis, & furoris haberet ut Luſitani; quorum immenſæ navigationes, & prodigioſa facinora .... ſunt magis vera quam credibilia.* Ant. Albiſius *in ſtem. Princ. Chriſt. in fin. tit. ſuccinta urb. deſcript. de Ulyſſip.* de Rege Emanuele ita ait: *Qui Rex ſuorum temporum victorioſiſſimus, non Africanis modò triumphis inclytus, ſed nobilior etiam longè Indicis trophæis, regnum potentiâ, & opibus, Luſitanum nomen inter moritura nunquam fama auxit.* Sed pro multis teſtimonium proferat Mariana, *hiſt. Hiſp. lib.* 10. *cap.* 13. eò melius quòd inimici; en illud: *Regnum*

auſpicatò

auſpicatò per hæc tempora fundabatur ditione non ampliſſimum, tempore poſtremum, magnitudine rerum geſtarum cùm primis nobile pellendis olim totâ ditione Barbaris; ſed & noſtrâ, avorumque ætate Luſitani homines incredibili virtute, & fælicitate omnes orbis terrarum partes obeuntes Africæ partem ſubjugarunt; innumerabiles inſulas mortalium primi patefecerunt, iidemque occuparunt, pleraſque incognitas niſi immortalibus, Aſiam ſibi, atque Indos ſtipendarios fecerunt. Cæteri etiam maximæ admirationis encomiis fatentur idem; videatur *Epiſcopus Palentiæ p.*1. *cap.*14 *Franciſc. de Monçon in ſpeculo Princip. lib.*1. *cap.*89. *Egid. Gonçales de Avila, in tract. grandeſas de Madrid, lib.*4. *tit. del Conſejo de Portugal* Hoc autem (ut judicioſè inquit Boter. *ſupra lib.*4. *tit. de Rege Catholico*) non contra ignavas gentes pugnando, ſed contra Perſas, Turcas, & alios fortiſſimos; qui (ut advertit Joan. de Barros, *decada* 4. *Aſiæ, lib.*8. *cap.* 7.) Alexandro dedère cognomen Magni: non contra inermes, ſed contra melioribus armaturis ſtipatos (ut notavit Couto *decada* 5. *lib.*5. *cap.*6.) tormentiſque bellicis in tali quantitate, ut capta fuerint pluſquam tria millia in unâ civitate Malacà, & in Dio unum, inter alia, adeò ingentis magnitudinis, ut præ admiratione in Luſitaniam miſſum fuerit, & Vlyſſippone adhuc ſervatur; quibus eâ utebantur dexteritate, ut ſæpiùs viſum, pila plumbea in aëre ſe ad invicem offendere, dum tormentarii utrinque hoſtilia frangere conabantur (ut refert Anton. Pinto, *in hiſt. Proregis Ludovici de Attaide, lib.*2. *cap.*23.) omnium denique eam habebant peritiam, ut (teſte Couto, *dec.*6. *lib.*3. *cap.*1.) ad noſtras deſtruendas arces non obliti fuerint ignem, & acetum quo Anibal rupit Alpinos lapides (apud Liv.

*dec.*3.

dec.3.lib.1.) unde citatus Boterus concludit, ſe tantò plus mirari victorias Luſitanorum, quàm Alexandri, quantò illi habebant exercitus minores ; poſſet addere (ut Barros ſupra) & quantò ex remotiori provinciâ victores pervenerunt ad remotiores.

15 In Religione (quod præcipuum) Mariana *hiſt. Hiſp. lib.10. cap.13.* non potuit negare quod ſit *gens dedita pietati.* Omitto quod Britto *in monarch. Luſit. lib.1. cap 3.* intendit, Thubalem nepotem Noë primas feciſſe leges circa Dei cultum in Luſitaniâ ab eo habitatâ, *ut ſupra n.1.* Omitto etiam quod ex Puente *lib.9. Monarc c.13. §5.* ait Doctor Salgado de Araujo *in d. Marte Luſit. certam.1. art.8,* Callenſes populos in Portugalliâ nunquam idololatras fuiſſe, ſed (quia ab Athenienſibus procedebant) ſemper veneratos cultum unius Dei ignoti, quem verum demonſtravit Apoſtolus *Actor.17.* De lege gratiæ tantùm loquendo ſit exemplum, quâ velocitate eam Luſitani fuerint amplexi, quâ conſtantiâ ſervaverint, quo propagaverint Zelo. Relig.

16 Quod ad primum, ponderatis verbis Sancti Iſidori *de vitâ, & obitu Sanctor. cap.73, Calixti 2. Papæ in prol. tranſlat. S. Jacobi; & Turpini, de geſt. Caroli Magni cap.1.* (cujus fidem defendunt Genebrad. *lib4. ann.800; Volater. lib.3. geogr; Petrus Mantuan. ad hiſtor. Marianæ, pag. mihi 124.)* probant illuſtriſſimus D. Sebaſtianus Cæſar de Meneſes Epiſcopus Portuenſis nominatus, *in doctiſſimo tract. de Hierarch. Eccleſ. p.1. diſp.4. §.5 n.11, & 12, Brit. in monarch. lib.5. cap.3, & 4, Fr. Ludovicus de Souſa in hiſt. Sancti Dominici lib.6. cap.1, & Doctor Auguſtin. Barboſa in eleganti tract. Paſtor. p.1. tit.3. cap.8. à n.19.* in Portugalliâ priuſquam alibi (Judæâ, & Samariâ exceptis)

Evangelium à Sancto Apoſtolo Jacobo maiori prædicatum, ac primos, in gentilium terris, ad Chriſtum converſos Luſitanos fuiſſe, ſcilicet Sancti Jacobi diſcipulos; addit Barboſa, Bracharæ primum templum totius mundi à dicto Apoſtolo extructum; certumque eſt ibi Primatum, ſeu primam Sedem Hiſpaniarum collocaſſe; ut ſupradicti Autores ex antiquis documentis firmant, invitâ Toleti Eccleſiâ, cujus ego objectionibus latè reſpondi *in excellent. Portug. cap.9. excell. ult*; & meliùs illuſtriſſimus D. Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Bracharenſis, poſtea Vlyſſipponenſis *in integro de materiâ tractatu*, ubi eleganter; tandem generaliter Chriſtianum regnum Luſitanum fuit, ſub Ricciario Luſitanorum Suevorum Rege anno Domini 448, juxta Sanctum Iſidorum in *Chron. Suevorum*, quo tempore nullum aliud generaliter Chriſtianum curioſi apud hiſtoricos invenient, ex his quæ hodiè in verà fide perſiſtunt: ut notarunt Britto *in d. monarch. lib.6. cap.7, & 8, Madera in excell. Hiſp. cap.6. §.4, & 7.*

Conſervationis receptæ fidei teſtes ſunt plurima, & magnificentiſſima Luſitaniæ templa, de quibus Fr. Franciſcus Herrera Maldonado *in vitâ venerabilis Bernard. Obregonii cap.29. in princ.* ſic ait: *Superior opulentia invenitur in regno illo talium fabricarum, ditiſſimarumque fundationum*; et Abraham Ortel. *in theatro orbis, tab. Portug.* de parvâ *Interamnenſi* provinciâ agens, miratur ita: *Atque in hoc tam exiguo terræ intervallo, præter Eccleſiam Bracharenſem Metropolitanam, & Portugallenſem Cathedralem, ac alias quinque Collegiatas, reperies pluſquam centum triginta monaſteria, quorum pleraque reditus habent ampliſſimos: præterea plùs minus mille quadringentas ſexaginta* 17

ginta parrochiales cum ſuis baptiſteriis, ut ſcribit quidam, certè in eâ parte quæ Bracharenſem agnoſcit Eccleſiam octingenta recenſentur; ex quâ re fertilitatem, & religionem antiquam gentis facilè agnoſcas. Teſtes iterum magnifici apparatus quibus in templis illis celebrantur divina officia; circa quod Fr. Hieronymus Roman. *in tract. de rebus publicis, lib.* 4. *cap.* 18. coactus fatetur: *in eo quod attinet ad cantanda divina officia, eaque muſicis, ac vocibus celebranda, certè credo Luſitanos primum locum habere in Eccleſiâ Catholicâ.* Idem commendat Georgius Brannius *in theatro urb. tom.* 5. *tab. Vlyſſippo.* Teſtes etiam pia opera quæ Luſitani exercent continuò; pro his particulares ſunt apud illos confraternitates, ſeu ſocietates, *Miſericordiæ*, nuncupatæ, de quarum inſtituto, ac exercitio longa narratio (huic loco inconveniens) ſed non injucunda poſſet fieri; hîc ſufficiat verba referre Avilæ *in d. tract. grand. de Madrid. lib.* 4. *tit. de Conſ. Portug.* fatentis, *quod eſt maior res quæ hodiè cognoſcitur in Chriſtianitate*, idem quoque mirantur, & laudant Brann. *citato loco, & Maldonado ſupra, cap.* 33. *Albiſius ſtemmat. Princip. Chriſt. in fin. tit. Vlyſſippo.* Ac totum coronat meminiſſe clariſſimæ Luſitanæ Beatricis de Silva monitu Catholicum Regem erexiſſe Sanctum Inquiſitionis Tribunal ad puritatem religionis conſervandam; prout narrat Cardinalis Franciſcus Gonzaga *in fundatione monaſterii concept. Toleti:*

18 Tandem de propagatione fidei quid opus eſt dicere? ſi ut Pſalmiſta *Pſalm.* 18. dixit, *in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, quo fecerunt *à ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini*; ut Pſalm. 102. vidimus aliquid *in* §. 3. Vnde Franciſc. de

Herrera *in apologiâ pro Ferdin. Mendez Pinto ad principium traductionis* Luſitanam nationem appellat *glorioſam in propagandâ fide Catholicâ ad partes remotas, admirationem cauſando quòd in cœlum mittat tot martires, & ad eccleſiam ducat innumerabiles fideles.* nec Mariana *d. lib.* 10. *cap.* 13. potuit de Luſitanis tacere quod *Veræ religionis lumen in remotiſſimas nationes, & gentes magno pietatis incremento intulerunt*; ſi Boſſii *de ſign. eccleſ.* aliorumque ſcriptorum autoritates cumularem eſſet infinitum. Hîc meminiſſe juvat S. Antonium Vlyſſiponenſem (vocatum arcam divinarum literarum, ut apud Marin. Sicul. *de reb. Hiſp. lib.* 5. *tit. de divo Ant.*) fuiſſe primum lectorem theologiæ in Franciſcano ordine à ſeraphico fundatore ſelectum, ac primum qui ex eo prædicavit, unde jactatur Luſitania ſe præceptorem, ac ducem dediſſe tot, & tantis ejus ordinis doctoribus, inſignibuſque prædicatoribus Chriſtianæ veritatis. Nec minùs notabile, primam domum quam ſocietas Jeſus propriam habuit in toto mundo Vlyſſippone fuiſſe, quam vocant, antiquum ſanctum Antonium; (nam ſi habebat aliam, erat conducta;) primum collegium, Conimbricæ, ac primam provinciam in Luſitaniâ; ſic noſtrum regnum, quaſi futurorum videns, amplexum fuit, & à principiis nutrivit illos qui Catholicæ eccleſiæ tantum, & adeo glorioſè fructum afferunt.

Sancti Luſitani. Foret etiam infinitum recenſere inclitos ſanctos quo- 19
rum procreatione Luſitania mater illuſtratur; judicioſè, de more, dixit Fr. Ludovicus de Souſa *in hiſt. Sanct. Dominici lib. 6. cap.* 1. ſe aliam non invenire rationem quòd adeo magnus ſanctorum numerus in terræ circuitu ſic exiguo floruerit, niſi quod ſit influentia cœli particularis,

ris; nil enim aliud ſibi vult, quod, ultra Brittum *in monarch. lib.6. cap.ult*; narrat. P.Bivar.*in comentar.ad Dextr. anno* 138, Calgiam uxorem Catelii Reguli in Luſitaniâ peperiſſe ſimul novem filias, quæ omnes in perfectâ ætate, primæ omnium in Hiſpaniis fœminarum, gloriam obtinuerunt martyrii,quâ eccleſia illas veneratur;earum nomina Genebra, Liberata, Victoria, Eumelia, Germana, Gemma, Marcia, Baſilia, & Quiteria. Dicant Itali, quando ſanctum nominare audiunt, quem intelligunt? profectò Antonium Luſitanum, qui ſolus (poſt Deum) vocatur ſanctus per Antonomaſiam. Luſitanos,inquam,ſanctos non recenſebo, quia eſſet infinitum;memorabo ſolùm primum martyrem Europæ fuiſſe S.Petrum de Ratez Luſitanum,*ſecundùm Sandovalẽ dum loquitur deS.Epitacio*; Primum Anacoretam S.Felicem ann. Chr. 45, *ut conſtat ex breviar. Brachar.in lect. S.Petri Ratez,notat Padilla hiſt. Eccleſ. Hiſp. centur.*1. *cap.*16.; Sanctum Roſendum primum confeſſorum ab Eccleſià canoniſatum diligentiis ac cæremoniis quibus illa hodiè utitur, ut inquiunt Fr. Ludovic. de Angelis *inViridario in vitâ. Sanct. Adolindæ n.* 54. & Georgius Cardoſo *in offic.ſanctor.Luſit.* Nec tacebo quatuor Religionum fundatores: Beatum Amadeum, qui fundavit Amadeos in Italiâ, *de quo Eduard. Nunius in deſcript. Portug. cap.*48, *Avila grandez. de Madrid. lib.*4. *tit. conſejo de Portug*; Beatricem de Silva ejus ſororem, quæ fundavit ordinem Conceptionis inCaſtellâ, de quâ Gonzaga *ſupra, Avila ubi proximè, Nunius d. tract. cap.*49; venerabilem Joannem de Deo qui in eodem regno fundavit Hoſpitalarios, de quo Avila *citato loco*, *ac Nunius cap.*57;& antiquiorem Patrem Joannem de Mata funda-

fundatorem ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, cujus patriam Fr. Petrus Lopez de Altuna *in chron. ejus ordinis cap.* 21. ſcribit fuiſſe pagum *Falcon* in Provenciâ Galliæ; ſed Fr. Bernardin. de ſancto Antonio *in epitome ejuſdem ordinis lib.* 1. *cap.*3. §.2 referens Robertum Gaguinum *in chro. de general. miniſtris*, tenet fuiſſe Luſitanum, pro quo, ultra cognominis *Mata*, (quod Luſitanum eſt) conjecturam, facit quod primum monaſterium, in Provenciâ fundatum, vocavit, *Luſitaniæ domum*; confirmat Brandaõ *monarch. Luſit. lib.*9. *cap.*9, ubi etiam, *ex Fr. Joſepho de Siguença*, ait principalem heremitam ex primis ordinis S. Hieronymi fuiſſe Vaſcum Luſitanum; & prima monaſteria ejus ordinis, S. Benedicti, Ciſtercienſis, S. Auguſtini, S. Dominici, ac S. Franciſci in Hiſpaniis, fuiſſe in Luſitaniâ.

Sobrietas, parſimonia, & temperantia.

De ſobrietate, parſimoniâ, & temperantiâ Luſitano- 20
rum Boëmus *de mor. gent. lib.*3. *cap.*24. ita: *Unicus illis eſt cibus, mundus quidem, & ſimplex*; Mariana *hiſtor. lib.* 10. *cap.*13. in hunc modum: *Gens præ cæteris Hiſpaniæ in victu, cultûque frugalis.* Sed jam nimis in hoc §. immoramur; ego ultra hoc, & nobilitatem, ingenium, ac religionem, (de quibus ſupra jam aliquid tetigimus) in tract. de excellentiis Portugalliæ capita ſigillatim feci de Luſitanorum juſtitiâ, honeſtate, veritate, fidelitate, gratitudine, liberalitate, magnanimitate, patientiâ, & clementiâ, item de bonitate, ac perfectione Luſitanæ linguæ; modò ſint pro coronide verba Magini *in novâ Geographiâ in deſcript. Portug.* §. *Portugallenſes*, ſic habent: *Portugallenſes ſunt omnium Hiſpanorum fortiſſimi, veloces, agiles, verſatiles, prompti, laboris patientiſſimi, navigationum peritiſſimi, &*

Omnes virtutes.

navali claſſe inclyti, potentes, ac glorioſi, ad dominandum, atque ad acquirendum nati.

21 His virtutibus Luſitani extra patriam ſublimiores dignitates conſequuti, æternam rectæ adminiſtrationis memoriam reliquerunt, & gratitudinis quaſi debitrices ipſas dignitates; fatetur ſe Romana Eccleſia debitricem ſummis Pontificibus Luſitanis, Damaſo Sancto ob præclara ſcripta, ob tot hæreſum condemnationem in Conciliis, ob inſtitutionem chori ad laudandum Deum Pſalmis alternatim, ob ſanctiſſimum verſum *Gloria patri*, &c. in fine Pſalmorum adjunctum, ob canones ad bonum regimen, ob authoritatem præſtitam tranſlationi Bibliæ S. Hieronymi, ob inſtitutam Aſſumptionis Virginis feſtivitatem; Item Joanni 22. (aliis 21.) pro ſuis canonibus extravagantibus; fatetur ſe debitricem adjutorio tot Cardinalium, ſpecialiùs Georgii da Coſta tituli S. Catherinæ qui multoties ex delegatione Julii 2, integrâ Summi Pontificis eſt uſus poteſtate; fatetur ſe debitricem Beato Amadeo tanquam coöperanti in magnis operibus Summi Pont. Sixt. 4, cujus erat confeſſarius, ac ſecretarius. Fatentur religioſi equites S. Joannis Hieroſolymitani quàm ſtrenuos, ac prudentes magnos Magiſtros eis dederit Luſitania; fatetur Seraphici Franciſci illuſtris ordo quales è Luſitaniâ obtinuerit generales Miniſtros, quorum primus Fr. Gondiçalus de Valbom ordinavit, ut graduaretur ſubtilis Doctor Joannes Dunx Scotus in Pariſienſi Academiâ præclarâ. Fatetur Prædicatorum ordo inſignis, ſe in Hiſpanis provinciis auſpicatò plantatum à Fr. Gomeſio (aliis Suerio) primo Hiſpaniarum provinciali electo ab ipſo Dominico magno patre; fatetur Divini Hieronymi

Luſitanorum dignitates extra patriam.

religioſus

religioſus ordo ſe ex Italiâ in Hiſpanias ductum per Vaſ-
cum Luſitanum; fatetur Societas Jeſus clariſſima, ejus
egregium fundatorem Ignatium duos Luſitanos Simo-
nem Rodriguez ipſius ſocium, & Emanuelem Lopez
ſelegiſſe, provinciales primos, illum in Luſitaniâ, hunc
in Caſtellâ, & eventus probant quâ prudentiâ novas erexe-
rint plantationes, quâ ſanctitate. Fatetur etiam Magnæ
Camaldulæ ſanctus ordo ejus generalis Gomeſii meritas
laudes; fatentur denique omnes ordines militares Caſtel-
læ Luſitanis ſe Magiſtris decoratos; inter quos S. Jacobi
militia gloriatur, alterum ſe Joſue Magiſtrum habuiſſe
Pelagium Perez Correa, qui ad proſequendam contra
Sarracenos victoriam ſolis curſum retardavit. In ſæcu- 22
laribus verò dicant ipſæ exterorum regiones quibus ho-
noribus Luſitanos fuerint veneratæ; meminit certè
Anglia Dalmatas illos quos regio S. Georgii ordine inſig-
nivit; eoſdem Gallia meminit Comites de Abranches;
plureſque alios meminit Caſtella qui in eâ ex illuſtrioribus
quas habet domus olim fundarunt; in Ternate, ditiſſimâ
Malucarum inſulâ, nobilem ducem Antonium Galvaõ
Regem ſalutatum ſcimus, quod maiori, quàm Regis ani-
mo, (velut Scipio in Hiſpaniâ) recuſavit; ætateque noſtrâ
Salvator Ribeiro miles priùs, dux poſtea, electus fuit in
Regem Pegû Regni apud Indos potentiſſimi, quod ta-
men fideli magnanimitate declaravit ſe non acceptare niſi
nomine Regis Luſitaniæ; neque obliviſcendus Vvamba
ob egregias virtutes Gothorum olim Rex electus, de
quo (ultra Roder. Sanc. *hiſt. Hiſp. p.2. cap.32.*) Marianna
lib.6. cap.12. non potuit negare, quod; *erat Vvamba na-
tus in Luſitaniæ parte illâ quæ Igeditania veteribus fuit, ubi*

oppidum

oppidum extat, Idaniæ veteris, nomine. Si in antiquâ Româ Luſitanorum dignitates referre vellem, tribunorum, quæſtorum, Ædilium, Præfectorum, Ducum, ac Gubernatorum catalogum prolixum facerem; ſatis erit ſi notemus viros maximos maximè coluiſſe Luſitanorum adhuc viventium ſolam famam: teſtis Summus Pontifex Pius 4, qui poſuit in Vaticano, propè effigiem Ptolomæi, illam magni hiſtorici Joannis de Barros, quam etiam Veneti propè homines magis inſignes collocarunt; teſtis Chriſtianiſſimus Rex Galliæ Franciſcus 1, qui non ſolùm illuſtris ducis Antonii de Silveira imagini locum dedit inter ſimulacra maiorum heroum, ſed etiam dicere ſolebat tantum ſe virum intensè optare Galliæ, niſi deficeret Luſitaniæ.

23 Gentium autem eſt Luſitania fœcundiſſima. Viſum hoc fuit in deſcriptione univerſali Cæſaris Auguſti in quâ ſola Luſitania ſcripſit quinque milliones, ſexaginta & octo millia patrumfamilias, ut ſcribit Angel. Pacencis *in vitâ S. Mancii martyris*, cum tamen in toto Imperio ſolùm 26037 myriadæ inventæ fuerint, authore Nicephoro Calixto, *hiſt. eccleſ. lib.*1. *cap.*17. quæ faciunt ducentos, & ſexaginta milliones, tercentum, & ſexaginta millia perſonarum, (ni fallor) numerando decem millia pro unaquaque myriade. De temporibus ſubſequentibus eandem fœcunditatem probant exempla de quibus *Eman. Barboſa in doctiſſimis remiſſion. ad leges, & ordin. Portug. lib.*4. *tit.* 105. *n.*2. *Gaſpar Eſtaço in antiquit. cap.*72. *Vaſconcellos in deſcript. ad provinc. Interamnenſem. Brito in monarch. Luſit. lib.*6. *cap. ult. Brandaõ in eâdem monarch. lib.*13. *cap.*6. *Bivar. ad Flav. Dextr. ann.* 138; referentes ſæpiùs ex

Gentis multitudo.

24

unico partu Luſitanas genuiſſe ſeptem, novem,& quatuordecim filios qui vixerunt omnes, multas ſenili ætate peperiſſe, plures jam decrepitos procreaſſe, ac penè innumerabilem nepotum ſeriem vidiſſe, nec defuiſſe fœminas quæ uno jam concepto fœtu, conceperunt aliũ, & eodem conceptionis intervallo, utrumque produxerunt perfectum. Vnde apud nos (maximè in provinciâ Interamnenſi) non mirum ſi plures, quàm tres, ſimul naſcantur, ut judicavit Plin. *Nat. hiſt. lib.*7. *cap.*3. quin imô non miramur Ægyptias quinque ſimul concipientes, ſecundùm Strabon. *lib*. 5. vel ſeptem ſecundùm eundem Plinium; nec etiam miramur Conſtantiam uxorem Imper. Henrici 5. de quâ Fazelius *lib.*8. *rer. Sicul.* aut alias de quibus Tiraquel. *ad leg. conub. l.*6. *gloſâ* 1. *ex n.*36. quæ grandævæ pepererunt; non Maſſiniſſam Numidarum Regem in 80 anno generantem, ut refert Solin. *cap.*4. *& Plin. d. lib.*7. *cap.*14. non Artaxerſem Mnemonem Regem Perſiæ numerantem 118 filios, apud Juſtin. *lib.*10. nec Herotimum numerantem 600, apud eundem Juſtin. *lib.*39. *& Textor. in offic. tit. qui multos habuerunt filios*; non denique ea conceptionis intervalla de quibus citatus Solinus. Autor eruditi tractatus *Fôra velhaco, c'eſt adire la liberté de Portugal, pag. mihi* 105. *in novâ impreſſ. ann.*1641. notat quod cum ſit certum uno quoque anno exire è Luſitaniâ in ultramarinas dictiones circiter ſex hominum millia, quorum vix tertia pars redit, nilominus tempore Regis Sebaſtiani in matriculis militiæ per totum regnum ſcripta erant in mille, & ducentis cohortibus, ducenta, & quadraginta millia peditum; (de equitibus non loquitur) cum tamen in illis non ſcriberentur nobiles, nec eorum familiares; nec

item

item Eccleſiaſtici, gaudenteſque variis privilegiis; neque valetudine, vel ætate infirmi. Scio Boterum *in relat. tit. de Portug.* & *Maginum in novâ Geogr. in deſcript. Portug.* §. *Portugallenſes*, exiſtimare, noſtrum Regnum, ob tot loca longè acquiſita, populo nimis infrequens redditum eſſe; hæc opinio eſt orta ex eo quod, à tempore occupatæ Luſitaniæ per Reges Caſtellanos, in bellis noſtris deficiebant milites; ignorabant verò exteri non procedere ex gentium penuriâ, ſed ex eo quod illi Principes in Flandriam, Germaniam, & Italiam mitterent multos; ac plures ob defectum honorificæ remunerationis (quæ milites alit, maximè Luſitanos,) ac aliis ex cauſis malebant quieſcere in domibus ſuis. Facto hoc vidimus cùm ante annos ſex Regis Caſtellæ juſſu eædem cohortes ſunt deſcriptæ, in eiſque ducenta militum millia inventa, ſtupeſcentibus, ac timentibus Caſtellanis, atque, ob id, plurimas à nobis legiones extorquere curantibus; vix tamen ulla fuit quæ vellet adverſus Cataloniam ire; at ubi primùm in reſtitutione legitimi Regis aſpexerunt novum lumen, intra dies breviſſimos, mutatione mirabili, non ſolùm Regni confinia defenſoribus munita fuerunt, ſed inimicorum terræ invaſæ numeroſis copiis; & notum eſt præteritâ æſtate anni 1643 plus quam ſexaginta Luſitanorum millia adverſus Caſtellanum militaſſe; ſcilicet 18 circiter millia peditum, & pluſquam duo millia equitum qui Regem noſtrum comitati ſunt in expeditione contra provinciam *Eſtremadura*; quatuor pene millia peditum, & equitum ſexcenta qui per *Beiram* irruperunt in *veterem Caſtellam*; quinque millia peditum, ac quingenti equites, qui ex regione *Interamnenſi* invaſerunt *Galleciam*; quatuor millia peditum, & quaſi 400 equit. qui ex *Tranſmontanâ* oppugnarunt eundem ho-

ſtem; ſex millia, tam militum, quàm nautarum, in navali exercitu, qui expectavit claſſem Indicam Caſtellanorum; mille, & quingenti in aliâ minori claſſe ad ſecuritatem marium Vlyſſipponis; gentes multæ cuſtodientes *Caſcaes, Peniche*, & reliquos portus; præſidia magna in arcibus ad confinia; & in Algarbiâ plurimæ legiones; cuncti autem non coacti, ſed promptitudine, ac gaudio incredibili voluntariè adſcripti militiæ. Illi qui per oppida interiora Regni ordinariis aſſiſtebant cohortibus innumerabiles erant; de victoriis verò, & rebus eorum geſtis dicemus *libro* 3. *cap.* 9. *à n.* 55.

§. V.

Status Regis Luſitaniæ aliquot excellentiæ.

NON agam de apparatu Luſitanæ aulæ diverſis miniſtris adornatæ; non de pulchritudine curiæ tot titularibus, ac nobilibus frequentatæ; non de magnificentiâ Regni multis decorati tribunalibus, ac conſiliis Juſtitiæ, ſtatus, belli, ordinum militarium, ac Regii patrimonii; communia hæc ſunt aliis Regibus; dicam tantùm quæ ſpecialem tribuunt excellentiam Luſitanorum Principi; & nota quæſo ad ea quæ dicentur *in Append. c.* 5.

Luſitani Imperii extenſa magnitudo.

Primum notavit inſignis hiſtoricus Joannes de Barros *decad.* 1. *Aſiæ in prolog. & lib.* 4. *c.* 11; poſtea Valdez *de dignit. Reg. cap.* 12. *n.* 7; nempè ad omnium mundi partes Europam, Africam, Aſiam, & Americã extendi Luſitanũ Imperium, neque utcumque ſed magnâ cum potentiâ in qua

qualibet, ut vidimus. §. 3. unde rectiùs quâm de Româ (quæ Americam non agnovit) de Luſitaniâ dixiſſet Virgil. *Ænead.* 6.

Imperium terris, animos æquabit Olimpo.

ac Ovid. *in faſt.*

Jupiter ex alto cum totum ſpectet in orbem,
Nil niſi Romanum quod tueatur habet.

(quod, modo aliquo, de Luſitanis, Chriſtianum reddi poteſt;) addidit poeticâ de more elegantiâ Camonius *Luſiadum cant.* 7. *oct.* 14.

E ſe mais mundo ouvera, lá chegara.

quod ſi mundus eſſet maior, in omnem dilataretur Imperium Luſitanorum; hæc autem excellentia neque ulli ex priſcis Monarchiis convenit, tunc quartâ parte incognitâ, neque ulli ex præſentibus, non enim Turca in Americâ dominatur, neque Caſtellanus ad Aſiam pervenit. Alio modo circa idem diſcurrit Antonius Ferreira egregius poeta Luſitanus antiquus 2. *p. carmin. epiſtolâ* 1. inquiens.

Gram Rey, ſenhor das caſas do ſol ambas;

& in Epitaphio Regis Emanuel.

D'ambas caſas do ſol Rey glorioſo.

Nempe Luſitaniæ Regem appellando dominũ utriuſque Regiæ ſolis; & citatus Camonius *cant.* 1. *oct.* 8. ampliùs declaravit.

Vos poderoſo Rey, cujo alto Imperio
O ſol logo em nacendo vê primeiro;
Veo tambem no meo do hemiſpherio;
E, quando dece, o deixa derradeiro.

quod aliá traductione non indiget ſi referamus Georgi-

um Buchananum 2. *tom. Hiſpan. illuſtr. pag. mihi* 1346. Regi Jonni 3. dicentem.

Inque tuis Phœbus regnis orienſque, cadenſque
Vix longum feſſo conderet axe diem;
Et quæcumque vago ſe circumvolvit Olympo
Luceret ratibus Flamma miniſtra tuis.

Ad idem alluſit Vaſcus Mauſinho de Caebedo *in Alphonſo Africano cant.* 3. & alluſiſſet Virgil. ſi cognoviſſet quando *lib.*7. *Ænead.* cecinit:

quorumque à ſtirpe nepotes
Omnia ſub pedibus quà Sol utrumque recurrens
Aſpicit Oceanum: vertique, regique videbunt.

Reges, ac alii magnates ſubditi Luſitania.

Secundum dixit Plato Luſitanus Franciſcus de Sá de 3
Miranda *in epiſt. ad Regem Joannem* 3. eum vocando *Regem multorum Regum*; ac Ant. Ferreira *eglog.* 1. *oct.*3. qui *Regem magnorum Regum* eundem appellavit; propter viginti & octo Reges quos Luſitanorũ arma, apud Indos, ſibi fecerunt tributarios; dequibus doctus Pater Fr. Seraphinus de Freitas *dejuſto Imper. Luſit. cap.* 5. *n. ult.* & ex externis meminerunt *Fr. Ant. de ſ. Roman.in hiſt. Orient. ante princip. Gregor. Lopez Madera in excell. Hiſp. cap.* 11. *Thomas Boſſius, ac alii:* certè Imperialis hæc magnitudo nulli præteritarum, vel præſentium Monarchiæ puto conveniſſe.

Neque tacendum de Luſitani Proregis in Indiâ autho- 4
ritate ita magnificâ, ut diſertim quidam dixerit Europæ Reges Proreges ſibi videri Proregis illius; in domeſticorum multitudine, aulicarum frequentiâ, nobilium obſequio, comitantium apparatu, actionum gravitate, in omnibus denique agit Regem, adquem potentiſſimorum Lega-

ti

ti concurrunt, Luſitaniæque Regem in tanto ſubdito mi-
5 rantur. Non eſt multùm minor Gubernator Capitaneus generalis magnæ & ditiſſimæ inſulæ *Ceilani*, (antiquis *Taprobana*) quem naturales Regem nominant, Regiis incedit inſignibus, Celſitudinis titulo in loquendo aditur, vicibus tandem potitur Luſitaniæ Regis, qui Rex etiam inſulæ illius. Cæterorum gubernatorum per adjacentes Europæ inſulas, per Africam, Aſiam, & Americam, magna eſt authoritas; de duobus autem relatis ſpecialem pro Luſitaniæ Rege deducimus excellentiam, quòd verè prærogativas habeant præ omnibus ſubſtitutis aliorum (etiam Turcarum) Principum.

6 Tertium advertit eruditus Autor *Libertatis Portug. pag. mihi* 107. in verbis ſequentibus: *Ulteriùs Reges Luſitaniæ quandam habent magnitudinem in quâ excedunt omnes Reges, & Principes Europæ; ſcilicet, quod poſſunt in minori ſpatio, quàm horæ quadrantis, donare vaſſallis, ac ſubjectis valorem decem, quindecim, & viginti millionum, in chartis, conſiſtentium in præfecturis provinciarum, ſeu arcium,* *Donativa Regũ Luſitaniæ.*
7 *aliiſque muneribus, & officiis ultramarinis, &c.* Item in commendis magnorum redituũ noſtri ordinis Chriſti, qui eſt ordo Regius & præcipuus in regno, habetque 454 commendas; ordinis S. Benedicti de Aviz, quæ ſunt 73; ac ordinis S. Jacobi, quæ ſunt 60; at certè nullus eſt Prin-
8 ceps qui tot, ac tantas commendas donatum habeat. Accedunt illæ quas *Capellas* vocant, bona videlicet à defunctis olim vinculata ut cum aliquo onere operum pietatis poſſiderentur ab uno ex conſanguineis, in quorum defectum devoluta ſunt ad Regem tanquam patrem communem, qui adminiſtrationem concedit cui vult, ut iſte, oneribus

ribus ſatisfaciendo, habeat reſiduum. Speciale non conſidero proviſiones Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Canonicatuum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum tam ſimplicium, quàm Curatorum, quia multis hæc Principibus ſunt communia, quamvis aliquibus in minori numero; dicam verò de ſecularibus officiis, vix unum Principem tot conferre; nam præterquam in optimo Luſitaniæ regimine conſtituta ſunt plurima, ferè omnia per Regem providentur; cum in aliis Regnis, ut accepi, proviſio multorum pertineat ad ipſas civitates, & oppida. Spe ſupradictorum (quæ non pecuniis, ut alibi, ſed meritis obtinentur,) omnes nobiles cum ſuis inſerviunt Regi gratis, imo & non pauci de plebeis; quo evenit ut facilè exercitus aggregentur, & minimos Principi ſumptus faciant. 9

Subditi. Quartum cecinit magnus Camonius *Luſiad. cant*.1. *oct*.10. inquiens: 10

E julgareis qual he mais excellente,
Se ſer do mundo Rey, ſe de tal gente.

Quaſi dicat præclarius, Regem eſſe talis gentis, quàm totius mundi ſine eâ; (authoritas tanti poetæ hyperbolem excuſet.) Certè, ex dictis ſupra §.4.*per totum*, videtur Luſitanos ſpecialius poſſe dici perfectionum microcoſmum; non inficior virtutes quas veneror aliarum nationum, at ſaltem liceat notare (quod Regibus magis inſervit) eximiam fidelitatem noſtrorum: cognitam jam ab antiquo, cùm Julius Cæſar eorum ſibi fecit cuſtodiam, (ut, poſt Sueton. *in Cæſar. n.*86, *probat Britto in Monarch. lib*.4 *tit.* 3); Auguſtus ſuæ præpoſuit Luſitanum Corocotam (*de quo, ultra Brit*; *Marian hiſt.Hiſp. lib*.4.*cap*.1); ac Sergius Galba

Galba Emilium Pacenſem, (de quo Tacit. *lib.*1. *hiſt. ab exceſſu Neronis,*) *ita Brito ſupra, lib.*5. *cap.* 8. ſucceſſivè laudatam ab exteris ſcriptoribus, videre eſt per Hieron. Curitam *in annal. Aragon. tom.*5. *lib.*3. *cap.*30. *Franc. de Monçon. in ſpec. Princ. lib.*1. *cap.*89. *Joann. Metel. in epiſt. de navigat. Joann. de Perſia lib.*3. *cap.*7. *Avila grand. de Madrid. lib.*4. *tit. del conſ. de Portug. Thom. Boſſium de ſign. eccleſ. tom.*1. *lib.*8. *cap.*1. *in princ. ſign.*1. *& tom.*3. *lib.* 21. *cap.*2. *verſic. decimum,* quod rariſſimis exemplis oſtendimus *in tract. de excellent. Portug. cap.*13. quorum numerus excedit quam hîc profitemur brevitatem; poſſunt tamen legi aliqua(externis tantûm utendo authoribus) apud Fr. Dominic. Mariam Curion. *in triumphis religion. S. Joannis lib.*13. *cap.*8. *victoria* 16. *Didac. de Torres in hiſt. Xeriſor. cap.* 55, 57, *&* 94. *Fr. Hieron. Roman. in vitâ Infantis Ferdin. cap.* 14. *&* 17. *Marian. hiſt. Hiſp. lib.* 10. *cap.*13. *ad fin. & lib.*13. *cap.*4. *ad fin. Fr. Ant. de S. Rom. in expedit. Regis Sebaſtiani in prol. ad lector. Ludovic.Cabrera in hiſt. Philippi* 2. *lib.*12. *cap.*9. *Chron. Alphonſi Sap. Regis Caſtellæ, cap.* 7. Tandem (advertit benè Boſſius citatus) non invenietur in hiſtoriis Luſitanos unquam proprium occidiſſe Regem, quin imò nec adverſus capitaneum, etiam in remotiſſimis partibus,rebellarunt; an de ſimili ulla natio gloriari poſſit non judico; unaquæque, inſpiciat conſulendo hiſtoriographos.

11 De Regiis reditibus dicam ſolùm ne quid intactum; *Reditus Regis.* non loquendo de latiſſimis agris, multis ſylvis, ac aliis hujus ſubſtantiæ ad Regem pertinentibus; illorum præcipui intra Luſitaniam conſiſtunt in decimis ſolutis ex omnibus venditionibus; (quæ, ut moleſtia vitetur, minu-

tim non exiguntur, ſed oppida per conventionẽ antiquã, ad arbitriũ factam, certam quotannis ſummã perſolvuunt) item in vectigalibus baſilicarum publicarum, quæ, ob magnum nationum commercium, & pretioſas merces ex ultramarinis Luſitanorum ditionibus venientes, momenti ſunt eximii; at in ultramarinis partibus præter baſilicas, habet Rex tanquam Magiſter ordinis Chriſti decimas & primitias omnes fructuum ad Eccleſiam pertinentes, ex conceſſione Pontificiâ pro expenſis factis in cognitione illarum terrarum, ac conquiſitione à barbaris; inde verò eccleſiaſticis præſtat miniſtris competentes portiones. Fr. de Monçon *in ſpec. Princ. cap.*89. de illis multa; at her- 12
culè difficilimum erit ſcire ut aſſeramus quantum ſingulis annis importent; dicam tantummodò nimis diminutè Maginum *in Geogr. deſcript. Portug.* §. *fines*, ſcripſiſſe: *reditus eſt ſingulis annis duorum millionum aureorum*; quamvis de ſolâ Luſitaniâ loquatur; poſſumus enim intelligere exceſſivam quantitatem ex eo, quod ab antiquiſſimis temporibus, etiam quando non ita frequens erat commercium, Reges perpetuò ſumptuoſiſſimis implicati bellis contra Sarracenos, & Caſtellanos, non tantùm magnifica ædificabant monaſteria (ſolus Alphonſus 1 centum, & quinquaginta fundavit, *ut narrat Vaſconcellos ad eundem*, *n.*21. & Emanuel quinquaginta, *ſecundùm Mariſ. dial.* 4. *cap.*19.) aliaque magna erigebant ædificia (inter quos Dionyſius qui multa oppida cinxit mœnibus,) ſed ingentes, ut eſt notum, ad incognitas aperiendum terras mittebant claſſes; (de Emanuele, ac Joanne 3, ſcribit Damian. de Goës, *de reb. Luſit. ad Paul. Jovium* ſuſtinuiſſe continuò viginti millia militum & pluſquam tercentas naves) quin

quinimò amicis Principibus multoties auxilia ſuppedita-
13 bant; ſic Alphonſus 2, Alphonſo 9 Caſtellæ plurimas gentes miſit contra Sarracenos pro memorabili prœlio *de las Navas*; Alphonſus 3 auxiliatus eſt Alphonſo 10, Caſtellæ etiam, per mare, & per terram contra eoſdem Sarracenos, ac iterùm 300 equitibus, & pecunii adverſus Sanctium Caſtellani filium; Dionyſius juvit Ferdinandum 4, Caſtellæ quoque, ſeptingentis equitibus contra dictos Infideles, ac gentibus aliis adverſus Alphonſum de Lacerda; Alphonſus 4, cùm integrò exercitu adfuit mirabili prœlio *del Salado* in favorem Alphonſi 11 Caſtellani; Petrus bis opem tulit Petro altero Caſtellæ decem triremibus contra Regem Aragoniæ; Alphonſus 5, ad defendendas Italiæ oras à Turcâ, miſit viginti naves, & Joanni 2 Caſtellæ contra infantes Aragoniæ ſuccurrit ſemel cum 2000 equitum, iterùm cum 2000 equitum, & 4000 peditum; Joannes 2 Ferdinando & Eliſabethæ Catholicis contra Sarracenos dedit cohortes, ac pecunias; & bis has mutuas Imperatori Maximiliano; Emanuel Venetis adverſus Turcam ſuppetias præſtitit triginta navium 3500 militibus; & pecunias, bellica tormenta, munitioneſque Imperatori Carolo 5, contra Caſtellanos rebelles; Joannes 3 eundem Imperatorem adjuvit pro conquiſitione regni Tunes cum 2000 militibus, & 25 navibus, quarum præcipua ducenta bellica tormenta portabat, & fatetur Illeſcas fuiſſe *maiorem, & melius armatam omnibus quas viderat mare*; Sebaſtianus denique octo Luſitanorũ millibus victorẽ reddidit Philippum 2 Caſtellæ Regem è Granadinis; ac Henrico 3 Galliæ regi contra Hugonotos voluit aſſiſtere magnis viribus, quod ob aliquos Gal-

liæ tumultus, effectu caruit: relata conſtant *ex Marian. hiſt. Hiſp. l.* 11. *c.* 23. *& lib.* 16. *cap.* 7. *& lib.* 15. *cap.* 2, 3, 4, *&* 26; *Mariſ. dial.* 2. *cap.* 15. *& dial.* 4. *cap.* 17, *&* 19; *Eduard. Nun. in chron. Alphonſi* 4. *& Dyoniſii*; *Reſende in chron. Joannis* 2. *cap.* 61, *&* 175; *Oſor. de reb. Emanuelis lib.* 2, *&* 12; *Damian. Goeſ. in chron. ejuſdem* 1. *p. cap.* 51; *Andrada in chron. Joan.* 3. *p.* 3. *cap.* 15; *Illeſc. hiſt. Pontif.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 27. §. 1; *Sandoval. in chron. Caroli* 5, *& omnes Hiſpaniæ chroniſtæ*; *quibus accedit Autor. libert. Portug. ex pag. mihi* 109. *curioſus, & eruditus Pater Fr. Franc. Brandaõ in diſcurſu gratulat. ad Regem Joannem* 4. *p. ult. pag. mihi* 136. Dyonyſius cùm ad judicandum regni Caſtellæ cauſam ad confinia Aragoniæ ivit (eo ſumptuoſo apparatu, de quo Curita *in annal. Aragon. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 66, *& Marian. lib.* 15. *cap.* 17) nullum omnino Caſtellæ, vel Aragoniæ nobilem reliquit indonatum maximâ quantitate argenti, non permittendo ſuis quidquam ab illis Regibus accipere; quinimo ipſi Caſtellæ Regi Ferdinando 4, vas dedit Smaragdi pretioſiſſimum, & mutuam ingentem ſummam pecuniarum; Jacobo verò Aragoniæ aliam non mutuam, ſed donatam; referunt etiam *Nunius in ejus chron*; *Vaſconcel. ad eundem n.* 8, *Mariſ. dial.* 3. *cap.* 1. Omitto incredibiles ſumptus à Joanne 2 factos in ſplendidis nuptiis Principis Alphonſi, *de quo ejus chron. ac plures*; omitto alia; ſed non 14
omittam, non ideo theſauros Luſitanorum Regum fuiſſe exhauſtos; legimus etenim Alphonſum 1, Sanctium 1, & Petrum morientes mirabilem reliquiſſe argenti, auri, ac pecuniarum quantitatem, *apud Britto in chron. Ciſtercienſi lib.* 3. *cap.* 21; *Nun. in chron. Sanctii* 1, *Petri & Ferdinandi*, *Maris dial.* 2. *cap.* 9, *& dial.* 3. *cap.* 6. ſanè

Caſtellæ

15 Caſtellæ Reges per malum regimen multo ære alieno gravarunt Regale patrimonium Luſitaniæ; proventus autem adhuc ſunt ferè iidem; hodiè verò adminiſtrantur ut proprii à paſtore, non à mercenario; unde jam effectus apparent.

§. VI.

Antiquitas monorchiæ Luſitaniæ; & quis Luſitaniam gubernavit à principio mundi uſque ad præſens.

1 UT quaſi hiſtoricè, pro evidentiori cognitione, in tractatu præſenti procedamus, brevis hæc præteritorum relatio erit conveniens.

2 Beroſus *in antiquit. lib. 3. & 5.* antiquiores mundi narrat monarchias Toſcanam fundatam à Noe, Aſſiricam à Nembrod, & Egiptiam a Cham; cum verò hodie earum nulla titulum conſervet Regni, ex dictis §. 4. *n.* 2. ſequitur Luſitanum Regnum antiquius eſſe omnium quæ perſiſtunt, ut probatur ex fundameutis latè adductis per Doctor Gregor. Lop. Madera *in excell. monarch. Hiſp. cap.* 3. quorum repetitio noſtram brevitatem excedit. *Regnum Luſitanũ omnium antiquiſſimum.*

3 Thubali; qui an. poſt diluvium 143. primus Rex fuit, ſucceſſerunt de patre ad filium, Iberus, Jubalda, Brigus, Tagus, & Betus; quo ſine prole defuncto, occupavit regnum Gerion, qui licet ab Hercule, (alias Oſſyri) victus, illud tranſmiſit ad tres filios Geriones appellatos, guber- *Luſitaniæ Reges primi.*

nantes

nantes ſimul: hos iterum devicit Hercules; & imperio præpoſuit Hiſpalum proprium filium, qui genuit Hiſpanum Regem, quo abſque ſobole decedente, Alcides, tertiò multum ſenio in Hiſpaniam rediens, Heſpero ſceptrum donavit, quod inſolenter tenens amiſit tandem ſpoliatus ab Atlante, cui ſucceſſit Sicorus, qui procreavit Sicanum, hic Sicceleum, hic Luſum, (*dequo* §.1.*n*.3.) & Luſus Siculum; quo obediente communi fato ſine liberis, per centum circiter annos Luſitania in Republicam redacta fuit, quo uſque regnavit Lyſias (modo dequo *d.* §. 1. *n.* 5.) & iſtius morte Licinius comes Bacchi; huic autem (aliquo Reipublicæ intervallo) Gorgoris ex electione ſucceſſit, atque iſti hereditario jure Abydes nepos ex filiâ, non multùm poſt exitium Troiæ, & exitum Jſraëlis ex Egipto; ſic viginti, & duobus Regibus continuatim Luſitaniæ regnum conſervatum fuit per plura priſcæ ætatis ſæcula; jam ſeparatum à reliquis Hiſpaniarum provinciis, ubi alii regnabant, jam ſubjectum aliarum Regibus, qui tamen imperabant cæteris ex Luſitaniâ, quæ ſemper caput fuit monarchiæ; hæc ex hiſtoricorum confuſione diſtinctè deduxit Britto *in monarch. Luſit.* 1. *p. per totum lib*.1. quem moderniores ſunt ſequuti.

Luſitania in Rempublicam.

Gubernante Abydi narrant plurimi in utraque Hiſpa- 4
niâ ob pluviæ defectũ per annos multos eam ſterilitatem, ut morte, & exilio gentium penè fuerit ſine habitatoribus; quoſque, temporum ſuavitate redeunte, qui abierant reſtituerunt ſe patriæ, comitati ab exteris, maximè Gallis; ſterilitatem, & iſtam habitantium abſentiam negant alii; utcunque fuerit, ab hoc tempore in tot ferè Reſpublicas quot civitates legimus diviſam Luſitaniam.

In

5 In hoc ſtatu illam invenerunt Carthaginenſes qui non armis, ſed bonis operibus Luſitanorum amicitiam ita conciliarunt, ut in principalioribus civitatibus ad regimen admiſſi fuerint tanquam ſocii; noſtrorumque auxiliis bellum geſſerint in citeriori Hiſpaniâ. *Cartaginenſes in Luſitaniâ.*

6 Illis verò à Romanis expulſis, perſeverabant Reſpublicæ in Luſitaniâ, atque per ducentos circiter annos acerrimè pugnarunt contra Romam, ſub quamplurimis ducibus (*de quibus ſupra* §. 4. *n.* 12.) qui ſolam militiam gubernabant; quouſque hoſtiũ fortunæ provincia noſtra cedens eandem experta eſt ſortem, quam maior orbis pars; ita ſenatui, & Imperatoribus obedivit, qui tamen ſemper juſtum tribuère honorem ſubditis tantis, non ſolùm decorando eos ſpetiali gubernatore (*ut diximus* §. 2. *n*.3.) Sed etiam urbes, ac oppida maioribus privilegiis, ac titulis adornando; ſic in Luſitaniâ Coloniæ Romanorum erant Emerita, Medellin, Beja, ſive Pax Julia, Norba Ceſarea, & Santarem, olim Scalabis Caſtrum; municipia autem, Vlyſſippo, Ebora, Mirtilis, & Salatia; præterea Bracchara, Auguſta vocata à Cæſare Auguſto, juridicus erat conventus, cujus juriſdictionem agnoſcebant viginti & quatuor urbes cum ſuis territoriis, ſecundùm *Plin. nat. hiſt. lib.*3. *cap.* 3. *Georg. Bran. in theatro urb. in deſcr. Braccharæ.* *Romani occupant Luſitaniam.*

7 A Romanis Hiſpanias occupaverunt ſeptentrionales nationes, è quibus aliquas habuerunt Luſitaniæ terras Alani, qui omnium fortiſſimi, *ut ait Marianna lib.* 5. *cap.* 2. qua propter Lucan. *lib*.8. appellavit eos. *Suevorum Luſitanorum regnum.*

æterni Martis Alanos:

Principaliorem verò Portugalliæ partem obtinuerunt Suevi,

Suevi, qui cum noſtris fundarunt regnum (cujus caput erat Bracchara) ita potens, ut in chron. Oſtrogot. *cap.* 17. Hiſpaniæ nuncupentur monarchæ; & tunc in priſtinum monarchiæ ſtatum Luſitania reſtituta eſt; Regnum autem iſtud 177 *annos duraſſe affirmat Sanct. Iſidorus in hiſtoriâ Suevorum.* verba ſunt Vaſæi *in chron. Hiſp. à nativitate Chriſti n.* 584.

Gothi dominantur Luſitania.

Deficiente Suevorum lineâ, non ſine altercatione, tranſ- 8
latum eſt Regnum jure cognationis ad Gothos in Hiſpaniâ citeriori regnantes.

Sarraceni.

Imperii autem Gothorum vidimus ruinam Sarrace- 9
norum armis; quibus Emeritenſes Luſitanos fortiſſimè reſiſtentes legimus, ſed fruſtra contra ordinem (ſi fas eſt dicere) fatalem; ſemper tamen quædam terræ ad Interamnenſem, & Tranſmontanam regiones aliquid libertatis conſervarunt, ut ex ingenuo renaſceretur Portugallia.

Reges Aſturiarum, & Legionis.

Tandem renata eſt ſuorum viribus; at ſub regimine 10
inclytorum Regum Aſturiarum, poſtea Legionis, qui nunquam obliviſcendi authores fuerunt gloriæ tantæ; paulatimque Luſitani ad extremitates ducti ditiōem extendebant; aliquando verò Reges habuerunt ſeparatos Gallæci, & Luſitani, ut Fruelam 1, duos Ordonios, Sancium, & Garciam; ſed variis ex caſibus reincidebat totum in coronam Legionis; quo uſque Alfonſus 6. in Tareſiâ filiâ, ac Henrico genero Portugalliam ſeparavit in perpetuum, ut in ſequenti proœmio apparet. Sed adhuc quando Reges Legionis omnia poſſidebant, præponere ſolebant noſtris gubernatorem Luſitanum, in quo ſemper conſiderabant Portugalliam quaſi indepentem & per ſe ſeparatam.

A D

AD LUSITANIAM LIBERATAM

Procœmium II.

PRæcedens Procœmium ad benè eſſe, hoc ad eſſe tractatus præſentis eſt neceſſarium; ex eo nanque reſolutionem petemus multorum quæ ſeſe offerent in diſputatione principali.



Principium regno dando tollo mihi finem,
Cum vita in regno sit sine fine mihi

§. I.

Fundatur præſens Luſitaniæ ſtatus.

1 ANno à partu Virgineo 1080 (ſecundùm Brandam, quem ſequor, *in monarch. Luſit. 3 p. lib.8. cap.3.*) regnante in Legione, Caſtellâ, ac aliis Hiſpaniarum provinciis Alphonſo 6 Imperatore nuncupato, fama victoriarum ejus adverſus Sarracenos vocavit in ejuſdem auxilium externos Principes ardenti Religionis zelo, & præclaro opinionis deſiderio ad immortalem gloriam adſpirantes. Fuit inter hos Henricus, qui, cùm avorum nominibus generoſus eſſet, exuperabat genus morum nobilitate. *Henricus venit in Hiſpan.*

2 Incuria illorum temporum, (quibus plura monumenta reliquerunt enſes, quàm calami,) cauſarunt modernioribus dubium de iſtius Herois patriâ, quod variæ regiones auxère dum tantùm decùs affectabant; & quidem maiori ratione quàm de Homeri origine contenderunt ſeptem Græciæ civitates, Smyrna, Rodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ (ut narrat Plutarch. *in ejus vitâ,*) multæ de origine Aureliani Imperatoris (Autore Flav. Vopiſco *ad eundem,*) Sequanaque ac Rhenus de ortu Caroli Magni (ut cecinit Marinus *en la Galeria ad effigiem illius.*) Quidam Henricum noſtrum putarunt filiũ Regis Hungariæ, aliqui ex Comitibus Burgundiæ, alii ex Ducibus Lotharingiæ, plures ex Ducibus Burgundiæ; nullus *Erat nepos Ducis Burgundiæ, pronepos Regis Galliæ.*

itaque dubitavit de regiâ proſapiâ; ut advertit Mariſ. *dial.* 2.*cap.*3. Verùm poſtrema opinio & communior eſt & certa; unde jam ferè ab omnibus approbatur; expreſſit eam, (ultra alios) fragmentum hiſtoriæ Floriacenſis monachi, qui vivebat ferè eodem tempore quo idem Princeps, excuſſum Francofurti, ann. 1596. ex bibliothecâ Petri Pithæi; cui valdè credit Eman. Sueiro *in Annal. Flandr. tom.*1. *ann.*1091. *pag.*119. citando in idem Leonicum Chalcondylas *lib.*5. *hiſt.* & alios; eandem verificavit genealogiam Andreas du Cheſne *in hiſt. Burgund.* concordant *Theodor. Godofreyus in orig. Luſit. Reg. Jacobus Auguſt. Thuan. in hiſt. ſui temporis, Scevola, & Ludovic. de S. Marthâ in genealogicâ hiſt. Franc. Reg.* & confirmavit optimè Brandaõ *in d. monarch. lib.*8. *cap.*2. Secundùm quos Henricus erat tertius filius alterius Henrici primogeniti Roberti Ducis Burgundiæ; nepos Roberti Pii Regis Galliæ; quam aſcendentiam ego *in genealog. Reg. Luſit.* 1 *p.* ex Ælia Reuſnero *in genealog. Catholic.* atque aliis deduxi continuatam per maſculum ab ann. Chr. 260. in hunc modum: Bodus, Wectha, Wita, & Wittigiſlus Reges Saxoniæ; Hengiſtus, Hatugaſtus, Childericus, & Bodus Duces Saxoniæ; Bertoldus, Sigiſmundus, Theodoricus, Reges Saxoniæ; Vernerinus Dynaſta Angariæ, Princeps Rugiæ, & Iburgi, Witikindus Magnus Rex Saxoniæ; Witikindus 2, Comes Vitebergæ, Præfectus Soraborum, Dominus Butſetii; Witikindus 3, Præfectus Andium (in Galliâ, vulgò *Anjou*;) Robertus 1, Comes Andium; Robertus 2, Comes Andium, & Pariſiorum, Comeſtabilis Galliæ; Hugo magnus Comes Pariſiorum, Comeſtabilis Galliæ; Hugo Capetus Rex Galliæ, Robertus

3 4

bertus Pius Rex Galliæ, Robertus 2, Dux Burgundiæ; Henricus primogenitus mortuus in vitâ patris, Henricus, de quo agimus.

5 Ob ejus nobilitatem, & ſtrenua facinora Alphonſus Rex ann. Domini 1094, (ut oſtendit Brandaõ *d. lib.* 8. *cap.*9.) eidem in uxorem dedit Thareſiam filiam habitam ex Ximenâ Munõz fœminâ clariſſimâ, quam Rodericus Archiepiſcopus Toletanus (ſemper Luſitaniæ infeſtus, ut notavit Rezende infra citandus; puto ob pretenſum Hiſpaniarum primatum contra Bracharæ jus) *in hiſt. lib.* 6. *cap.*21. concubinam regis appellat, quem facilè naturali odio ſequuti ſunt multi Caſtellani, & hos decepti plures exteri ſcriptores; eam tamen uxorem vocavit antiquior Caſtellana chronica relata à fidedigno Andreâ de Rezende, *in antiquit. Portug. lib.*4. *de campo Oriquio*; aliaque antiquiſſima Gallæciæ, cujus (ex allegatione cujuſdam Authoris,) meminit Brandaõ *ſupra cap.*12. & moderniùs veritate coacti eam item uxorem vocant Epiſcopus Prudentius Sandoval *in chron. Alphonſi* 6; *& Fr. Hieron. Roman. in vitâ Ferdinandi filii Joannis* 1, *Regis Luſit.* uterque Caſtellanus; idem tenent ex noſtris (ultra relatum Rezend.) Mariſ.*dial.*2. *cap* 3.*Britto in chro.Ciſterc.*1 *p.lib.*2. *cap.*6. optimis fundamentis probavit Eduard.Nun.*in chr. comitis Henrici*,& ſcripturis confirmavit Brandaõ *d.cap.*12.

Uxorem ducit Thareſiam filiam legitimam Regis Alphonſi 6, ex uxore Ximenâ.

6 Jam verò hujus varietatis occaſio ab ipſis Caſtellanis demonſtrata fuit; quippè Sandoval *citato loco* bullam tranſcripſit in quâ Summus Pontifex Gregorius ſeptimus ann. Chr. 1080 matrimonium ſeparari juſſit dicti Regis Alphonſi cum præfatâ Ximenâ, quòd eſſet conſanguinea Agnetis præ mortuæ uxoris; Ecce tenor bullæ:

Gregorius

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimo in Chriſto filio Regi Aldefonſo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, ſi obedierit. Dici non poteſt, fili chariſſime, quantùm nos, referente filio noſtro Apoſtolicæ ſedis Legato Richardo, nobis cognita præclara tua obedientia lætificaverit; tu enim coram Deo in viſceribus noſtris hæres; tu apud homines maximum nobis exemplum egregiæ virtutis eras: de te apud alios Reges gloriabamur: te verè Chriſtianum Regem, & ideo verè Regem, nos habere ex parte Domini Jeſu contra membra diaboli gaudebamus. Unde & bona ſua fragrantia multas jam regiones aſperſerat, &, velut ſol quidam in occiduis natus orientem verſus, cæleſtis luminis radios emittebat. At nunc comperto quod diabolus tuæ ſaluti, & omnium qui per te ſalvandi erant more ſuo invidens, per membrum ſuum quendam Robertum Pſeudomonachum, & per antiquam adjutricem ſuam perditam fæminam, viriles animos tuos à recto itinere deturbavit; quantùm de te primò fueramus gaviſi, tantùm nunc confundimur, erubeſcimus, & contriſtamur; quapropter, ut cognoſcas quantùm circa te piè ſoliciti ſumus, per bonitatem, & gloriam Chriſti te paternâ voce monemus, & conteſtamur remove à te quantò citius conſiliarios falſitatis, corrumpunt quidem bonos mores colloquia prava. Acquieſce autem per omnia Legato noſtro fratri Richardo, quem niſi prudentem, & religioſum cognoviſſem, noſtras ei vices nullatenus comiſiſſem: non te à ſalutaribus monitis, atque inſtitutis noſtris inceſtæ mulieris amor abripiat, quia mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, ipſum quippe Regem ſapientiſſimum Salomonem inceſtus mulierum turpiter amor dejecit, & florentiſſimum Regnum Iſrael Dei judicio penè totum de manu poſteritatis ejus abrupit. Proinde per Dominum noſtrum Jeſum

Chriſtum,

Chriſtum, & per potentiam adventus ejus, nec non & ex authoritate beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli iterum monemus, atque præcipimus, ne te ipſum deſpicias, ne in gloriâ tuâ maculam ponas, ne poſteritatem carnis tuæ inutilem, & reprobam facias; Vires reſume, illicitum connubium, quod cum uxoris tuæ conſanguineâ iniiſti, penitùs reſpue; de tuâ emendatione nos, & totam Eccleſiam Dei cito lætifica, ne, ſi inobediens, quod avertat Deus, eſſe malueris, iram Dei omnipotentis incurras, & nos, quod valde inviti, dolenteſque dicimus, beati Petri gladium ſuper te evaginare cogamur. Prædictum ſanè nefandiſſimum Robertum monachum ſeductorem tui, & perturbatorem Regni ab introitu Eccleſiæ ſeparatum intra clauſtra monaſterii Cluniacenſis in pœnam retrudi decernimus; Abbas Cluniacenſis nos imitando id faciat, eâdem enim viâ, eodem ſenſu, eodem ſpiritu ambulamus. Deus autem omnipotens nos de tuâ correctione cito exhilarare dignetur, fili chariſſime.

7 Jam hinc patet (inquiunt Sandoval & Brandaõ) rectè Luſitanos, ac Caſtellanos quoſdam Ximenam vocaſſe legitimam Regis uxorem propter matrimonium contractum; alios autem occaſionem habuiſſe appellandi eam concubinam, quòd illud ob affinitatem fuerit ſeparatum (& quidem priuſquam perveniret bulla, monitis legati qui erat apud Regem;) ſimiliterque oſtenditur quare aliqui Thareſiam dixerint illegitimã, filiam ejuſdem Regis, alii verò legitimam; quæ profectò ſententia (quamvis irrefragabili hoc documento non ita manifeſta eſſet) minori fundamento amplecti deberet, cùm contrarias concordet diſtinguendo, ut in opinionibus eligendis eſt vulgare Juris prudentium dogma, dequo Petr. Surdus *decis.* 58. *n.* 5. *in* 1. *p.* & paſſim cæteri.

Ex

Ex his judicandum venit Thareſiam fuiſſe legitimam 8
Regis filiam; nam *cum inter virum, & mulierem divortii ſententia canonicè ſit prolata, filii eorum non debent inde ſuſtinere jacturam, cum parentes eorum publicè, & ſine contradictione Eccleſiæ, inter ſe contraxiſſe noſcantur; ideóque ſancitum, ut filii eorum quos antè divortium habuerunt, & qui concepti fuerunt antè latam ſententiam non minùs habeantur legitimi, & quod in bona paterna hæreditario jure ſuccedant, & de parentum facultatibus nutriantur.* Sunt verba textus *in cap. cum inter* 2. *qui filii ſint legitimi*, concordant txs. *in cap. ex tenore, & in cap. pervenit, eodem tit.* confirmant gloſa *in d. cap. ex tenore, verbo, legitimum, Abbas in d. cap. cum inter*, ubi *n.6.* rationem præſtat temporis quod tx. aſſignat uſque ad latam ſententiam; *quia etiam poſt litis conteſtationem conjuges utuntur legitimo matrimonio:* proſequitur Coſta *in cap. ſi pater* 1 *p. verbo uxorem, n.*2. *de teſtam. in* 6. Idem declarant leges Caſtellæ *in l.*3. *tit.*3. & *l.*1. *tit.*13. *part.*4. ad quod multos citat Matienzo *lib.*5. *recop. tit.*1. *rubr. gloſ.*1 *.n.*116. & de utroque jure indubitatum ſupponit P. Sanchez *de matrimon. lib.*8. *diſp.* 34. *n.*46. ibi: *Supponendum eſt filium natum ex matrimonio bonâ fide alterius parentis inito eſſe verè legitimum non ſolùm quoad parentem habentem bonam fidem, ſed etiam quoad alium malam fidem habentem.* Et dat rationem: *Quod proles, quæ nihil mali geſſit, jure optimo, ratione bonæ fidei alterius parentis, ſit plenè legitima, juraque omnia legitimæ prolis ſortiatur.*

Quod autem matrimonium de quo agimus bonâ fide 9
contractum fuerit, in jure probatur; nam (ſuppoſito *ad factum pertinere ut quis bonâ, aut malâ fide poſſideat*, ut loquitur tx. *in l. bonæ fidei* 48. §. *in contrarium ff. de acquir.*

rer.

rer. dom. ſeu, ut *ibi* inquit gloſa, quod *fides non à jure, ſed ab hominis conſcientià deſcendit,)* infero cum gloſâ *ult. per tx. ibi in l. non ex eo pen. C. de eviction.* quod *bona fides præſumitur, niſi probetur mala:* conſonat alia gloſa *verbo probetur, in l. ſuper pen. C. de præſcript. longi temp.* & alia *verbo, bonâ fide, in princip. Inſt. de uſucap.* unde malam fidem
10 allegans, *ſi vis probare debes:* ait tx. in *d. l. non ex eo.* At verò ut de præfato Rege Alphonſo 6 bonam formemus præſumptionem adeſt particularis ratio, quod in ſimilibus *licet liquidò conſtare non poſſit, argumentis tamen cognoſcendum,* ut docet Juriſconſultus *in l. non omnes* 5. §. *à barbaris ff. de re milit.* unde *& perſonam ſpectandam eſſe,* proſequitur alius, *in l. famoſi* 7. *ff. ad leg. Jul. majeſt.* nam ex eo *cujus exiſtimationis quiſquam in civitate ſuâ eſt, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt,* ut concludit alius item Juriſconſultus *in l. de minore* 10. §. *tormenta verſic. plurimùm ff. de quæſtion.* ubi gloſa, *& in d. l. non omnes* §. *à barbaris* multa concordantia citat ad omnes materias, & in idem præclarè diſſerit Marcus Tullius *in oration. pro P. Sylla paulò ante fin.* quapropter inquit Mantua *in pract. judic. caſu* 37. quod quotidiè ad crimina elidenda ſit bonæ famæ probatio, quam Joan. Arn. *Soliloq.* 37. ait multum valere ex communi opinione omnium
11 Doctorum. Planè Illeſcas *in hiſt. Pontif.* 1 *p. cap. ult.* ſic teſtatur: *Iſte Rex Alphonſus 6 dotatus fuit valdè heroicis, & magnis virtutibus; juſtiſſimus, &c. erat mitis, miſericors, devotus, & multùm Chriſtianus;* cæteri Caſtellani ſcriptores ejus egregias prædicant laudes, quas eſſet otioſum referre, cum in principio bullæ relatæ, *n.*6. inſigne de eo teſtimonum Summus Pontifex proferat, quæ bona fama

probata etiam in genere tollit inditia de delicto in ſpecie 8
quamvis ſolennia, & legitima; *Marſil. conſ.* 130. *col. fin. n.* 48. *Ciazius conſ.*2.*n.*65.*& conſ.*3.*n.*59. Sed pro maiori ſatiſfactione, in particulari caſu præfati matrimonii, illius Regis religionem cernimus, quando, ex eodem Sandoval, ſcimus ejus rectam conſcientiam non attendiſſe illud Summi Pontificis mandatum, ſed ſolis monitis legati, (qui erat in Hiſpaniâ circa reformationem Eccleſiarum, ut narrat Illeſcas *d. loco*) ſe à putativâ uxore ſeparaſſe, bullamque, dimiſſam à Papâ ſeparationis adhuc ignaro, ſuperveniſſe.

Hæc verò utriuſque vel unius conjugis bona fides con- 12
ſiſtebat fortè in memoratæ affinitatis ignorantiâ; quæ illis temporibus valdè communis erat; nam tunc triplex dabatur affinitatis genus irritans matrimonii contractum, ut eſt videre *in tit. de eo qui cognovit conſang. cap. porrò, & cap. de propinquis* 35. *q.*3. extendebaturque uſque ad ſeptimum gradum, ut conſtat *ex cap. nullum, & cap. æqualiter, eâdem causâ, & quæſt.* quorum intricatam confuſionem monſtrant Sanchez *d. tract. de matrim. lib.*7. *diſput.*67. *ex n.*1. *Filliucius moral. quæſt. tract.*10. *de matrim. p.*2. *cap.*6. *ex n.* 211. unde quia difficilis cognitio, ac alia occurrentia periculum pariebant animarum, Concilium Lateranenſe 4, univerſale 12, (celebratum poſtea ſub Innocentio 3. ann. Chr. Dom. 1215. ut ex eo apparet *in* 7 *tom. Concilior.*) *cap.* 50. *de reſtrictâ probib. matrim.* unum tantùm affinitatis genus reliquit, reſtrictum ad quartum gradum; refertur *in cap. non debet de conſang. & affinit.* noviſſimo autem Tridentini decreto *Seſſ.*24. *de matrim. cap.*4. affinitas ex fornicatione conſurgens reſtricta eſt ad ſecundum gradum; quo jam faciliùs, quàm olim noſci poteſt qualecumque impedimentum

13 pedimentum affinitatis. Certè affinitatem Alphonſi cum Ximenâ in longiquo (atque ita difficiliorem ſcitu) fuiſſe, ſuadent verba Summi Pontificis, qui Ximenam non dixit ſororem præcedentis uxoris, nec,nter eas,nominavit conſanguinitatem ex propinquis quæ proprium habent nomen *in tit. de gradib. cognat.* (ut nominaſſet, ſi illa fuiſſet, quo magis deformaret crimen.) Sed generalius eas appellavit *conſanguineas*, ut ibi: *Connubium quod cum uxoris tuæ conſanguineâ iniiſti:* quod verbum, teſte gloſâ *verbo, conſanguineum, in l. cum quidam* 30. §.1. *ff. de acquir. hæred.* ſignificat *cognatum licet tertio, vel quarto gradu.* Sic nec genealogici eam noſcunt, ut fatetur idem Sandoval, *citato*
14 *loco*, & diligentiſſimus Brandaõ *d. lib.* 8. *cap.* 13. & quia *ſemper præſumitur ignorantia niſi contra probetur*, ut ait gloſa *verbo, noluerit, in l.* 1. *C. de ſatiſd.* & *verbo ignorante in auth. ſi ſervus C. de Epiſc.* & *Cler.* & *in l. ſi legibus* 17. *verbo, probatum, C. de Epiſc. aud.* & paſſim alibi, & eſt tx. *in cap. ignorantia de reg. in jur. in* 6. quam generalẽ regulam vocat Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 116. *n.* 35, infertur in dictis conjugibus *probari ignorantiam eo ipſo quod contra non probatur*; ut inquit alia gloſa *verbo oſtendere per tx. ibi in l. pen. C. qui milit. poſſ. lib.* 12. & *verbo oſtenderis in l. ſi tutor* 5. *C. de peric. tut. Bart. per tx. ibi in l. quidam* 6, *aliàs l.*
15 *ita autem* 5. §. *fin. ff. de adminiſtr. tut.* Quinimò, ſi neceſſarium foret,ex parte ipſorum eſt probata propter difficultatem jam notatam cognoſcendi affinitates antiquitus, cum per juſtas ignorandi cauſas probetur, *ut in l. cum de indebito* 25. *verſic.* & *ideò ff. de probat.* ibi: *vel aliquam juſtam*
16 *ignorantiæ cauſam.* Suppoſitâ hac ignorantiâ, quæ ſecundùm omne jus probata eſt, *regula eſt, juris quidem ignoran-*

 tiam

tiam cuilibet nocere; facti verò ignorantiam (de quâ agimus) *non nocere*; docet Juriſconſultus *in l. regula* 9. *ff. de jur. & fact. ignor.* unde nec punitur *l. genero* 8. *cum gloſâ verbo ignorantiâ, ff. de his qui not. infam.* nec ignoranti currit tempus, *l.*1. *dict. tit. de jur. & fact. ignor.* & ſpeciale meretur auxilium quæ ita eſt juſta, *l. inter cauſas* 26. *ubi gloſa verbo. utilitatis, & Bart. ff. mandati:* dixi latiùs in meis Repetitionibus *ad l. corruptionem pen.* 1 *p. ex n.* 48. *C. de uſufructu.* Specialiùs autem in terminis matrimonii habemus tx. *in cap. ſi vir de cognat. ſpirit.* dicentem: *ſi ex ignorantiâ id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur*, & in noſtro eodem puncto Abbas *in cap. referente* 10 *qui filii ſint legit. n.*5. reſolvit: *Certè ignorantia facti probabilis excuſat, ut cap. ex tenore infra eodem:* conſonat Sanch. *de matrim. lib.*5. *diſp.*3. *n.*13. Pro illis verò de quibus in prologo ad lectorem dixi, ſolere ex reprobatis ſuas probationes quærere, adverto doctiſſimum Patrem Sanches (qui penè dici poteſt quaſi textus in hac materiâ) *in d. tract. lib.*9. *diſp.*32. *n.*47. reſpondiſſe objectionibus quæ poſſunt formari, loquendo præcipuè de ſpirituali cognatione; & concludit: *His tamen non obſtantibus ſit prima concluſio; ignorantia facti, qualiſcunque ſit, & quantumcunque craſſa, modò non ſit adeò craſſa, ut ſit ingens temeritas ignorare, vel non ſit affectata, excuſat conjugem, qui affinitatem, aut cognationem ſpiritualem cum ſuo conjuge contraxit, &c.* allegat Henriquez *lib.*11. *de matrimon.* 15. *n.* 11. ubi loquens de affinitate dicit eam pœnam imponi incæſtui formaliter, & voluntario.

Quod autem filia, de quâ eſt ſermo noſter, concepta fuerit ante divortium, & ante ſententiam (quod diximus neceſſarium eſſe ut bonâ fide parentum juvari queat) eſt 1

clarum,

clarum, tam ex eo quod nupſerit Henrico anno 1094, ſecundùm opinionem quam ſui ſequutus *ſupra n.*5. (cùm tamen alii dicant ann. 1090, ut Maris *dial.* 2. *cap.*3. quod magis facit pro nobis, unde veroſimiliter oſtenditur conceptam fuiſſe ante ann. 1080, quo expedita fuit bulla ;) quàm ex eo quod *n* 11. cum Sandoval narravimus, ante bullam ſe ipſos ſeparaſſe conjuges informatos de impedimento, filiam jam habentes.

18 Sed objiciet aliquis, quod ſi à principio fuiſſet bona fides, ut dicimus, Papa ex poſt facto diſpenſaret, ut videtur veriſimile ; unde non diſpenſaſſe, arguit malam fidem. Cui reſpondetur verbis Caſtellani Marianæ *hiſt. hiſp. lib.*10. *cap.*8. inquientis : *Non dum moribus receptum erat, ut Pontificum Romanorum veniâ, lege cognationis ſolutâ, conjugia inter cognatos coirent ; itaque paſſim conſideramus per hæc tempora connubia Principium dirempta eſſe, cognatione inter conjuges illegitima, injuſtaque* ; idem, de temporibus etiam ſubſequentibus, notat Caſtellanus item Illeſcas *in hiſt. Pont. p.*1. *cap. ult*, loquens de Alphonſo 9 Rege Legionis, qui, & Henricus 1 Caſtellæ hanc diſpenſationis impoſſibilitatem experti ſunt ægerrimè. Quodque in impedimento cognationis, erat quoque in impedimento affinitatis, quamvis ignoratæ tempore contrahendi, (qui eſt caſus noſter,) advertit dictus Illeſcas *citatâ* 1. *p. lib.*5. *cap.*13. *ad fin.* optimum exemplum adducens ejuſdem Summi Pontificis Gregorii 7 ; qui ſeverè diſpenſationem denegavit inclytæ Mathildi Lombardiæ Comitiſſæ, in ſecundo matrimonio quod bonâ fide contraxerat cum Azone, quem ignoraverat conſanguineum quarto gradu primi mariti ; eamque, licet optimè meritam de Eccleſiâ, (pro quâ ſæpius vitam, & ſtatum expoſuerat,) ſeparavit, & pœnitentiam agere juſſit.

Tandem

Tandem omnia ſupradicta conſtabant ætate illâ, ſiquidem videmus poſt ſeparatum matrimonium, Tharеſiam haberi filiam Regis legitimam; quod patet quia (ut notavit Eduardus Nun. *in chron. Henrici*) in omnibus ſcripturis vocabatur ſemper Regina, vel Infans, ut etiam fatetur Archiepiſcopus Tolet. Rodericus *ſuprà,* & conſtat ex ſtatim citandà; quin imò in hiſtoriis quoque ei tribuitur Reginæ titulus, ut eſt pro comperto; quo ſanè modo ſolæ filiæ Regum legitimæ nominabantur, ut apud antiquitatum lectores eſt ita notum, quin detur exemplum in contrarium, ut, de illo dubitans, non parùm opinionis perdiderit citatus Rodericus; unde probationem hanc appellavit demonſtrationem Fr. Ant. Brandão, *d. lib.* 8. *cap.* 12. 19

Nec itẽ obſtat ſi dicatur, Regẽ Alphonſum 6, debuiſſe relinquere regna ſua poſt mortem Tharеſiæ, (quæ filiarum maior) ſi eſſet legitima; ac proinde cùm ea reliquerit Vrracæ (filiæ juniori ex aliâ uxore) illegitimitatis dediſſe indiciũ. Nam reſpondetur facilè, advertendo quod quando Rex ille conceſſit præfatas filias in uxores, hanc Raymundo Toloſæ, illã Henrico Burgundiæ, habebat filiũ maſculũ nomine Sanctium; atque à pauco tempore cum Berthâ contraxerat matrimonium, ex quâ ſperabat alios; ut conſtat ex Sandoval. *in ejus chron. fol.* 83; *& in chron. Alphonſi* 7, *cap.* 1; unde non credebat, filias venturas ad Caſtellæ, & Legionis ſucceſſionem. Poſtea mortuo Sanctio filio in prœlio *de Veles* contra Sarracenos, nec alio maſculo remanente Regi, nolebat ille ſucceſſionem permittere fœmininæ ſoboli, quòd patrem non Hiſpanũ haberet; quapropter, quò virilem Hiſpanorum lineam conſervaret, Vrracam jam viduam (quamvis habentem filium Alphonſum ex Raymundo) ſecundis tradidit nuptiis Alphonſo Aragoniæ Regi, ut ex Hiſpano ſuſciperet hæredem, prout inſinuat 20

ſinuat Illeſcas *in cap. ult. 1. partis hiſt. Pontif*; Alphonſum autem ex Raymundo genitum juſſit in teſtamento contentum eſſe regno Gallæciæ, ut ex aliis refert Brandaõ *d. lib.8.cap.* 14. Vnde apparet non ex eo Thareſiam fuiſſe præteritam quòd illegitima fuerit (nam ſi hoc eſſet admitteretur Alphonſus qui ſine dubio erat legitimus ex matre legitimâ,) ſed quòd nupta extraneo; ſicut etiam propter extraneum patrem excludebatur ab avo Alphonſus prædictus.

1 Rege mortuo, ex tali diſpoſitione, inſurrexerunt bella; nam Rex Aragoniæ per uxorem Vrracam volebat gubernare Legionem, & Caſtellam; populi ſolam Vrracam malebant; aliqui tamen Alphonſum Vrracæ filium deſiderabant, ac Henricus noſter proſequebatur jus uxoris Thareſiæ, quæ legitima, & ætate maior præcedebat cæteris; tunc cœpit idem Henricus vi armorum loca plurima in Gallæciâ,& non pauca in Legione atque cum ipsâ civitate Regni capite de ſe tradendâ intra quatuor menſes convenerat, cùm mors intra Gallæciam, & in medio victoriarum curſu eum intercœpit; omnes hoc ſcribunt Hiſpaniarum hiſtorici, ſomniant autem Caſtellani cauſam non fuiſſe quod Henricus ad ſucceſſionem adſpiraverit, ſed quod alicui ex aliis auxilium præſtiterit; ſomniant, inquã, nã ſi non ageret propriã causã quorſum occupata loca ſibi
2 retinuiſſet, ut fatentur? Expreſſiùs hoc comprobatur ex conventione quã Thareſia noſtra jam vidua fecit de hoc cum Vrracà quæ tandem poſſidebat Legionem & Caſtellã; ſervatur ſcriptura in archivo Bracharenſis Eccleſiæ in libro nuncupato fidei, referturque ab antiquitatum indagatore Brandaõ *d.lib.8.cap.*14. Ecce illa: verbis illius temporis.

Hoc

Hoc eſt juramentum, & convenientiam quod facit Regina Donna Urraca ad ſua germana Infanta Donna Tharesia, que le ſedat amica per fide ſine malo engano, quomodo bona germana, ad bona germana, & quod non faciat morte de ſuo corpore, nec priſione, nec conſilio prefacere, & ſi lo conſiliado tenet que lo desfaciat, & dat Regina ad ſua germana Zamora cum ſuos directos, Exemea cum ſuos directos, Salamanca, & Ripa de Torme, cũ ſuos directos, Avila cum ſuos directos, Arevalo cum ſuos directos, Manlas cum ſuos directos, Tudiela, & Medina de Zofrangue cum ſuos directos, Tauro cum ſuos directos, Torre cum ſuos directos, Medina Pauſada cũ ſuos directos, Senebria, & Riparia, Valdaria, & Baroncelli cum ſuos directos, Talaveira, & Couria cum ſuos directos, Simancas, & Morales quæ ſtant pro ad judicio ad Egas Gundezindis, & de Gueda Menendiz, & de el cum Domno Munio cum Fernando Joanni, & Exemeo Lopez qui ſe potuerunt advenire que ſit, & ſi non mittant ſortes quales jurent, & quos jurarent levent illam. Et que ſit iſta honor que la Regina da a ſua germana quomodo altera quæ illa tenet, que le adjure de emperar, & defender contra Mauros, & Chriſtianos, per ſe & ſine malo engano & berma, & populata quomodo bona germana ad bona germana, & quod non coliat ſuo vaſſallo cum ſuo honore, aut aleivozo qui voluerit ex cum duzer cum judicio directo, quod ſi illa Regina iſta judicia non attenderit, que des illo die que le demandar la Infanta ad X dies ſi illa noluerit integrare quod nos ſedeamus ſoltos, & vos pejuratos extra quantum la Infanta voluerit attendere atenante. Hæc ſcriptura nec Latina, nec Luſitana, nec Caſtellana, ſed barbarè ex tribus his linguis compoſita, ſic declaratur adhærendo quantum ſit poſſibile verbis illius.

Hoc

Hoc eſt juramentum, & conventio quam facit Regina Domna Urraca ſuæ ſorori Infantæ Domnæ Thareſiæ, ut ei ſit amica per fidem ſine malâ fraude, tanquam bona ſoror ad bonam ſororem; quod non agat de ejus morte, nec capturâ, nec conſiliũ ad id faciat, & ſi conſilium dedit illud revocet, & dat Regina ſorori ſuæ Zamoram cum ſuis juribus, (ſeu terminis) Exemeam cum ſuis juribus, Salmanticam, & Ripam de Tormes cum ſuis juribus, Avilam cum ſuis juribus, Arevalum cum ſuis juribus, Manles cum ſuis juribus, Tudelam, & Medinam de Zofrangue cum ſuis juribus, Taurum cum ſuis juribus, Turrim cum ſuis juribus, Medinam Pauſadam cum ſuis juribus, Senebriam, & Ripariam, Valdaviam, & Baroncellium cum ſuis juribus, Talaveiram cum ſuis juribus, Simancas, & Morales quæ ſtant ad judicium Egæ Gundezindis, & Guedæ Menendiz cum Domno Munio, cum Ferdinando Joanne, & Exemeo Lopez, qui ſi poterunt convenire, ita ſit, ſi non, mittant ſortes, quas jurent, & ſecundùm juramentum ſtent illis; & quod iſte honor quem Regina dat ſuæ ſorori, ſit ſicut alius quam illa habet, quæ ei promittat cum juramento quòd eam proteget, & defendat contra Mauros, & Chriſtianos, per fidem & ſine malâ fraude ſive ſolam, ſive comitatam ſicut bona ſoror ad bonam ſororem, & quod non recipiat ſuum vaſſallum cum honore, vel protegat traditorem qui velit evadere judicium rectum; quod ſi illa Regina, huic tranſactioni non attenderit, ex illâ die in quâ Infanta eam requiſierit, ad quadraginta dies, ſi illa noluerit integrum facere, quod nos ſimus liberati juramento, & vos perjuri à tempore quo Infanta voluerit ad hoc attendere.

Magnam itaque Regni Caſtellæ partem Urraca dedit Thareſiæ ne contra illã aliquid tentaret, ſed eſſet ei amica,

& adjutrix; ſi ex alio capite hoc erat, quàm ex pretenſione Tharesiæ ad eandem coronam, aperiant Caſtellani ex novis archivis.

Non multum poſtea deceſſit Vrraca, ſine tranſactionis 23
executione, quia ita breviter coronam reliquit, ut, ab aliquibus, ejus regni non fiat conſiderabilis mentio, prout notat Illeſcas *d. cap. ult.* 1 *p. hist. Pontif.* mortua eſt etiam Tharesia, bellis cum filio implicata; illi ſucceſſit filius Alphonſi 7; huic filius Alphonſus Henricus; inter quos graviſſima fuerunt bella, de quibus in §. ſequenti *n.* 3. Interim advertamus obiter jus iſtud ad Legionis, & Caſtellæ regna uſque in hodiernam diem continuari in ſereniſſimo, ac potentiſſimo Joanne 4, Luſitaniæ Rege, de quo in appendice ad finem hujus tractatus ſpeciale faciemus capitulum.

Accipit in dotem Luſitaniæ partem, liberi.

Cum Tharesiâ uxore, (Regis Alphonſi 6, legitimâ fi- 22
liâ, ut pro ſapientibus manet indubitanter probatum,) habuit Henricus Luſitaniæ minimam partem, quæ à Sarracenorum vi erat libera; conſtat hoc facto; ſed non apparet ſcriptura. Archiepiſcopus Rodericus (nullius fidei contra Luſitanos, ut notavimus *n.*5.) *lib.*7. *cap.*5. poſt 200 circiter annos ſcripſit ad arbitrium, Alphonſum 6 Legionis Regem feudum feciſſe Henrico ut ejus eſſet vaſſallus, & tanquam talis iret ad ejus generalia comitia; hunc Autorem ſequuti ſunt alii etiam Caſtellani ita cæci, ut Illeſcas *in fin.* 1 *p. hiſt. Pontif. tit. Reges Portug.* nil certi potuerit affirmare, ſed tantùm dixerit, donationem factam fuiſſe *cum quodam tributo, & homaggio.* Lucas autem Tudenſis Epiſcopus non jam ex donatione, ſed ex teſtamento aſſerit proveniſſe.

Vltra

25 Vltra incertudinem ex confuſione iſtâ reſultantem, agnoverunt aliqui eam ſententiam (aliâ noſtrorum ſtante in contrarium) facilè corruere ex defectu fundamenti; quare, ſolidiori carentes, argumentantur ex conjecturis, ac ſi in re tantâ ſufficiens eſſet; putant ergo incredibile Legionis, & Caſtellæ Regem liberè donaſſe in præjuditium principalis coronæ; addunt Luſitaniam poſt donationem per aliquot annos ſecundùm Legionis leges cauſas deciſiſſe, unde dependentiam arguunt.

26 At quàm iſta ſint frivola quis non videt? ad prius, non deſideramus in Caſtellanis maiorem credulitatem quàm ut ſemel credant in noſtris quod ſæpius crediderunt in ſuis; viderunt, & crediderunt Alphonſum 3. Legionis Regem dediſſe liberè Gallæciæ regnum Ordonio ſecundogenito in Sancii primogenti præjuditium, Item Sancium maiorem, in filiis plurimis, regna plurima conſtituiſſe libera; iterum Ferdinandum magnum liberè etiam diviſiſſe tria regna, Caſtellæ, Legionis, & Gallætiæ inter filios tres, Sancium, Alphonſum 6. (qui eſt idem de quo loquimur) ac Garciam; denique, Alphonſum 7. tribuiſſe Caſtelæ coronam Sancio 3. & Legionis ſceptrum Ferdinando 2. filiis; profectò ad credendum idem in noſtro caſu habent, adverſarii eandẽ rationem, ſed non eundem affectũ; maximè cum Thareſia filia eſſet Regis legitima, & deſponſata tantò Principi. Ad poſterius, dato quod fuerit (de quo mihi non conſtat) non ideo infertur dependentia ficta; ſic nec Romani feudatarii Græcorum à quibus leges acceperunt, ut narrat Pompon. Jurecons. *in l.* 2. §. *poſtea* 2. *ff. de orig. jur. &* fatetur Juſtinianus *in* §. *& non ineleganter Inſt. de jure natur.* nec tota penè Europa feudataria Romano-

manorum quorum hodiè utitur legibus; Legionenſes, fortè, ſervabant noſtri propter vim rationis cujus omnes feudatarii ſunt; & cùm dudum à Legionis exiiſſent conſortio, nil mirum ſi, bellis Sarracenorum implicati, non ſtatim tulerint, novas.

Sed jam à pauciſſimis annis non curant de conjecturis, 27
poſtquam enim noſter Fr. Anton. Brandaõ in lucem edidit tertiam partem monarchiæ Luſitanæ anno 1632, mendicarunt ab eo argumenta ex ſcripturis, quæ ipſe, dum hoc punctum ventilaret, formavit, & ſimul deſtruxit; illi autem (utendo more in prologo ad lectorem notato) objectiones pro fundamento ſumunt, tacendo ſolutiones ab eodem Autore demonſtratas; has jam ſcripturas videamus. Prima eſt epiſtola Regis Alphonſi 6, ad comitem Henricum in libro Cathedralis Eccleſiæ Conimbricenſis conſervata, quæ ſic habet.

*Alphonſus Dei gratiâ Imperator vobis dilectiſſimo filio meo Comiti Donno Henrico in Domino ſalutem. Venit ad me querella de ipſo epiſcopo de Colimbriâ de villâ Volpeliares, quæ eſt ſub teſtamento de ſuo monaſteriò de Vacariça, quam habent minus, & dicunt mihi, quia ego dedi illam ad donnum Cyprianum, ſed non venit mihi in mente, & quamvis ego eam dediſſem, ſi in teſtamento erat de illo monaſterio, ego nec autorigo, nec autorigabo * eam, ſed vos quantum mihi bene quæritis cauſam de illâ ſede, & de illos monaſterios inderenzate, * illas. Valete.*

** Ideſt nec authoritatem do, nec dabo.*
** Ideſt dirigite.*

Hinc intendunt probare etiam poſſidente Henrico, Alphonſum Legionenſem tanquam ſupremum dominum excercere juriſdictionem in Luſitaniâ; ſed toto cœlo deviant ab epiſtolâ, ex quâ patet nullum factum eſſe recurſum

ad

ad Regem ut judicaret, ſed quia agebatur de interpretandâ donatione quam fecerat Cypriano, dum poſſidebat, petitur ab eo (ut à particulari poſſet peti) declaratio mentis tunc habitæ; de hac certum reddit Henricum, relinquendo ei, ut oportebat, deciſionem cauſæ; hoc eſt ita celarum in relatis verbis, ut etiam illud perceperit quidam Joannes Caramuel in codice quem compaginare fecit ex objectionibus refutatis (ut diximus in prologo) impoſito titulo, *Philippus Prudens Etc.* ubi *lib.* 2. *diſput.* 1. *q.* 1. *art.* 1. eam epiſtolam Latino quidem, quamvis antiquo, ſermone ſat intelligibilem, vertit in novam Latinitatem, quaſi, ſi illa eſſet obſcura, poſſet ipſe quod quilibet non intelligeret, interpretari; & quò ſignificaret recurſum factum fuiſſe tanquam ad ſupremum, vertere promitens, potius vitiat: *exhibitus fuit in curiâ meâ, libellus ſupplex*, ut juriſdictionem inculcaret; ſed cùm ea verba in copiâ antiquâ (pro ut ipſe etiam refert illam) non legantur; nil agit, niſi manifeſtare, ut ſolet, voluntatis, & intellectus proprii infelicitatem.

28 Secunda ſcriptura eſt caput ultimum comitiorum Lameci, fuerunt celebrata a Rege noſtro Alphonſo 1. ibi.

Et dixit procurator Regis Laurentius Venegas; Vultis quod daminus Rex vadat ad cortes Regis de Leone, vel det tributum illi, aut alicui perſonæ*, &c. ut infra §. 2. * *Comitia generalia.*

Vbi fit mentio de obligatione & tributo Regi Legionis. Hoc autem pro imperitis; alii nanque ſciunt Tharesiam noſtram jam viduam, & ab Alphonſo filio oppreſſam, Alphonſũ 7. nepotem ex ſorore Legionis Regem in auxilium vocaſſe, cedendo ei (quò libentius auxiliaretur) plura

plura Portugaliæ jura in præjuditium ejuſdem filii; hæc Legionenſis proſequutus eſt armis, ut videbimus §.2. *n*.2. nec ab intento ceſſavit, quamvis devictus; ad hoc igitur alludunt relata comitiorum verba, ut reſpondet Brandaõ *lib*.10. *cap*. 14. objectioni quam ipſe formaverat, nec deberent Caſtellani tacere ſolutionem ſimul cum argumento inventam, ſaltem ad reprobandam illam; ſi autem nil habent in contrarium, tenentur veritati acquieſcere.

De tertiâ ſcripturâ mentionem facit ille idem Cara- 29
muel *d.lib*.2.*diſp*.1.*q*.1. *art*. 1. quæ quidem prima fuit tempore, ſed tertio loco eam reſervavimus, quoniam fragmentum eſt tantùm non integra ſcriptura; refertur fuiſſe privilegium ab Alphonſo 6. monaſterio S. Servandi datum, cujus finis hæc ſolummodo ponit verba.

Henricus gener Regis cum uxore meâ Taraſiâ quod ſocer fecit confirmo.

Vnde cupit oſtendere Legionis Regem ſupremà diſponere, Henricum tantummodo *confirmare*, quod licet aliud ſonet, (inquit ille) in antiquis ſcripturis ſignificat, atteſtari: Memini textum *in l. incivile ff. de legi.* docentem. *incivile eſt niſi totâ lege perſpectâ, unâ aliquâ particulâ ejus propoſitâ judicare, vel reſpondere,* cujus eſt ratio, *quia non nunquam finis reſtringit, aut alioquin declarat principium, poſteriora aperiunt præcedentia, & à contrario*, inquit Everardus *in locis argum. in præambulâ verſic. decimò poſt medium.* Per textus *in l. cum fundus cum ſua glosâ ff. de verb. ſign; l. qui filiabus in princ; & l. ſi ſervus plurium fin. cum utrobique notatis ff. de legat.* 1. *& l. quiſquis in princ. cum gloſâ de legat.*3. *& l. non eſt novum cum duabus ſeqq. de legib.* quòd idem eſt *in conventione ſcriptâ* (ſcilicet iuſtrumento) ampliat

ampliat gloſa *in d.l.incivile* ; & marginalis addit : *ſtatuta tota producenda eſſe ſi de ijs quæratur hinc colligũt Bart & Caſtrenſis.* Quare conſultavi Brandonium *in d.Monarch. lib.*8.*cap.*8. (unde citatus Caramuel tranſcripſit pauca illa verba) ſpe inveniendi totam Scripturam, non tamen inveni plura, nam ille Author retulit ea ad aliud propoſitum ad quod ampliora non requirebantur. Et quamvis, cum jureconſulto *in l.*1.§.*edere ff.de edendo*,reſpondere poſſem : *edere non videtur qui ſtipulationem totam non edit*, pro maiori abundantiâ reſpondeo iterum ; Caramuelem, ut ſolet, ſe confundiſſe alterum de duobus exiſtimando ; vel nos dicere Henricum Dominum fuiſſe Caſtellæ, quod abeſt ; vel monaſterium illud fuiſſe in Portugalliâ ; cùm fuerit in Caſtellâ propè Toletum;ut poſſet cognoſcere ex Marianâ, *lib.*10.*cap.*8.ibi : *Hali Rex Maurus ſancti Servandi Monaſterium in ipſis Civium Toletanorum oculis evertit, agris, villiſque fumantibus ipſam Vrbem circumſedit.* Ergo in re Caſtellæ ſolus Alphonſus 6. meritò gubernabat ; Henricus autem aderat ut teſtis, quia cum privilegium (ut Brandaõ memorat,) datum fuerit 3. die Februarij, an.Chr. 1095 ; & ipſe duxiſſet uxorem in fine præcedentis anni, (ut ille Author oſtendit ibidem) inveniebatur fortè cum ſocero, vel quia adhuc in Portugalliam non diſceſſerat, vel quia Rex in Portugalliam ivit ad mittendum eum in poſſeſſionem, (ut ex aliquibus conjecturis putat Brandaõ) & ibi facta fuit carta(cujus datæ non apparet locus;)mos autem erat ut confirmarent ſimilia Principes qui fortè aderant. Quod optimè comprobatur ſi conſideremus atteſtationes illas, inter quas iſtam ponit Caramuel, fieri non in abſentiâ,ſed in præſentiâ Autoris principalis ; ac proindè ſiquidem

dem Henricus atteſtabatur, Rex erat præſens, ſi erat præſens, vel Henricus erat adhuc in Caſtellà, vel Rex mittebat in poſſeſſionem Henricum non dum gubernantem; en Caramuelica futilitas ad oculum demonſtrata.

Denique, referunt alij, Alphonſum 10. Regem Legi- 30
onis, & Caſtellæ, an. Dom. 1270. ad inſtantiam Dyoniſij ejus ex filiâ nepotis, filij Alphonſi 3. Regis Portugalliæ, noſtris Regibus remiſiſſe obligationem eundi ad Legionentia comitia, donandique pro bellis 300 equites, ſed invalidam fuiſſe remiſſionem contra ſuorum aſſenſum; ſcripturam non citant, nec apparet aliqua ſimile tangens negotium, niſi quas Brandaõ refert ad longum 4. *p. Monarch. Luſit. lib.* 15. *cap.* 33. *&* 34. *& in appendice illius tomi Scripturâ* 33. quæ valdè diverſa tractant; nempe, Abraham Bzovius *tom.* 13. *anno* 1253. loquens de ſummo Pontifice Innocentio 4. narrat: *Inter Portugalliæ, & Caſtellæ Reges* (prædictos) *occaſione Algarbiorum provintiæ inter ſe dimicantes, authoritatem ſuam interpoſuit, utque ab armis diſcederent, ſed potius controvertiam judicio ſedis Apoſtolicæ permitterent, incitavit; neque tamen eſſe, aut fuiſſe intentionis ſuæ per literas hac in re quidquam præjudicare uelle Portugalliæ Regi ſignificavit, atque declaravit*, conſequens fuit ut convenirent quod Algarbiorum dominium remaneret apud Luſitanum, Caſtellanus verò ſolùm in vitâ ſuâ reditus perciperet; ut legitur apud Brittum *in chron. Ciſterc. lib.* 3. *cap.* 22. & comprobat Brandaõ. *d. lib.* 15. *cap.* 15. Scripturis prædicti archivi. Pro his reditibus maluit poſteà idem Alphõſus Caſtellanus quinquaginta equites in bellis occurrentibus, quorum impoſuit obligationem, non Luſitano Regi, ſed

ſed (ratione decentiæ) Dionyſio proprio nepoti, Luſitani filio; meminit ambiguè Marian. *hiſt. Hiſp. lib.* 10. *cap.* 20. explicavit Brandaõ *ſupra cap.* 30. & conſtat ex originali contractu, tranſcripto ab eodem *in d. append. ſcripturâ* 30. Horum equitum fecit tandem ipſi Dionyſio dimiſſionem, de quâ extãt inſtrumenta relata de verbo ad verbum *ab Eduardo Nun. in Chron. Alphonſi* 3. *& à Brandaõ citato lib.* 15. *cap.* 33. *&* 34. qui advertunt hoc dediſſe occaſionem quibuſdam hiſtoricis minùs quàm oportebat diligentibus, ſcribendi eam remiſſionem fuiſſe de Portugalliæ obligatione antiquâ; dixi etiam *in excellentijs Portugall. cap.* 5. *excell.* 6. *n.* 2; non tranſcribo ea inſtrumenta (quæ ſupra dicta expreſsè referunt) quia eſſet fruſtrà, cum poſſint dicere adverſarij (nullum ſpeciale citantes) non eſſe illa quæ pro fundamento ſumunt; neceſſe eſt ergo quod citent ſpeciale, ut ſatisfacere poſſimus; interim ſat eſt ſcire, neque ipſum Caramuelem, qui nonmodò allegat, ſed facit Scripturas, de hac remiſſione formaſſe argumentum, eum namque Brandonij lectura convicit; quæ à fortiori convinceret Antoniũ de Fuertes, & Biota ne *in antimanifeſto ſuo art.* 5. de hoc documẽto caducco ageret, ſi, ut citat, legiſſet; ſed in hoc, & alijs, (quæ in Prologo ad Lectorem) adverto, hunc Scriptorem, ex relatione tantùm aliorum, Autores allegare, quòd maximè periculoſum eſt.

1 Vt cumque ſit, dum non oſtenditur Scriptura, nil valent hiſtoricorum relationes illæ; namque ut eis in antiquis credatur, debet concurrere quod ſignat Bart. *in l.* 1. *n.* 22. *ff. ſi cert. pet.* ibi: *libris hiſtorialibus. Chronicis, & ſimilibus, ſi à noſtris antiquis creditum videmus, & nos etiam debemus credere*; hæc autem conditio deficit in præſenti; nam, ultra

jam relatos, ſtatim referemus hiſtoricos ex quibus conſtat prædictæ opinioni creditum non eſſe, quinimò falſam haberi.

Et quod magis eſt, quamvis, fide digni eſſent, ad probandum feudum nulli Autores ſufficerent; Scriptura enim neceſſariò requiritur, per *l.1. ibi; Scripturâ interveniente, ubi gloſa C. de jure emphit; alia gloſa in § adeò verbo locationem, in fine Inſt. de locat; alia in l. pactum 17. verbo, ſecundum, in fine, C. de pact; & iterum in l. contrahitur 4. verbo, quòd actum eſt, ff. de pignor; gloſà de jure Canonico in cap.1. §. poſtquam de cenſib. lib.6. Bald. in d. l.1. .1. differentiâ de jure emphit; idem tenet multos citans Paris de Put. in tract. de redintegr. Feud. in cap. pone quod eſt quæſt. fol.34. col.4. n.3.* dicunt communem. *Probus ad Ioan. Mona. in d. cap.1. §. poſtquam n. 5. Imola in cap. potuit, n.7. de locat; Caſtel. in memorab. verbo emphiteuſis conceſſa, pag.159.* per argumentum de emphiteuſi ad feudum quod eſt validum, ut per *Everard. in locis argument; Valaſc. de jure emphit. q.30. n. fin. & eſt vulgare.* 32

Sic evaneſcentibus fundamentis fumoſis imaginati feudi; ſatis, ſuperque probata eſt exemptio, immunitas, & ingenua libertas Luſitani ſtatus ex aſſiſtenti jure ſecundùm quod Alvarus Valaſc. *d. tract. de emphit. quæſt. ult. in princ. inquit: regula eſt quod in dubio quælibet res præſumitur allodialis, hoc eſt libera, & patrimonialis, non verò feudalis,* & paulò infra: *quam omnes legentes, & conſulentes ſequuntur, ut per Bellon. conſ. 10. n.9. quem refert Jul. Clar. lib.4. verbo feudum, q.18.* eiſdem ferè verbis Menoch. *de Præſ. lib.3. Præſ.91. n.1.* ponit concluſionem: *quando verè ſumus in dubio, præſumptio eſt, rem eſſe liberam, & allodialem, non autem feudalem;* ad quod recenſet infinitos propemodùm Docto- 33

res;

res; cujus rei duplex eſt ratio: una, quod feudum eſt ſervitus, ſecundùm gloſam *verbo, oportet, in l. ſi cujus* 13. §. 1. *ff. de uſufr*; quæ non præſumitur, ut eſt notum *in l. altiùs* 8. *C. de ſervit.* Altera, quod unuſquiſque magis præſumitur poſſidere jure proprio, quàm alieno, *l. filius fam.* §. *divi verſic. idem Principes de legat.* 1, *& ibi Angel; Roland. conſ.* 46. *n.* 44. *lib.* 3; atqui *feudatarii, licet nomine proprio poſſideant, contemplatione tamen alteriùs poſſident, quia ſemper alium in Dominum recognoſcunt*; verba ſunt Bartoli *in l.* 2.
34 *n.* 1. *C. de præſcr. triginta.* Specialiùs ad noſtrum caſum Menochium *ſuprà n.* 4. audiamus. *Præſumptio hæc maximè procedit in conceſſione factâ à Principe, qui in dubio liberè donare, non autem infeudare, preſumitur, ſicuti reſpondi in conſ.* 191. *n.* 24. *lib.* 1. *poſt Oldrad. in conſ.* 159. *n.* 5. *& alios plures, quibus addo Roland. in conſ.* 85. *n.* 18. *lib.* 4. Proſequitur *n.* 7, 8, *&* 9. extendendo etiam ſi diſputatio ſit de caſtro cùm jurisdictione, imò de comitatu, ſive marchionatu, ex plurimis quos citat, quam extenſionem fecerat Valaſc. *citato loco n.* 2. ex eiſdem Doctoribus; extenditque tandem ipſe Menoch. *nn. ſeqq.* in terminis difficilioribus, quibus videntur verba adeſſe feudum conſtituentia; quæſo videatur.

35 Equidem *quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi qui agit*, ut inquiunt txs. *in l. veriùs* 21. *ff. de probat. & in* §. *& veriùs Inſt. de legat*; infertur quod Caſtellano *Actore non probante, Reus debet abſolvi*, pro ut proverbialitèr loquitur Salycet *in l. ult. C. de rei vindic. per tx. ibi, ubi gloſa verbo, cogitur, & in l.* 3. *verbo, oportet, C. de reb. credit.* dat concordantes; ac fortiùs ſtante

M 2 pro

pro Luſitaniâ præſumptione juris de quâ proximè, quæ 36
preſumptio onus probandi ab uno in alium transfert, dicit gloſa *verbo, probari, per tx. ibi, in l. ne codicillos* 5. *C. de codicil.*

Non fuiſſe feudum probatur.

Verumtamen, ex ſuperabundanti, gratiâ diſputationis, 37
non neceſſitatis, feudum abfuiſſe probabimus, hiſtoricis, præſumptionibus, (ut ſequamur ordinem adverſariorum,) & ſcripturis.

Hiſtoricis.

Quoad hiſtoricos, diximus jam Eduardum Nunium 38
in chron. Henrici feudum vel aliam interveniſſe obligatioonem negaſſe, & non interveniſſe probaſſe latè doctum Fr. Anton. Brandaõ *in d. monarch. Luſit. lib.* 8. *cap.* 9; Emanuel de Faria *in epit. hiſt. Port. p.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. vocat malè informatos, vel non benè affectos ſcriptores, qui dixerunt contrarium; ſed jam ab aliorum allegatione abſtineo quia video ab adverſariis replicari, eſſe hiſtoricos Luſitanos, atque ita ſuſpectos; quæro tamen, cujus nationis ſunt qui citantur ab eis? Profectò Caſtellani; ergo par eſt quoad affectum utrorumque fides; tunc, in iſtâ æqualitate, ponderetur ſcribendi modus; invenietur, Caſtellanos recentiores, antiquos ſequutos, nil in probationem allegare, ſed velle credi tanquam textus; at in ſimilibus Autori non allegan-ti non creditur, Surd. 2. *p. deciſ.* 335. *n.* 20; unde Everardus *in loc. argum. in præambulâ verſic. decimo,* ait: legens *Sit præcipuè diligens in videndo, & ponderando allegationes, nec credat quid dicenti, ſed videat ſuper quo fundetur dictum, ſi velit quidquam fructus conſequi, intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt ſumenda dicendi, ut eleganter dicit tx. in cap. intelligentia de verb. ſign; neque enim ſermoni res, ſed, contra, rei*

rei ſermo ſubjectus eſt; *ut in eodem cap.* noſtri autem fortiſſimis fundamentis probant, inter quæ ſcripturæ authenticæ. Item illi in narrando variant, ut notavimus *n.*24. cùm variatio, in jure reprobetur, ut advertit gloſa *ult. in l. ſi ex toto* 8. §. *fin. ff. de legat.*1. *per l. in cauſæ ff. de procurator*; ideò ſemper diſpliceat, ut notatur ad gloſam *ult. in l. hæres* 51. *aliàs* 54. *de petit. hæred.* quinimò lex *Variationem iniquitatem appellat*, inquit gloſa per tx. ibi *in l. ſi quis* 9, *verbo iniquitates, C. de jurejur.* & multò magis variationem teſtium (quorum munere funguntur Autores prædicti) ad tx *in Auth. de teſt.* §. *neque igitur & ibi gloſ. verbo contraria dicant, collat.*7. Luſitani verò conſtanter, & uniformes teſtificantur, quare eis plus credendum, juxta tx. *in l. ob carmen* 21. §. *ſi teſtes de probat.* ibi, *Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia, quibus potiùs lux veritatis adſiſtit.*

89 Quinimò pro nobis probant Caſtellani hiſtorici; quorũ unus eſt Epiſcopus Sandoval *in Chr. Alphonſi* 7, *Imp. c.*36. narrans: *Imperator cum omni equitatu, & milite Regni Legionenſis in Gallæciam profectus eſt, decernens illac Portugalliam ingredi, nec à bello deſiſtere quouſque regnũ conquiſiiſſet*; quod verbum, cum ſignificet, primitus ſubjugare, fatetur nullum jus antea Alphonſo fuiſſe. Hoc ut fugeret Caramuel ille jam relatus *in Philip. lib.*2. *diſp.*1. *q.*1. *art.*2. *n.*4. explicat verbum Autoris Caſtellanum, *conquiſtar*, (quod ut diximus) eſt, *conquirere*, ac ſi ſignificet, *recuperare*, quare vertit: *quouſque regnum recuperaſſet*, ut ſupponat dominium; quidam verſionem hanc impudentem appellant, ego eam potius tribuo ignorantiæ in tranſlatore notiſſimæ, quàm iterum in eodem etiam loco bis palàm fecit;

ſemel,

ſemel, dicens: *Epiſcopi verba Luſitanica Latinè ſic reddo;* cum tamen Caſtellana ſint Epiſcopi verba, (Luſitana ſolùm reddita à Brandaõ, apud quem ea invenit Caramuel); item inquiens: *nota illud verbum, conquiſtar, quòd eſt Latinè, recuperare, ſubjugare, intercipere,* Synonima faciens verba ſignificationis adeò diverſæ. Alter Caſtellanus Hiſtoricus eſt Mariana cùm *lib.*10.*cap.*16. referens quomodo anno Domini 1134. (quo primus noſter Alphonſus adhuc Regis titulũ non habebat) Alphonſus 7, Legionis, & Caſtellæ Rex cæpit in comitijs nuncupari Imperator, ita ſcribit:: *in eo conventu, omnium qui aderant conſenſu, Imperij nomen Regi decernitur, qui Aragonios, Vaſcones, Catalaunos, Galliæ partem vectigales, beneficiarioſque haberet; ei Auguſti Majeſtatem convenire.* Certè conveniens hîc erat de feudatariis etiam Luſitanis oſtentationem facere; cur igitur de tali feudo non ſunt loquuti? quia nullum erat; eſt herculè argumentum convincens.

Præſumptionibus.

Præſumptionũ eſt 1, quod bona in dubio reputantur libe- 40
ra, non feudalia; ut ſupr. *n.*33. de cujus præſũptionis vi, ultra dicta, *n.*36. addo, quòd tales præſũptiones, *probationes Legũ liquidiſſimæ ſunt,* ut loquitur gloſa *verbo oſtenderis in fin. in l. ſi tutor* 5. *C. de peric. tut.* ubi marg. ſic: *adde tx. & gloſam l.*1. *in verbo liquidò probetur, infra de teſt. milit. & hanc gloſam in hoc articulo meliorem eſſe, & ſingularem poſt alios multos notat Jaſon in l. licet Imperator* 74. *n.*8. *ff. de legat.*1. ad quod innumeros citat Tiraquel. *in l. ſi unquam verbo donatione largitus n.*133. *C. de revoc. don.* unde quamvis Lex requirat probationem inſtrumentalem ſufficit probare per Legis præſumptionem; mirabiliter. Bald. *in l.*1. *n.*18. *C. de fideicom. Alciat.*3.*p. præſ. n.*3; *Jaſ. in l. ſciendum, n.*25. *in fine, ff. de*

de verbor. Dec. in rub. de probat. n.13. & Tiraquel. citato loco.

41 II. Eſt præſumptio quæ oritur ex conſuetudine, *l.2. ff. de edendo: gloſ. verbo perſonale per tx. ibi in l. juris gentium, 7. §. pactorum ff. de pact. citat plura marginalis ad gloſ. verbo quotidie in l. certi 9. §. ſi nummos ff. ſi cert. pet. Latè Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.18. per totam*; conſuetudo autem ex bino actu fit, ut probatur *ex l.3. §. ſi plures ff. de re milit*; exprimit gloſa *in l. diuturna 34. ff. de legib.* quod ſine dubio procedit in re quæ (ut de quâ agimus) non eſt contra, nec præter jus, ſed indifferens, juxta ea quæ Bart. *in lect. l. de quibus ff. de Legib. Menoch. de præſ. lib.2. præſ.8. Maſcard. de probat.. concl.1338.* At ſupra *n.26.* retulimus, non ſolùm bis, ſed ſæpiùs Hiſpaniæ Reges, Regna diviſiſſe liberè inter filios, quibus populi obediendo egregiam tribuerunt authoritatem conſuetudini; argumento *l. de quibus 32. d. tit. de legib.*

42 III. Præſumptio deducitur à qualitate perſonarum; Menoch. *de præſumpt. lib.1. per totam quæſt.15.* planè nullus dubitabit, & Alphonſum 6, vocatum Imperatorem, & Henricum, cujus nobilitatem oſtendimus *ex n.2.* donatorem, & donatarium fuiſſe dignos donatione liberâ parvi tunc ſtatus.

43 IV. Præſumptio fit ab affectu, & amore; *l. ſi domus 71, aliàs 74. §. in pecuniâ ff. de legat.1. ubi gloſa verbo præſtare, l. cum ſervus 54. ubi gloſa verbo mandati ff. mandati, cum aliis apud Menoch. ſupra q.16, & 17. n.5.* At verò *quis talis affectus inveniatur ut vincat paternum?* quærit Imperator *in l. fin. in princ. C. de cur. fur. ubi gloſa refert textus alios.* Certè nullus, *quia plus quàm ſe filium diligit* reſpondet gloſa *in l. videamus 4 verbo admittendam ff. de in lit. jur.* unde Juriſc. *in l. iſti quidem 8. §. fin. ff. quod met.*

cauſ.

cauſ. rectè ratiocinatur: *Cùm pro affectu, parentes magis in liberis terreantur.* Concordat tx. *in* §. *ſed veteres Inſt. de noxal. act.* in illis verbis: *Ut penè per filij corpus pater magis, quàm filius periclitetur.* Ergo in donatione præfati Regis ad Tharesiam filiam liberalitas maior præſumi debet.

V. Præſumptio deſumitur à causâ; ex latè adductis per Menoch. *d. q.*17; ſed in noſtro caſu cauſa fuit dotis ad quam pater tenetur *l. & ideo* 7. §. *fin. de in rem verſ. l. pater* 71. *de evictione. cùm vulgaribus*; Ergo Rex ille pater liberè donando magis viſus eſt ſolviſſe, ſicuti tenet Menoch. *d. tract. lib.* 3. *præſ.* 29. *n.* 75. 44

VI. Et ultima eſt, quòd res ſit, vel non ſit feudalis, *ſi tanquam talis poſſideatur: nam talis eſſe præſumitur, quià pro poſſeſſore judicandum etiàm circa qualitatem rei quam poſſidet, & qualem te invenio talem te judico ut in propoſito voluit Bellon. conſ.* 10. *n.* 14. verba ſunt in noſtrâ ſpecie, magni Juriſconſulti Alvari Valaſci *de jure emphit. quæſt. ult. n.* 12. faciuntquæ Rebuff. *ad tit. de verbor. ſignif. l.* 87. *verſic. ex conſuetudine,* ubi quod *practica vocatur intellectrix, & lumen.* At, quod Luſitani liberè ſemper, & ſupremè egerint probatum eſt in jure, dum particularis ſubmiſſionis actus, non oſtenditur (quod eſt impoſſibile) à parte contrariâ; cum hoc conſiſtat in facto, quod non præſumitur; *l.* 1. *C. de probat. melior tx. in l. adſeveratio* 10. *ubi gloſa margin*; *Bald. & Salicet. C. non numer. pecun*; *& omnes per tx. ibi in l. in bello* §. *facta ff. de captiv*; Imo nemo dubitat in nuptijs, in legationibus, in contractibus pacis, ac belli, ſéper ſe tractaſſe æqualiter utriuſque Regni Principes; & eſt inveroſimile, ac incredibile, quod Legionenſes, ſeu Caſtellani, ſi ad aliquod feudi jus aſpiraſſent, in occaſionibus tot bellorum 45

lorum (quæ ferè per 400 annos quaſi continuata durarunt), non publicaſſent etiam hunc titulum; quod argumentum ab invero ſimili eſt validum, *ut, ultra Everard. in loc. argum. benè Tiraquel. in præfat. l. ſi unquam n. C. de revoc. donat.* Certè non invenietur quod unquam loquuti ſint de illo, nam Alphonſus 7, (quidquid Caramuel notatus ſupra *n.*39.) volebat intrare per ſolam donationem Tharesiæ, ut fatetur Joannes de Mariana *lib.* 10. *cap.*13. & dicemus §.2.*n.*3. Bella autem Ferdinandi Legionenſis cum Luſitano Alphonſo 1. non fuerunt ſuper hoc, ut hiſtoriarum imperitus putat, vel peritus fingit Anton. de Fuertes *in citato Antimanifeſto art.*5. ſed, juxta ipſos Autores Caſtellanos, vel propter urbes, *Cindad Rodrigo, & Badajos,* ut ait *Illeſc. cap. ult.* 1 *p. hiſt. pont*; vel certiùs ob contentiones de finibus Regnorum; ſecundùm Rades de Andrada, *in chron. ordin. milit.* fatetur idem Fuertes ſibi contrarius *ad fin. illius art.* §. *la batalla*; ut cumque fuerit Chronica generalis Hiſpaniæ narrat quod Luſitanus Alphonſus in Badajos captus *confeſſus fuit, & dixit ſe quæſiiſſe bellum, non debendo, nec habendo legitimam rationem ad aggrediendum armis Ferdinandum Regem Legionis*; ſi ipſa Caſtellanorum melior Chronica paulò poſt facta Luſitanum dicit aggreſſorem, quis jam audebit ſcribere Legionenſem tanquam Autorem pro feudo egiſſe? cum etiam Luſitanum legamus ſplendidè tractatum, & liberè dimiſſũ, reſtitutis tantummodo oppidis quæ cæperat à contrario; apud Roder. Tolet. *lib.*7. *cap.*6. *Marian. lib.*11. *cap.*15. *& Chronicam gen. citatam*; (qui omnes Caſtellani) ac Rogerium de Hovedem (ſcriptorem Anglum illius temporis) *in vitâ Henrici* 2. *Regis Angl. fol. mihi* 641. Quod autem

Caramuel ille *in Philip. lib.3. q.3. art.2. n.27.* & in vocato reſponſo ad manifeſtum Luſitaniæ, *lib.3. cap.2. n.28.* (jam ſecundò impreſſo, mutato, more delinquentium, nomine, *Joannes illegit. Luſit. Rex. dem.*) ait Joannem 1, & Ferdinandum 5. Caſtellæ Reges, pro obtinendâ Luſitaniâ ex antiquo illo titulo dimicaſſe, eſt ridiculum; cum lippis & tonſoribus notum ſit Joannem ex ſolo capite Beatricis uxoris pugnaſſe; Ferdinandum autem non offenſivum, ſed deffenſivum ſuſtinuiſſe bellum contra Luſitanum Alphonſum 5, qui ex jure Joannæ ſponſæ aſpirabat ad Caſtellæ, & Legionis uſurpatam coronam, Illiuſque Rex nuncupabatur; unde, ut ab intentione deſiſteret, pacem Caſtellanus empſit magnâ pecuniæ quantitate; quapropter Anton. de Fuertes *ad fin. d. art.5.* nobiſcum eſt in hoc adverſus Caramuelem; nec mirum ſi ejuſdem partis advocati ſibi ipſis contrarientur; nam ubi non eſt veritas, non poteſt dari concordia, ſicuti in Prologo diximus. Igitur quan- 46
doquidem Caſtellani Reges qui per tot ſæcula tacuerunt, modò proclomare incipiunt, rectè eis accomodàtur quod aliàs *in cap.1. §. illa autem de frigid; & maleficiat*; dixit ſummus Pontifex: *ſi proclamare voluit, cur tandiu tacuit?* ad quod Cardinal. Tuſcus *lit. p. concl. 630. n.4*; ſanè ſilentium longum in querendo arguit dolum in querellâ, inquiunt *Bald. conſ.37. in fine lib.1. Boër. deciſ.42. n.20. Cravet, conſ.75. n.9. Ciazius conſ.1. n.113.*

Scripturis. Quoad ſcripturas donationem quandam refert Brandaõ *d. lib.8. cap.8.* ex archivo monaſterii de *Arouca*, in cu- 47
jus datâ legitur ſic: *Regnante Adefonſus Rex in Toledo, in Colimbriâ Comes Henricus*; ubi eodem ſtyllo de Alphonſo, & Henrico loquendo (nam illud, *Regnante*, ad utrum-

que

que refertur) ſatis indicat æqualitatem principatus. A-
48 liam probationem inſtrumentalem habemus in tranſactione relata ſupra *n.*22; ex quâ, cùm Legionis, & Caſtellæ Regina, Tharesiæ noſtræ tot oppida dederit, ne ei faceret bellum, imò contra hoſtes auxilium præſtaret, evidenter patet illud auxilium à Tharesiâ non fuiſſe debitum, ut adverſarii in feudo ſimulant.

49 Enim verò perſpectâ Caſtellanorum aſſertione vanâ, & Luſitani Regni ingenuitate fundamẽtis ſolidis conſtitutâ, non puto aliquem ſanæ intentionis de ſomniato feudo cogitaturum ampliùs,& ſi illi adhuc proceſſerint,convertetur quod dixerint in ignominiã intellectus, & volũtatis ipſorũ.

50 Sed advertam ulteriùs per abuſum ſolere dici Portugalliam fuiſſe donatam Henrico titulo comitatus; cũm certum ſit donationem ſtatus factam fuiſſe ſimpliciter ſine titulo particulari; ut probat Brandaõ *d.lib.*8. *cap.*11. Neque obſtat quod legimus Henricum ſemper comitem nuncupatum; erat namque titulus quem habebat (vel, more patrio, ex qualitate generis, vel ex temporum conſuetudine vagum ſine terrarum determinatione) ante matrimonium & quæſitum dominium Luſitaniæ, ex verbis antiquiſſimi Juliani Archipræsbiteri Tolet.ibi: *Comites Raimundus, & Henricus conſanguinei, poſtque generi Adefonſi Imperatoris, venerunt ad obſidionem Toleti,illicque interfuerunt*: unde,ut notat Brandaõ, nunquam vocatur Portugalliæ, ſeu Luſitaniæ comes , ſed,comes, abſolutè;quinimo, in Scripturâ, de quâ,ſupra *n.*48,dicitur regnare. Sic vidimus, eum comitis titulum periiſſe cùm perſonâ, nec annexum remanſiſſe ſtatui, in quo Alphonſus filius jam Dux, jam Infans, jam Princeps nuncupabatur;ut in ſequenti.§.

Luſitania nunquam fuit Comitatus.

Moritur Henricus Denique, Henricus noſter Burgundus Thareſiam Legitimam Regis Alphonſi 6 filiam habens uxorem,& cum eâ in dotem,exiguam à Sarracenis liberam Luſitaniæ partem, quam ſtrenuè amplificavit, victor decem & ſeptem præliorum inſignium contra eoſdem infideles; poſt redditum à ſancto bello Hieroſolimitano, dum Gallætiæ, & Legionis regna armis conquireret ex jure uxoris, plenus virtutibus,& annis deceſſit anno Domini 1112,in Aſtorgâ Civitate Gallæciæ,& fuit ſepultus in Luſitaniâ Bracharæ Auguſtæ in Sacello propè Eccleſiam Cathedralem, indeque anno 1513. tranſlatus ad Capellam maiorem ejuſdem Eccleſiæ, ubi jacet. Remanſit inſtatus regimine uxor Thareſia,tanquam in propriâ dote; & poſt eam Alphonſus Henricus utriuſque primogenitus, ut in § ſubſequenti.

SVSCITABIT DEVS CÆLI REGNVM, QVOD IN ÆTERNVM NON DISSIPABITVR, ET REGNVM EIVS ALTERI POPVLO NON TRADETVR: COMMINVET AVTEM, ET CONSVMET VNIVERSA REGNA HÆC, ET IPSVM STABIT IN ÆTERNVM.

Daniel.cap.2.n.44. Et vide quæ dicentur in Append. cap.2.

§. II

ALPHONSVS·HENRICVS·I·REX·LVSIT.



Quid mea miratur mundus, quid facta meorum:
Non ego, non illi, Sed, Sibi, Christus agit.

§. II.

Luſitania erigitur in Regnum ut eſt hodie.

Tharesia gubernat Luſitaniam.

PEr obitum Henrici uxor Tharesia habuit regimen 1
Luſitani ſtatus bellicâ viri induſtriâ dilatati, per decem & ſex annos; quo tempore, circa bella de quibus egimus *in hoc proœmio* §.1. *n.*21. pro ſucceſſione Regnorum Caſtellæ, & Legionis ſibi pertinenti, celebravit tranſactionem, *ibi n.* 22. relatam, cum Vrracâ Reginâ, quæ illam non potuit adimplere, ex ratione notatâ §.1. *n.*23.

Alphonſus Henricus naſcitur mirificè.

Intercedentibus apud Deum orationibus ſancti viri 2
Joannis Ceritæ (ut narrat Britto *in Chron. Ciſterc. lib.*5. *cap.*14.) ſucceperat illa ex Henrico in inſigni oppido *Guimaraēs* provintiæ Interamnenſis, Alphonſum circa ann. Chr. 1109. (ſecundùm Brandaō *in monarch. Luſit.* 3 *p. lib.*8. *cap.*26.) ſed natum conglutinatis in unum cruribus, poſtea (ut clariùs miraculis deberetur) Deiparæ Virginis ſanatum particulari beneficio, de quo latè *Eduard. Nun. in Chron. Henrici, Vaſconcel. in eundem n.*12; *Mariſ. Dial.*2. *cap.*3. *Faria in Epitom. hiſt. Luſit. p.*3. *cap.*2. *n.*4. *Brandaō ſupra lib.*9. *cap.*8.

Alphonſi bella cum matre, & cum Rege Legionis, ac Caſtellæ.

Alphonſus, à patre cognominatus Henricus, (more 3
illius temporis jam eques factus anno, propter hoc celebri, 1125) de aliquibus contendens cum matre, poſt acerrimum propè *Guimaraēs* prœlium, eam obſeſſit in arce; *Doloris illa impatientiâ Alphonſum Caſtellæ Regem eo nomine ſeptimum, ut propinquæ, miſeræ, & captivæ matri opem ferat*

ferat per literas obteſtatur, adverſus filii impios conatus. Navatæ operæ mercedem Portugalliæ principatum pollicetur; Alphonſo filio, pro eo ac par erat abdicato. Annuit ille, ſive ambitione dominandi corruptus, ſive materteræ calamitatem miſeratus, validoque exercitu conflato in Portugalliæ fines irruit. In planitie Valde Veſiâ, quæ Montionem inter, & Lymiæ pontem jacet, acie dimicatum, victæ Caſtellæ copiæ, atque Legionem rejectæ. Verba ſunt Caſtellani Mariannæ *de reb. Hiſpan. lib.*10. *cap.*13. proſequitur eventus alios narrando belli, quod (ut facilè credi poteſt) impedivit quod à Caſtellano exigeretur executio tranſactionis (*de quâ n.*1.) cum Vrracâ matre celebratæ, cum pro tunc Luſitano ſatis eſſet defendere quem poſſidebat ſtatum.

4 Anno 1128, Alphonſus obtinuit pacatum regimen ſtatus, quem ann.1130, matris obitus ad ipſum pleno jure tranſtulit. Pace, belloque clarus gubernabat florentiſſimè, titulo utens modò Ducis, modò Principis, modò Infantis; & ſemel Regem eum nuncupatum invenio in privilegio Alphonſi 7 vocati Imper. monaſterio de Valparaiſo ordinis Ciſtercienſis inter Zamoram, & Salmanticam, relato à Fr. Antonio de Yepez *in Appendice tom.*7. quod finitur hoc modo: *Factâ cartâ donationis Zamoræ quarto nonas Octobris, tempore quo Guido Romanæ Eccleſiæ Cardinalis concilium in Valle Oleſi celebravit, & ad colloquium Regis Portugalliæ cum Imperatore venit, erâ MCLXXV*, quod eſt anno Chriſti 1137, ante prœlium Ourichii: quod fuit poſtea ann. 1139, ut dicemus ſtatim. *Alphonſus gubernat Luſitaniam.*

5 Tandem anno Salvatoris 1139, Alphonſus noſter, Chriſtiano flagrans Zelo, è Conimbricenſi civitate profectus *In Alphonſo Chriſtus Dominus creat Imperium ſibi.*

fectus, ut Sarracenos ejiceret è terris Tranſtaganis, duodecim tantùm millia (ad plurimùm) habebat militū; ſederant (quod ſatis) Luſitani; & religioſa fides, ex juſtà pugnandi causâ oriens, cœleſte auxilium promptum credebat pro neceſſitate. Fama, non ex Hiſpanijs ſolùm, at etiam ex Africâ congregaverat infideles, qui in campo Ourichio, loco nunc appellato *Cabeça de Reys*, ſub Iſmario, ac aliis quatuor potentiſſimis Arabum Regibus, ſe oppoſuerunt, numero quatuor cent. militum mill. ſecundùm Andream de Reſende, *Antiquit. lib.*4. vel ſexcent. mill. ſecundùm Brittum *in Chron. Ciſterc. lib.*3. *cap.*1; multi plus dicunt, affirmant enim pro unoquoque Luſitano centum Sarracenorum fuiſſe. *Nun. in Chron Alphonſi Henric. Vaſconcellus in eundem, n.*5. *Maris dial.*2. *cap.*4. *Camões Luſiad. cant.*3. *oct.*43. Non potuit in quibuſdam noſtrorum non vacillare animus ex tantâ exercitus inæqualitate; quo magnus Princeps, licet nil territus, erat anxius; Cùm ecce 24 die Julii præter ſpem, ſeu potiùs juxtà ſpem, evenit, quod ipſe jurat in ſequenti inſtrumento facto in comitiis generalibus quæ celebrata Conimbricæ, voluerunt tantæ rei memoriam relinquere authenticam poſteritati.

EGo Aldephonſus Portugalliæ Rex, filius illuſtris Comitis Henrici, nepos magni Regis Aldephonſi, coram vobis bonis viris Epiſcopo Bracharenſi, & Epiſcopo Conimbricenſi, & Theotonio, reliquiſque Magnatibus, Officialibus, Vaſſalis Regni mei: in hac Cruce æneâ, & in hoc libro ſanctiſſimorum Evangeliorum juro cum tactu manuum mearum, quod ego miſer peccator vidi hiſce oculis indignis verum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Cruce extentum, in hac

hac formâ. Ego eram cum meâ hoſte in terris ultrà Tagũ in agro Auriquio, ut pugnarem cum Iſmaële, & cum aliis quatur Regibus Maurorum, habentibus ſecum infinita hominum millia: & gens mea timorata propter multitudinem, erat fatigata, & multum triſtis: in tantum, ut multi dicerent eſſe temeritatem inire bellum. Et ego triſtis de eo quod audiebam, cœpi mecum cogitare quid agerem, & habebam unum librum in meo papillione, in quo erat ſcriptum Teſtamentum antiquum, & Teſtamentum Jeſu Chriſti: & aperui illum, & legi victoriam Gedeonis, & dixi intra me; Tu ſcis Domine Jeſu Chriſte, quia pro tuo amore ſuſcipio bellum iſtum, contra tuos inimicos, & in manu tuâ eſt dare mihi & meis fortitudinem ut vincamus illos blaſphemantes tuum nomen. Et ſic dicens, dormivi ſupra librũ: & videbã unũ ſenẽ ad me venientem, dicentemque Aldephonſe, confide, vinces enim, debellabiſque Reges iſtos infideles,契contereſque potentias illorũ, & Dominus noſter oſtendet ſe tibi. Dum hæc video, accedit Joannes Ferdinandus de Souſa Vaſſalus de meo cubiculo, dixitque; Surge Domine mi, adeſt homo ſenex, vultque te alloqui. Ingrediatur dixi, ſi fidelis eſt: Et ingreſſus, ad me agnovi eſſe illum, quem in viſione videram. Qui dixit mihi: Domine, bono animo eſto, vinces, vinces, & non vinceris, dilectus es Domino: poſuit enim ſuper te, & ſuper ſemen tuum poſt te, oculos miſericordiæ ſuæ uſque in ſextam decimam generationem, in quâ attenuabitur proles: ſed in ipsâ attenuatâ ipſe reſpiciet, & videbit. Ipſe me jubet indicare tibi, quod dum audieris ſequenti nocte tintinabulum Romitorii mei, in quo vixi ſexaginta ſex annis inter infideles, ſervatus favore Altiſſimi, egrediaris extra caſtra ſolus, ſine arbitris, oſtendet tibi pietatem ſuam multam. Parui, & reverenter in terrâ

Exercitu. Iſtud. Maris legit, Dormitorii; alii, Remiſſorii.

poſitus, & nuntium, & mittentem veneratus ſum: & dum in Oratione poſitus ſonitum ſpectarem, ſecundâ noctis vigiliâ tintinabulum audivi: & enſe & ſcuto armatus, egreſſus ſum extra caſtra; Vidique ſubitò à parte dextrâ, Orientem verſus, micantem radium, & paulatim ſplendor creſcebat in maius, & dum oculos ad illam partem efficaciter pono, ecce in ipſo radio clarior ſole, ſignum Crucis aſpicio, & Jeſum Chriſtum in eâ crucifixum: & ex unâ & alterâ parte multitudinem juvenum candidiſſimorum, quos ſanctos Angelos fuiſſe credo. Quam viſionem dum video, depoſito enſe & ſcuto, relictiſque veſtibus, & calceamentis, pronus in terram, me projicio: lachrymiſque abundè miſſis, cœpi rogare pro confortatione meorum vaſſalorum, dixique nihil turbatus. Quid tu ad me Domine? credenti enim fidem vis augere? meliùs eſt ut te videant infideles, & credant, quàm ego, qui à fonte baptiſmatis te Deum verum filiũ Virginis & Patris æterni agnovi & agnoſco. Erat autem Crux miræ magnitudinis, & elevata à terrâ quaſi decem cubitos, Dominus autem ſuavis vocis ſono, quem indignæ aures meæ perceperunt, dixit mihi. Non ut tuam fidem augerem, hoc modo apparui tibi, ſed ut roborarem cor tuum in hoc conflictu, & initia Regni tui ſupra firmam petram ſtabilirem. Confide Alphonſe, non ſolùm enim hoc certamen vinces, ſed omnia alia in quibus contra inimicos Crucis pugnaveris; Gentem tuam invenies alacrem ad bellum & fortem, petentem ut ſub Regis nomine in hac pugnâ egrediaris: Nec dubites, ſed quidquid petierint liberè concede. Ego enim edificator & diſſipator Imperiorum & Regnorum ſum. Volo enim in te & in ſemine tuo imperiũ mihi ſtabilire, ut deferatur nomen meum in exteras gentes. Et ut agnoſcant Succeſſores tui datorem Regni, Inſigne tuũ ex pretio quo ego

humanum genus emi, & ex eo quo ego à Judæis emptus ſum, compones: & erit mihi regnum ſanctificatum, fide purum, & pietate dilectum. Ego ut hæc audivi humi proſtratus adoravi, dicens: Quibus meritis, Domine, tantam mihi annuncias pietatem? quidquid jubes faciã: & tu in meâ prole, quam promittis, oculos benignos pone, gentemque Portugallenſem ſalvam cuſtodi: & ſi contra eos aliquod paraveris malum, verte illud potiùs in me: & ſucceſſores meos, & populum, quem tanquam unicum filium diligo, abſolve. Annuens Dominus, inquit, Non recedet ab eis, neque à te unquam miſericordia mea: per illos enim paravi mihi meſſem multam: & elegi eos in meſſores meos in terris longinquis. Hæc dicens, diſparuit: & ego fiduciâ plenus & dulcedine, redii in Caſtra: & quod taliter fuerit, juro ego Aldephonſus Rex, per ſanctiſſima Jeſu Chriſti Evangelia, hiſce manibus tacta. Idcirco præcipio ſucceſſoribus meis, in perpetuum futuris, ut ſcuta quinque in crucem partita, propter Crucem & quinque vulnera Chriſti, in inſigne ferant, & in uno quoque, triginta argenteos: & ſuper, Serpentem Moyſis, ob Chriſti figuram. Et hoc ſit memoriale noſtrũ in generatione noſtrâ. Et ſi quis aliud attentaverit, à Domino ſit maledictus, & cum Judâ Traditore in inferno maceratus. Facta Cartha Colimbriæ. Tertio Kalend. Novemb. Æra MCLII.

Ego Aldephonsus Portugalliæ Rex.

I. Colimb. Epiſc.	*Gondiſalvus de Souſa, Procurat. Vimaranenſ.*
I. Bracharenſ. Metropol.	*Pelagius Menen. Proc. Brac.*
T. Prior.	*Suei Martini, Proc. Colimb.*
Fernandus Petri Curiæ Dapifer.	*Velaſc. Sanctii.*
Petr. Pelai Curiæ Signifer.	*Alphonſ. Menen. Præf. Vlixb.*

Menendus Petri, pro Magiſtro Alberto Regis Cancellario.

Authoriſatur hoc inſtrumentum.

Juramentum hoc erat in archivo Regij monaſterij 6 Alcobaçæ ordinis Ciſtercienſis, unde illud tranſcripſerunt fidelitèr *magnus hiſtoricus Fr. Bernardus de Britto in chron. Ciſterc. lib.3. cap.3. curioſus Petrus Maris in dialogis var. hiſt. dial.2. cap.5.* ubi ait aliam ejuſdem tenoris chartam fuiſſe in archivo Regij monaſterij ſanctæ crucis Conimbricenſis canonicorum regularium maximâ quâdam inundatione ſublato; meminit *Eduard. Nun. in chron. Alphonſi Henric.* iſtud verò Alcobaçæ archivi portatum eſt ad Philippum 2. Caſtellæ Regem, cùm dudum Luſitaniam occupaſſet, qui illud in Regio monaſterio Eſcurialis cuſtodiri fecit remanente in Luſitaniâ copiâ authenticâ; ex quâ idem referunt *P. Vaſconcellos in Alphonſum Henric. n.5. Mauſinho in Alphonſo Africano cant.1. & 3. Franc. Rodrig. Lobo in comeſtabili cant.14. Eſtaço in antiquit. cap.95. Fr. Seraphin. de Freitas de juſto imper. Luſit. cap.18. n.16. Faria in epitom. p.3. cap.2. n.29; Franc. Soares Toſcano in paralel. cap.1. Brandaõ in d. monarch. lib.10. cap.5.* meminerat etiam *fr. Simon Coelho in chron. Carmel. p.1. lib2. cap.17.*

Caſtellanorum invidia.

Caſtellanorum invidia inſtrumentum in Matritij curiâ videns non potuit non ſuſpicari ab aliquo noviter fuiſſe confectum; ſed quos non convicit ejus veneranda antiquitas, convicerunt authoritates antiquiorum qui de illo mentionem faciunt; prout ſunt magnus *Camões* (qui compoſuit tempore Sebaſtiani Regis) *Luſiad. cant.1. oct.7.* illuſtris *Hieron. Corte Real.* (eiſdem ferè annis) *in naufrag. Eman. de Souſa cant.13.* alius poeta *Anton. Ferreira* (qui ſcripſerat regnante Joanne 3.) *2.p. carmin. in 1 Epitaphio Regis Alphonſi Henr*; eruditus *Damianus de Goeſ.* (eadem ætate) *in tract. Olijſſiponis*; Chroniſta *Euardus Galvaõ* (jam ab annis

Convincuntur.

annis Regis Emanuelis) *in chron. Alphonſi Henr. cap.*15. ibi: *Princeps exivit extra tentorium, &c, ut ipſe teſtificatus eſt in ſuâ hiſtoriâ, vidit Dominum noſtrum in cruce, eodem modo quo dixerat heremita, & adoravit eum, &c.* antiquior alia *Chronica ejuſdem Alphonſi* (quam citat Britto ſupra) inquit, veram viſionis relationem conſtare per teſtimonium dicti Regis; librum alium antiquiſſimum refert Brandaõ *ſupra lib.*1. *cap.ult.* ubi in antiphonâ ad eundem Regem, de eâ viſione mentio fit. Retulerat etiam inſignis Doctor Martinus ab Aſpilcueta natione Navarrus *in cap.novit.notab.*3. *n.*149. Eadem memoria in ædificiorum inſcriptionibus extabat; nam in parvo Sacello ubi nuntius ille Dei vivebat (prout in juramento continetur), juſſu Regis Sebaſtiani, qui antiquitatem ejus renovavit, hoc monumentum ſcriptum fuerat: *Hîc contra Iſmarium, quatuorque alios Sarracenorum Reges, innumeramque barbarorum multitudinem pugnaturus felix Alphonſus Henricus Princeps Luſitaniæ, Rex appellatus eſt: & à Chriſto, qui ei crucifixus apparuit, ad fortiter agendum commonitus, &c.* Retulerat antea Epitaphium à Rege Emanuele impoſitum reformato ſepulchro ipſius Alphonſi in monaſterio ſanctæ crucis Conimbricæ; ibi: *inſignia Chriſtum, qui ei apparuit, crucifixum referentia, &c.* ut integrum referemus, *n.*46. & ad idem alluſerat antiquius Epitaphium quod adhuc propè modernius in tabulâ conſervatur, inter alia dicens:

Quod crucis hic tutor fuerit, nec non cruce tutus,
Ipſius clipeo crux clipeata docet.

Quinimò, adeſt, alia indubitata Scriptura integrè referenda, *n.*44. in quâ ipſe Alphonſus Henricus ita inquit: *Ut tam*

tam ego, quàm ſucceſſores mei in perpetuum regnaturi agnoſcant, habere Regnum de manu Domini, qui præſentialiter Illud. *tradidit eum mihi,&c.* Quapropter, totum credentes ſcribunt ex exteris, ultra Navarrum. *Thomas Bozius de ſign. Eccleſ. tom.*2. *lib.*17. *cap.*7. *pag.*430 ; ubi hoc ponit inter ſigna veritatis Eccleſiæ. *Bernardin. Ruſignol. de act. virt. lib.*1.*cap.*16. ubi hoc collocat inter inditia firmæ fidei, & exempla actionum ejus. *Horat. Turſellin. in epitom. hiſtor. lib.*8. *anno* 1140. *Ortel.in teatro orb.tab. Portug: ultimâ impreſſ.ubi citat Oliver. Marcham. Card. Gonzaga hiſt.ſancti Franc. p.* 3. Ex Caſtellanis autem (cæteris ferè tacentibus) fatentes video *Seguram in Romanc. Reg. Luſitan. Romance* 5 ; *Molinam in nobiliar. Andalus. lib.*1. *cap.*43. *& Doctorem Valdeſium in libro de dignitate Regum, cap.*15. *n.*22 ; ubi agens ex parte Catholici Regis, pro præcedentiâ ejus legati adverſus Gallum in Curiâ Romanâ, inter Catholici excellentias numeravit quod (tunc) Regnum haberet Luſitanum, fundatum à Chriſto Domino, ut probavit tranſcribendo de verbo ad verbum inſtrumentum relatum; unde ejus veritatem jam Caſtellani negare non debent,ſaltem ne dicatur eos, ut quidquid inficientur, vel affirment, proprium tantummodo intereſsè ſectari.

Calumnia Caſtellana. Dixi: cæteris *ferè* tacentibus, quia adhuc blaterat Ca- 8
ramuel ille *in reſponſione ad manifeſtum Luſit; jam impreſſo alio titulo Joannes Luſit. illegit. Rex, lib.6. cap.*1. in hunc modum: *conſonum veritati credo, Alfonſum Henricæum expediviſſe diploma, ſuſpicor. autem*(valebit ne ſuſpitio homululi contra juramentum tanti Principis?) *ænigmam, & parabolam fuiſſe, quam erigendis, accendendiſque militum animis ille confixerit monarcha. Solenne, ac proprium tyran-*

nis,

nis, provintiarum in veſtituram ſibi datam aſſerere à Rege, Dominoque exercituum, quas ſuis ipſis ſubjugavere. Fertilis olim adſimilium fabularum Græcia ; non paucas itidem & in ipſâ reperias hiſtoriâ Romanorum ; etſi religioſiùs pluſculum, conſideratiûſque deſcriptas : idem, ſed non ita impudenter, dixerat *in Philippo lib.2. diſp.1.q.1.art.7.n.24.*

9 Deus bone ! quid reſpondendum ? modeſtia permittit, & ratio jubet, ne Zelum debitum memoriæ tanti Principis diſſimulemus ; non equidem miror Caramuelem, non didiſciſſe à parentibus decenti civilitate loqui de Rege, quem *Monarcham* non potuit non dicere ; nam (ut lego apud diſertum Villa Real. *in eleganti ſuo Anticaramueli, lib.3. in princ.)* illi non poterant eum docere niſi vendere pectines, & aciculas ; at miror vehementer illuſtriſſimum Ciſtercienſem ordinem nutriviſſe degenerem filium tanto nomine indigniſſimum ; qui, egregiorum patrum veneranda exempla percalcando, inſolentèr audeat blaſphemare de viro qui etiam ab externis Authoribus nuncupatur *ſanctiſſimus*, ut per doctiſſimum Ruſignol. *d. lib.1. cap.16* ; ibi : *Alphonſi primi Luſitaniæ Regis ſanctiſſimi* ; de viro, cujus ſanctitatem Deus oſtendit miraculis relatis ex authenticis documentis per *Vaſconcel. in anacephal. Alphonſi Henr. & per. Brandaõ lib.11.cap.ult* ; de viro, quem ſanctus pater Bernardus ita familiariter tractabat, ut conſtat ex Epiſtolis ejus apud *Brittum in chron. Ciſterc.lib.3. cap.5. & 20* ; quem adjuvabat totis viribus, *ut, præter Brittum ſupra, Brandaõ lib.8. cap.16*, & fatetur ipſe vilis Caramuel *d.q.1. art.3.n.7* ; cujus tandem officia in inſigni Alcobacæ monaſterio Ciſtercienſi feſtivis ornamentis celebrantur, pro eoque olim antiphona, atque oratio à Ciſtercienſibus Confunditur.

ciensibus

cienſibus fuit compoſita, ad inſtar commemorationũ quæ fiunt de aliis beatis; quas refert *Brandaõ d. cap. ult. lib.* 11. 3 *p.* novit ne Caramuel & magnum Bernardum conſueviſſe diligere, & Ciſtercienſem Ordinem venerare ſolere poſt mortem perjuros Tyrannos? vel credit tot ac tantos antiquos deceptos, ipſumque ſolum cognoviſſe veritatem? O te miſerum! qui etiam *in d. Philip. lib.* 2. *diſp.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 8. *& lib.* 5. *diſp.* 8. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 14. *& in d. reſponſ. ad manifeſt. lib.* 6. *cap.* 3. *in princ.* in merè profanis *hypoſtaticas uniones* dicis, & (quod peius eſt) reprehenſus, in Latinâ traductione libri poſterioris, prologum facis Lectori Theologo, curans pertinaciter defendere eam ſtupidam temeritatem; quod tamen non impedivit Antonium de Fuertes amicum tuum, qui eaſdem Caſtellani partes agit *in Antimanifeſto art.* 5. *poſt med.* quo minùs te irrideat quod ſanctiſſimum hypoſtaticæ unionis terminum, Divino Verbo incarnato particularem, profanes ore abominando.

Dedi *n.* 6. ſcripturam juramenti; dedi *n.* 7, *&* 8. viginti & novem celebres ſcriptores (omittendo plures inferioris claſſis) quorum 19 Luſitani, decem exteri, inter hos tres Caſtellani, qui omnes à tempore beatæ illius viſionis uſque ad præſens per omnes ætates eam pro certo retulerunt continuatim; certè (non loquendo de miraculis in Sanctorum canoniſatione, vel aliàs approbatis per Eccleſiam, de quibus propter ejus authoritatem exacto præcedente examine, dubitare non licet,) alia, quæ à religioſiſſimis, ac doctiſſimis Catholicis generaliter creduntur non maiorem habent certitudinem quàm quæ oritur ex narratione juratâ tanti Principis, quam venerantur tot ſcripto-

res,

res, quam tot ſæcula probarunt; undè inſignes viri Bozius & Ruſignol. *citatis locis*, præſenti miraculo (inter cætera) ſunt uſi ad veritatem Catholicam hæreticis demonſtrandam. Sed eſto, Lutheranus, vel Calviniſta, neges relatas probationes, in quibus conſiſtit tota fides humana; reſponde autem, quomodò Alphonſus in fingendis (ut loqueris) illis verbis Chriſti: *Volo enim in te, & in ſemine tuo Imperiũ mihi ſtabilire, ut deferatur nomen meum in exteras gentes*, & iterùm: *Per illos enim paravi mihi meſſem multam, & elegi eos in meſſores meos in terris longinquis*; quomodò, inquam, ſine divino radio, potuit prædicere facienda à Luſitanis in Indiis? Reſponde, quomodò in aliis verbis ſancti Nuntii: *Poſuit enim ſuper te, & ſuper ſemen tuum poſt te oculos miſericordiæ ſuæ uſque in ſextam decimam generationẽ, in quâ attenuabitur proles, ſed in ipſâ attenuatâ ipſe reſpiciet, & videbit*; quomodò, inquam, ſine divino radio potuit prædicere futurum in Sebaſtiano, & hodiè? (de quo in Appendice *cap.*1.*n.*44;) dices, hæc caſu eveniſſe; magnus equidem fuit caſus (ut quidam reſpondit dicenti, nullum eſſe Deum creatorem, ſed mundum caſu factũ fuiſſe) dicant impii ſecundùm impietatem eorum; nos cùm Prophetâ *Pſal.*43. cantabimus: *Deus, auribus noſtris audivimus: patres noſtri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.*

11 In relatâ Scripturâ advertunt *Britto Chron. Ciſterc.d.lib.* 3. *cap.*3, & 6. *in fin*; & *Mariſ.d. dial.*2. *cap.*5. ex tempore quo vivebant teſtes in eà producti probari ſubſcriptionem non intelligi de anno Cæſaris, ſed de anno à nativitate Chriſti, quo jam tunc multoties utebantur Scrip- *Nota.*

turæ, ut in pluribus ab eodem Britto relatis, & notat Ambroſ. de Morales *in diſcurſu quem fecit de computandis annis, & in hiſtor. ſuâ lib. 7. cap. 51, Loaiſa Archiep. Tolet. in annotat. ad concil. Ileberitanum;* & ſummâ cùm ratione inſtrumentum, quod Chriſti dici poteſt, noluit juſtus Princeps ſignare prophanè.

Alphonſus a ſuis Rex proclamatur. Facto mane 25 die Julij d. an. 1139. quo Eccleſia celebrabat diem feſtum magni Apoſtoli Jacobi (patroni Hiſpaniarum, ac peculiariter Luſitaniæ, ex ratione de quâ ſupra *in* 1. *proœm.* §. 4. *n.* 16,) concurrerunt ſui ad Alphonſũ, vi quadã ſuperiori ducti, eumque annuentem (ut Chriſtus juſſerat) Regem proclamarunt. Crediderunt Barbari, à lætitiæ ſonitu, magnum Chriſtianis adveniſſe auxilium, in eo ſolùm decepti quod non putarint cæleſte, & ideo inſuperabile, ut breviter cognoverunt, cùm, repente invaſi, non obſtante pertinaci reſiſtentiâ, ferrum ſenſerunt Luſitanum; & (quamvis poſt multas horas) Iſmarius cùm tribus alijs Regibus terga veterunt, alio Rege *de Silves* occiſo in campo, cum eâ Sarracenorum multitudine, ut non ſolùm tunc duo proximi amnes, *Cobres,* & *Tegres* ſanguinem fluxerint æqualiter atque aquam, ſed poſt dies aliquos imber ſuperveniens cruorem à cadaveribus reſolvendo rubram fecerit inundationem quam vidit etiam longiquus *Guadiana*; narrat Rezendius *antiquit. lib.* 4. Celebrent Romani victoriam ſuorum quòd numerum undecim mil. non excedebant, adverſus Tigranem Regem, qui pluſquã ducenta, & viginti millia militum numerabat; noſtram celebrabit totus orbis, quòd undecim etiam millia ſuperaverint, non ducenta, ſed quatuorcenta, vel (ſecundùm alios) ſexcenta mil; non ignavarum gentium (ut

Plutarch.

Plutarch.*in Lucul.* fatetur fuiſſe illas), ſed fortiſſimorum bellatorum, qui in Africâ,& in Europâ florebant armis.

13 Juſſu Dei, per quem Reges regnant, *proverb.*8. *n.*15. *cap. ſi ergo* 8.*q.*1; proclamatione ſubditorum, à quibus dominium transfertur in Principes, per jus gentium, *l. ex hoc jure ff. de juſt. & jure*; *l.*1.*de conſt.princ*; jure armorum, quæ condiderunt inſignes Monarchias; poſſidebat Alphonſus meritum Regis Luſitaniæ titulum; voluit tamen filius Eccleſiæ ab eâ confirmari,ut inquit Brandaõ *d. lib.*10. *cap.* 10. vel *ordo fuit Chriſti, ut Rex qui ab ejus manu accipiebat titulum, & vulnera pro inſignibus, ſimilis eſſet, in hoc actu obedientiæ & recognitionis, Patriarchæ ordinis Seraphici in confirmatione ſancti Jubilei Portiunculæ; voluit ut qui accipiebat vulnera pro ſcuto, Simbolum eſſet illius qui eadem habiturus erat impreſſa in corpore*; ſic juditiosè notat doctiſſimus Joan. Pinto Ribeiro è ſupremo conſilio Luſitaniæ in erudito,ac eleganti, tract. *de injuſtis ſucceſſion. Regum Legion; & Caſtell.* § 3. *poſt med.* *Confirmatur Rex à ſummis Pontificibus.*

14 Ait Antonius de Fuertes *in d.antimanifeſt. art.*5. *poſt princip.* nimiùm credens Roderico Sanctio, Alphonſum 7 Caſtellanum in novo Luſitani titulo conſenſiſſe; ſed Caramuel, ei in hoc, ut in alijs contrarius, (adhuc enim in fundamentis non ſunt concordes Regis Catholici advocati)*in d.Philip. lib.*2. *diſp.*1.*q.*1.*art.*2. & 3. non ſolùm ſcribit, renuiſſe Caſtellanum, ſed & Legatum adverſus Luſitanum circa hoc Romam miſiſſe, in quo uno Caramuelem iſtum invenio loquentem, ſecundùm Hiſtoricos, & Scripturas. Contradicebat autem Caſtellanus, non quòd prætenderet cognitionem feudi Henrico facti, quod nunquã fuerat,ut præcedenti §. oſtendimus ex *n.*22; ſi enim de *Nota diſcordiam advocatorũ Regis Caſtellæ.*

ſeudo ageret honorabilius eſſet illi, qui ſe Imperatorem vocabat, habere feudatarium Regem, quàm non Regem; ut benè, pro nobis (quamvis non ex ſententiâ) advertit Ant. de Fuertes, *loco citato*; at volebat totum ſibi uſurpare Regnum ex donatione factâ à Thareſiâ, cujus occaſione pugnatum erat, ut diximus *hîc.n.*3. ex verbis Marianæ Authoris, pro Caſtellanis, irrefragabilis; & aliquibus intermiſſis treugis, ſæpius renovatum eſt idem bellum, ac ſpetialiùs circa annum Chr. 1140, & 1141. (quo Alphonſus de confirmatione Pontificiâ agebat) duraſſe edocemur ab Epiſcopo Caſtellano Sandoval *in chron. ejuſdem Alphonſi* 7, *c.*36 *&* 37; ubi non ait Caſtellanum de feudo aliquo tractaſſe, ſed totũ regnum conquirere voluiſſe; nempe ex donatione jam dictâ à Marianâ. Summus Pontifex per Legatum voluerat Reges ducere ad concordiam, ut (ultra noſtros) probant verba Scripturæ relatæ à Caſtellano Yepez, *ſupra n.*4. Sed quia Pontifex, deſiderio conciliandi Chriſtianos adverſus Sarracenos opprimentes Hiſpanias, credens Caſtellano potentiori, duriores offerebat conditiones Luſitano, evanuit pacis tractatus; quem poſtea conſtituerunt ad libitum noſtrorum arma; interim tamen Alphonſus Henricus, Regis tituli confirmationem exoptans ab Eccleſiâ, intercesſione ſancti Bernardi Claravalis Abbatis, (cum quo ex ſanguinis conjunctione, ac reciprocis beneficiis amicitiam contraxerat) Vicarium Chriſti exactiùs informari fecit, & ad ipſum devotionis gratiâ ſequentem ſubmiſſionem miſit.

ALPHONSUS *Dei gratia, Rex Portugalliæ ſanctiſſimo, & beatiſſimo Domino D. Innocentio Papæ oſcula pedum.*

pedum. Claves regni cæleſtis Beato Petro à Domino noſtro Jeſu Chriſto conceſſas eſſe cognoſcens ipſum in patronum, & advocatum habere diſpoſui, apud Deum omnipotentem, ut & in vitâ præſenti opẽ illius, & conſilium in meis neceſſitatibus ſentiam, & ad præmia fælicitatis æternæ valeam pervenire. Quocirca ego Aldeſonſus Dei gratiâ Rex Portugalliæ, per manus domini G. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legati domini noſtri Innocentij Papæ, terram quoque meam Beato Petro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ offero ſub annuo cenſu, videlicet quatuor unciarum auri, eâ conditione atque tenore, ut omnes qui terram meam poſt deceſſum meum tenuerint, prædictum cenſum Beato Petro perſolvant, ut ego tanquam proprius miles Beati Petri, & Romani Pontificis, ut tam in me ipſo, vel in terrâ meâ, vel in ijs quæ ad dignitatem, vel honorem terræ meæ attinent, defenſionem, & ſolatium Sedis Apoſtolicæ habeam, ut nulli in poſterum alicujus eccleſiaſtici, vel ſecularis dominij, niſi tantùm Sedis Apoſtolicæ, vel à latere ejuſdem miſſi unquam in terrâ meâ recipiam. Factâ hujus donationis firmitudine Idibus Decembris, Erâ 1180.

Ego ſupradictus Alphonſus Rex Portugalliæ, qui hanc cartam fieri juſſi libenti animo coram idoneis teſtibus propriâ manu confirmo.

Ego Ioannes Bracharenſis Archiepiſcopus conf.
Ego B. Colimbrienſis Epiſcopus conf.
Ego D. Portugal. Epiſc. conf.

15 Ex voto res ſucceſſit; nam anno Domini 1142. Innocentius 2. in Eccleſiâ Dei præſes, bullam expedivit ſubſtantiæ ſequentis.

INNO-

INNOCENTIUS *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, illuſtriſſimo Regi Portugalliæ, ejuſque hæredibus ſucceſſoribus in perpetuum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.—Proindè nos attendentes perſonam tuam, ſub beati Petri, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & Regem Portugalliæ redintegritate honoris, Regnique dignitate quæ ad Reges pertinet, & alia loca Excellentiæ tuæ concedimus, & authoritate Apoſtolicâ confirmamus; hæc ipſa præfatis hæredibus tuis duximus concedenda, eoſque ſub iis quæ conceſſa ſunt, Deo propitio pro injuncto nobis Apoſtolatus officio defendimus. Ad indicium autem quod prædictum Regnum noſtri juris exiſtat, duas auri marchas ſingulis annis nobis, noſtriſque ſucceſſoribus ſtatuiſti perſolvendas; quos utique cenſus Bracharenſes Archiepiſcopi, qui pro tempore fuerint Romano Pontifici annuatim tranſmittant, &c.*

Britto *in chron. Ciſterc. lib.*3. *cap.*4, & 5; ac Brandão *d.lib.*10.*cap.*10.referunt dictam Epiſtolam Regis,& verba relata bullæ Papæ ex archivo Toleti; quò eas portavit Sanctius 2,(ibi mortuus)cum invitus reliquit Luſitaniæ regimen Alphonſo fratri. Brandão verò *in appendice* 3.*p.* 16
monarch. Luſit Scripturâ 24, ex Regio Vliſſipponenſi archivo dat integrã confirmationem Alexandri 3, an.1179, in hunc modum.

ALEXANDER *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio Alphonſo illuſtri Portugallenſium Regi, ejuſque hæredibus in perpetuum. Manifeſtis comprobatum eſt argumentis, quod per ſudores bellicos, & certamina militaria inimicorum Chriſtiani nominis intrepidus extirpator,*

extirpator, & propugnator diligens fidei Chriſtianæ, ſicut bonus filius, & Princeps Catholicus multimoda obſequia matri tuæ ſacroſanctæ Eccleſiæ impendiſti, dignum memoriâ nomen, & exemplum immitabile poſteris derelinquens. Æquum eſt autem ut quod ad Regnum, & ſalutem populi ab alto, diſpenſatio cæleſtis elegit, Apoſtolica Sedes affectione ſincerâ diligat, & juſtis poſtulationibus ſtudeat efficacitèr exaudire. Proindè nos attendentes perſonam tuam prudentiâ ornatam, juſtitiâ præditam, atque ad populi regimen idoneam, eam ſub Beati Petri, & noſtram protectionem ſuſcipimus, & Regnum Portugallenſe cum integritate honoris Regni dignitate, quæ ad Reges pertinet, nec non & omnia loca quæ cum auxilio cæleſtis gratiæ de Sarracenorum manibus eripueris, in quibus jus ſibi non poſſunt Chriſtiani Principes circumpoſiti vendicare, Excellentiæ tuæ concedimus autoritate, & autoritate Apoſtolicâ confirmamus, Ut autem ad obſequium Beati Petri Apoſtolorum Principis, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ vehementiùs accendaris, hæc ipſa præfatis hæredibus tuis duximus concedenda, eoſque ſuper his quæ conceſſa ſunt Deo propitio, pro injuncti nobis Apoſtolatus officio defendemus. Tua itaque intererit, fili chariſſime, ita circà honorem, & obſequiũ matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ humilem, & devotum exiſtere, & ſic te ipſum ejus opportunitatibus, & dilatandis Chriſtianæ fidei finibus exercere, ut de tam devoto, & glorioſo filio Sedes Apoſtolica gratuletur, & in ejus amore quieſcat. Ad indicium autem quod præſcriptum Regnum Beati Petri juris exiſtat, pro amplioris reverentiæ argumento ſtatuiſti duas marchas auri annis ſingulis nobis noſtriſque Succeſſoribus perſolvendas. Quem utique cenſum ad utilitatem noſtram, & Succeſſorum noſtrorum Bracharenſi Archiepiſcopo,

epiſcopo, qui pro tempore fuerit, tu, & Succeſſores tui curabitis aſſignare. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat perſonam tuam, aut hæredum tuorum, vel etiam præfatum Regnum temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò, tertióve commonita niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri JESV Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Regno ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini JESV Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis Sanctorum Joannis, & Pauli, tit. Pamachii ſubſcribo. Ego Joannes Presbyter Cardinalis Sanct. Anaſtaſiæ. Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marti. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Suſannæ. Ego Viceranus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Stephani Celiomonte. Ego Cicius Preſbyter Cardinalis tituli Sanctæ Ciciliæ. Ego Luigo Presbyter Cardinalis tituli Sancti Clementis. Ego Arduinus Preſbyter Cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Jeruſalem. Ego Matthæus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Marcelli. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcribo. Ego Vbaldus Oſtienſis Epiſcopus. Ego Teodinus Portuenſis, &

Sanctæ

Sanctæ Rufinæ Epiſcopus. Ego Petrus Tuſculanus Epiſcopus. Ego Jacintus Diaconus Card. Ego Ardecio dictus Cardin. S. Theodori. Ego Haborans dictus Cardin. Sanctæ Mariæ in Portueri. Ego Rainerus dictus Cardin. S. Gregorij ad velum aureũ. Ego Gratianus dictus Cardinalis Sanctorum Coſmæ, & Damiani. Ego Joan. dictus Cardinalis S. Angeli. Ego Rainerus dictus Cardinalis Sancti Adriani. Ego Mathæus dictus Cardinalis Sanctæ Mariæ novæ. Ego Bernardus Sancti Nicolai in carcere Tulliano dictus Card. &c.

17 Similes confirmationes fecerunt ſummi Pontifices, Clemens 3. tempore Regis ſancti 1; Innocentius 3, ac Honorius 3, regnante Alphonſo 2; de quibus *Brand. ſupra lib.* 11. *cap.* 29. *&* 4 *p. d. monarch. lib.* 13. *cap.* 16; *& in illius append. Scripturâ* 10.

18 Omnes has confirmationes fatentur contrarij; ſed (ne ſolidum fundamentum habeant), in reſponſione diſcrepant; nam Caramuel *in Philip. lib.* 1. *diſp.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *n.* 8; dicit: *Regnum eſt duplex: nempè, temporale, & eccleſiaſticum; hoc dividitur in Pontificium, & monachale, tanquam in principalia membra*; & inferiùs: *Pontificius Rex eſt in ſpiritualibus, ille, inquam, cui conceduntur omnes indulgentiæ, privilegia, gratiæ, atque indulta quæ Regibus concedi ſolent.* Ait ergo illos ſummos Pontifices feciſſe Reges Luſitaniæ, Reges ſolùm ſpirituales. Et *lib.* 5. *diſp.* 1. *q.* 2. *art.* 7. *n.* 25. *in* 2 *concluſione*, declarat: *Ambis doceri quid ſit eſſe Reges Luſitanorum ſpiritualiter? Reſpondeo, eſſe participare gratias, indulgentias, jubilea, indulta, & reliquos favores eccleſiaſticos, qui Auctoritate Apoſtolicâ alijs, quà Regibus,*

Nota diſcordiam advocatorum regis Caſtellæ.

1. Reſponſio Caſtellanorum ad dictas confirmationes Pontificis.

gibus, concedi ſolent. Peregrinam hanc doctrinam probat ſui ſoliùs authoritate, nam ab orbe conditio nemini unquam tale in mentem venit; puderet tempus conſumere in reprobando quod irridendū; reprobat autem latiſſimè ipſe Anton. de Fuertes (Caramuelis coadvocatus) *in Antimanifeſto d. art.* 5. *à medio*; inferens quod ſi ita eſſet, Luſitaniæ Rex concedere poſſet jubilea, & indulgentias; quid vobis videtur, Lectores optimi de Regis Catholici advocatis? ſunt ne Doctores, vel Dolores? non ne hoc eſt peius, quàm diſputare de lanâ caprinâ? vel ſi una gallina fecit ovum, alia foverit, cujus ſit fætus? de quo jocatur *Joan Neviz an. lib.* 5. *ſilvæ nupt. n.* 39. *&* 40. doleo hæc non legiſſe ante impreſſionem mei tractatus, *Perfectus Doctor*; ut, *qualitate* 13. *n.* 5. hoc inter Doctorum facetias collocarem.

Illuditur.

2 Reſponſio Caſtellanorum.

Sed, his jam omiſſis, aliter relatis confirmationibus re- 19
ſpondet idem Fuertez *proximo loco*; videlicet eas ſolùm effeciſſe quod Luſitaniæ Principes, in legationibus, ac aliis, Reges agnoſcerentur à Romanâ Eccleſiâ, quod olim non obtinebatur abſque talibus confirmationibus; Item profeciſſe ut Regius titulus juſtificaretur approbatione Pontificis, cui, tanquam Vicario Chriſti, competit agere de conſervatione antiquorum regnorum, ne novitatibus, ac rebellionibus Chriſtianus populus perturbetur, & Deus offendatur. Sanè, (quidquid ſit de iſtâ doctrinâ) hic Autor in utroque ſaltem fatetur in Alphonſo noſtro juſtiſſimum Regis titulum; nam, ſi juſtitia defeciſſet, ſanctiſſimi, & prudentiſſimi Patres ad neutrum confirmaſſent illum.

Vnde mos antiquus confirmãdi Reges per Papam?

Hanc rationem proſequar ulteriùs quàm *Fuertes* fecit; 20
dico poſt Imperij Romanorum exitium, Boreales conquæſtores

quæſtores terras diviſiſſe inter milites principaliores, qui, & eorum poſteri, (Duces, Comites, Marchiones, vel alio titulo vocati,) quamvis magnitudine ſtatus potentes, parebant tamen ſuperiori, qui erat Rex. Erant autem aliqui nemini parentes, & ob hanc ſupremam juriſdictionem, licet ditione anguſtâ, ſe quoque appellabant Reges, (quemadmodum, & ſæculis antiquioribus Vlyſſes nominabatur Rex Itachæ, quæ inſula inſtar nidi affixi ſaxo, ut Cicero inquit); hos quidam ex vicinis, amore, vel metu ducti, Reges agnoſcabant; quidam verò recuſabant, putantes indignum, ſe plurium terrarum dominos, (ſed non Reges, quòd ſubjecti,) ſublimiori tractare honore poſſeſſores (quamvis ſupremè) anguſtorum finium; ut igitur ceſſarent de hoc contentiones, inductum videtur, circa annum Chriſti domini milleſſimũ, ut nova Regis dignitas
21 Pontificiæ approbationis requireret qualitatem; ſecundùm *Exempla.* quod per id tempus Stephanus ſanctus Regis nomen in Hungariâ impetravit à ſummo Pontif. Silveſtre 2; ut Cartuiſius *in ejus vitâ*, & Bonſinus tradunt; poſtulaverat & hoc Polonorum Rex, ut Cromerus poſt Cartuiſium, & Bonſin. teſtatur, ſed illi denegatum fuit; anno deinde 1076. idem nomen tributum ab Apoſtolicâ Sede Demetrio, Rhuſcorum, Dalmatiæque, & Crootiæ Regi, ut apparet ex monumentis Lateranenſis bibliotecæ adductis ab Steucho *lib. de donat. Conſtantini*: & anno 1098. idem ab Vrbano 2, conceſſum Edgarto Regi Scotorum; ut per Leſſeum, *lib. 7. hiſt. Scot*; denique, anno 1320 Joannes 22. idem præſtitit Venceſlao Poloniæ tunc Duci, ut Cromerus narrat; & etiam à Pontifice impetraſſe dignitatem Regiam Danielem Ruſcorum Principem, & Mindacum-

Lithuanorum. Sic diſcurrit *Thom. Bozius de ſign. Eccleſ. tom.*2.*lib.*17.*ſigno* 76,*cap.*4,*verſic.tertium.*

De eodē. Sed ab antiquiori quærenda eſt cauſa; ſiquidem ſcimus 22
antea Clodoveum Francorum Regem Chriſtianam profeſſum fidem, profeſſum quoque fuiſſe ſe Galliarum accipere regnū de poteſtate Horſmidæ Papæ, inſtituiſſeque ut poſteri non intelligerentur Reges donec ab Archiepiſcopo Rhemenſi ungerentur nomine Papæ; ut tradit Papyrius Maſſonus *in vitâ Henrici* 1, hoc autem factum anno 495. Eodem tempore fuit inductum ut orientis Imperatores à Patriarchâ Conſtantinopolitano coronarentur; ut conſtat ex Zonaras *in locis variis*, & anno circiter 586 religioſiſſimus Recharedus Viſigothorum Rex conſtituit ut Reges Gothi in Hiſpaniâ ungerentur, ut apparet ex Sanct. Iſidoro *in chron.& Roder.Tolet. lib.*3. *cap.*1; quem Hiſpanorum, & Gallorum ſupra relatum morem, ſequuti ſunt poſtea ferè omnes Europæ Reges, qui ab aliquo Prælato ungebantur; ut Rex Angliæ, à Cantuarienſi (ex privilegio ſum.Pont.Hadr.3); Rex Scotiæ, ab Archiep.Sanct. Andreæ. (ex conceſſione Vrbani 2); Rex Germaniæ, ã Maguntino (ex inveteratâ conſuetudine); Bohemiæ, à Pragenſi; Poloniæ, à Geſnenſi; Hungariæ, ab Epiſcopo Albæ; Sueviæ ab Vſpalenſi; Daniæ, à Lundenſi. Ita etiam anno 800. ſummus Pontif.Leo.3.fecit Imperatorem Germaniæ Carolum magnum; inſtituitque ipſe, & poſtea Gregorius 5. ut Imperatores qui ſuccederent à ſummis Pontificibus coronari deberent, ut eſt in viridi obſervantiâ. Scio quoſdam hoc Papæ tribuere ſolùm quòd repræſentet cum clero extinctam ſeriem Senatus Romani, ut probatur ex Divo Gregorio, *lib.*12.*cap.*1.*epiſtolar*; verius autem

exiſtimo

exiſtimo totum procedere, ex ſupremâ juriſdictione quâ fruitur eccleſiaſticâ; ut deducitur ex his quæ circà hoc narrat Illeſcas, *Hiſt. Pont.* 1 *p. lib.*4. *cap.*28. quod ex jam dicendis juſtificabitur.

23 Quare ſine ambagibus dicendum eſt, quod licet Summus Pontifex careat jutiſdictione directâ in merè temporalibus Regnorum, quæ ad Principes ſæculares pertinet, ſecundùm illud *Lucæ* 22. (juxtà unum intellectum) *Ecce duo gladii hìc*, notatur *in cap. duo ſunt* 96 *diſt.* & *in cap. quoniam diſt.*10. *cap. cauſam quæ*, & *cap. per venerabilem qui filii ſint leg. cap. novit in princ. de judic.* & ait Juſtinianus *in Auth. quomodò oport. Epiſc. in princ. coll.*1; ubi gloſ. *Papæ juriſdictio in temporalibus quæ?*

24 *verbo, conferens*; tamen eandem habet indirectam in ordinem ad ſpiritualia; quod apparet ratione, authoritate, ac exemplis.

25 Ratio eſt in promptu *ex l.*2. *ff. de juriſd. omn. jud.* ibi: *Ratione probatur.* *cui juriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe videntur ſine quibus juriſdictio explicari non potuit*, gloſa *ibi* plura citat concordantia; & Imola præſtat cauſam, quòd aliàs inutilis eſſet conceſſio; tractant Marſil. *ſingul.*75, ac doctiſſimus Gabriel Pereira de Caſtro *de manu Reg. tom.*1. *prælud.*2. *n.*12. Atqui Chriſtus Dominus, ut eſt de fide, dedit Summo Pontifici omnimodam poteſtatem in ſpiritualibus, *Joan. cap.* 21; ibi: *Paſce agnos meos, paſce oves meos*; atque *Matth. cap.* 16.ibi : *tibi dabo claves Regni cœlorum, quodcunque ligaveris*, &c. *juncto textu in cap. illud Dominus de maior.* & *obed.* & *notatis à gloſâ, verbo, commiſit. in extravag. ſi fratrum* §. *ſanè, ne Sede vac.* ergo ſi hæc juriſdictio ſpiritualis expediri nequeat, quin involvat temporalem, circà hanc etiam Papa valebit, ex Chriſti conceſſione, diſponere.

Autho-

Authoritate. Authoritatem præbent textus *in d. cap. novit* 13. *in* 26
fine princip. de judic. cap. per venerabilem §. *rationibus, ibi, caſualiter, qui fil. ſint leg. cap. ad abolendam* 9. §. *ſtatuimus de hæret. d. extrav. ſi fratrum* §. *Sanè ne ſede vac.* ſic intelliguntur textus *in cap. omnes,*ibi *terreni ſimul, & cæleſtis Imperii,* 22. *diſt. & in cap.cuncta per mundum* 9. *q.*3. *& in extravag. unam ſanctam de maior. & obed.* jura ſimilia referunt gloſæ *in textibus citatis,* & confirmat alia de jure civili, *verbo coronam in* §. *in Chriſti nomine de pace Conſt.* Ex Doctoribus præter ordinarios in dictis locis Bart. *in l. ſi imperialis n.*4. *C. de legib.* explicant latè Hoſtienſ. *in ſummâ qui filii ſint legitimi* §. *& à quo, Pater Suarez de legib. lib.*3. *cap.*6. *n.*3; *& lib.*4. *cap.*9; *& cap.*11. *n.*12. *Caſtillo de Bobadilla polit. lib.*2. *cap.*17. *Fr. Seraphin. de Freitas* (qui agit circà Luſitaniam) *de juſto Imper. Luſit. cap.*6. in hoc ſenſu loquitur Caſſaneus *in cathal. glor.mundi, p.*4. *conſider.*7. *verſic. de obedientiâ*; qui omnes citant plures.

Exemplis Exempla conferunt Summi Pontifices, qui effectivè 27
privarunt Imperatores; ut Conſtantinus, Philippicum; Gregorius 2, Leonem 3; (quod in quibuſdam terris effectum habuit) & Gregorius 7 Nicephorum Imperatores Conſtantinopolitanos; Innocentius 3, Othonem 4; Innocentius 4, Federicum 2; Bonifacius 8, Adulphum; (ut teſtatur Dubravius infrà citandus, cui tamen contradicit Illeſcas) & Clemens 6, Ludovicum 5, Imperatores Occidentis. Item qui, etiam cum effectu, privarunt Reges; ut Zacharias, Childericum Regem Galliæ; Vrbanus 4, Manfredum Regem Neapolis, & Siciliæ; omitto alios qui contra Imperatores, & Reges, fulminarunt cenſuras, quarum impedivit executionem pœnitentia, con-

cordia,

cordia, vel alia cauſa; ut Gregorius 7, contra Henricum 4; Alexander 3, contra Federicum 1; Celeſtinus 3, contra Henricum 6 Occidentis Imperatores; Innocentius 1, contra Arcadium Imperatorem Orientis; Vrbanus 2, contra Philippum 1; Bonifacius 8, contra Philippum 8; & Julius 2, contra Ludovicum 12, Reges Galliæ; Alexander 3, contra Henricum 3; Innocentius 3, contra Joannem; Paulus 3, contra Henricum 8; & Pius 5, contra Eliſabetham Reges Angliæ; & Hadrianus 4, contra Guillielmum 2, Regem Siciliæ. Ac ſicut auferebant, ita dabant; nam Leo 3 fecit Imperatorem Carolum Magnum (ut ſupra *n.*22;) Zacharias, Pipinum Regem Galliæ; Paſchualis 1, Lotharium Regem Italiæ; Innocentius 2, Rogerium; & Clemens 4, Carolum 1, Reges Neapolis, & Siciliæ. Simili ſunt uſi authoritate etiam particulares Epiſcopi; teſtes qui dejecerunt Eduinum è Regno Angliæ; qui in Germaniâ crearunt Regem Conradum, alioſque in Italiâ ſæpè; non eſt meum omnia referre; videantur ſupradicta, & alia in *cap. duo ſunt* 96 *diſt. cap. alius, cap. juratos* 15. *q.*6. *cap. venerabilem* 34. *de elect. cap. ad Apoſtolicæ de ſent. & re jud. in* 6. & apud Paul. Diacon. *lib.*6. *cap.*10, *&* 14. *Dubravium lib.*18. *propè fin. Scipion Dupleix in hiſt. gener. Galliæ ad dictos Reges. Joann. Speed hiſt. Angl. ſucceſſ.*2. *cap.*8. *Sander. de orig. ſchiſmæ Angl. lib.*1. *Illeſcas in hiſtor. Pontific. ac multos paſſim.*

8 Specialius in Hiſpaniâ ann. Dom. 629. Concilium 4 Tolet. (ut ex eo videtur) adempſit Regnum Suintillæ, & Rechimiro Gothis, & dedit Siſinando; ac Julius 2 privarit Regno Navarræ Joannem, & Catharinam, præbens aditum Catholicis Ferdinando, atque Eliſabethæ; referunt

runt Anton. Nebriſſ. *de bello Navar. lib.* 1. *cap.* 3. *Illeſc. hiſt. Pont.* 2 *p. lib.*6. *cap.*23. §.3. (Eſt verum, illam Julii 2 ſententiam fundatam fuiſſe in relationibus ſiniſtris Papæ datis, quod aliquando evenit, ut dicitur *in cap. ex literis de reſcript.* undè ad Chriſtianiſſimum Regem Galliæ Navarrenſis corona pertinet; at juriſdictio concedenda, ſi legitima fuiſſet cauſa.) Prætereo cenſuras, quæ non proceſſerunt, ut Martini 4 Papæ, qui anathematizavit Petrum 1 Aragoniæ, ejus Regnum concedendo cuilibet Principi occupanti; *narrat Illeſcas hiſt. Pont.* 1 *p. lib.* 5. *cap.* 45. Gregorii 7, contra Alphonſum 6, Regem Caſtellæ; *ut vidimus* §.1. *n.*6. Celeſtini 3 (quamvis alii dicunt Innocentii 3) contra Alphonſum 9, Regem Legionis; & Innocentii 3, contra Henricum 1 Caſtellæ; & Alexander 6 conquiſitiones Caſtellanorum cum Luſitanis diviſit, ut in hiſt. gener. Ind. *lib.*2. *cap.*8. In ipsâque Luſitaniâ idem Innocentius authoritate Apoſtolicâ reduxit ad compoſitionem Alphonſum 2 cum ſororibus in bellis circà oppida quædam; Innocentius 4 tranſtulit regimen à Sanctio 2 in fratrem ejus Alphonſum 3; Martinus 5, Eugenius 4, & Sixtus 4 conceſſerunt dominium terrarum conquirendarum uſque in Indiam; habentur hæc *in cap. grandi de ſupl. negl. præl. in* 6, *apud Brit. Chron. Ciſterc. lib.*6. *cap.* 32, *&* 35. *Brandão, monarch. Luſit.* 4 *p. lib.*13. *cap.*4. *Maffeus de reb. Ind. lib.* 1.

Objectio. Sed contra hanc reſolutionem argumentatur: quod ſi ratio *de quâ n.* 25. ſufficit, ex eâdem ſimiliter ſæculares Principes poterunt diſponere in eccleſiaſticis, ſi abſque eo expediri nequeat temporalis juriſdictio, quam etiam habent à Deo *ex dictis n.*23. *& proverb.*8. *n.*15. *Per me Reges* 2

ges regnant; addo Matth. cap.22. n.21. ibi reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, Petr. prioris epiſt. cap.2. n.13. & Paul. ad Roman. cap.13. in princ. Cui reſpondeo non valere illationem; nam hoc modo Eccleſiaſticum regimen non eſſet unicum, prout, ad exemplum Dei, eſſe debet, *ſicut dicemus n.37.* Sed quia (non omninò benè) replicabitur, ſæcularem ſic intrare ſolùm in conſequentiam, quod non attenditur, *l.1. ubi Bart. ff. de aut. tut.* aliam aſſigno differentiam, quod Eccleſiaſtici non prohibentur habere juriſdictionem temporalem; ſæculares autem Eccleſiaſticæ incapaces ſunt; *ut per totam diſt. 96. maximè cap. ſi Imperator; cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtit. cap. quæ in Eccleſiarum de cenſib. cum aliis.* Facit quod magis dignum, (quale eſt ſpirituale, & etiam Eccleſiaſticum) trahit ad ſe minùs dignum (quale eſt temporale;) *cap. quod in dubiis in fine de conſecr. eccleſ. ubi gloſa concordantes citat. Jaſ. in l. Imperium ff. de juriſd. omn. jud.* & ſub digniori comprehenditur minùs dignum, non è contra; *l. ſi ita ſcriptum 45, aliàs 49. ff. de legat.2.* *Solvitur.*

30 Hoc jure temporibus illis, (de quibus noſter eſt ſermo) maiori Hiſpaniarum parte à Sarracenis potentiſſimis oppreſsâ, ingens Chriſtianitatis jactura remedium ſine dillatione requirens aperiebat viam Præſidi Eccleſiæ, ut in ordinem ad ſpiritualia, Regna, Imperiave erigere, ſeu abolire poſſet, prout bellorum ſtatui neceſſe foret; ſic devotè intellexit Petrus 2 Aragoniæ Rex, qui ad tituli perfectionem voluit coronari ab Innocentio 3, ſummo Pont. ab eodemque obtinuit quod ſucceſſores coronarentur à Tarraconæ Achiepiſcopo; Hieron. Curita *in annal. Arag. 1 p. cap.51. fol.90. Illeſcas hiſt. Pont. 2 p. lib.2. cap. ult. in* *Applicatur dicta noſtro caſui.*

R tit.

tit. hujus Regis; Quinimò hoc intellexit Alphonſus 7, Legionis, & Caſtellæ Rex (idem qui noſtri Alphonſi impediebat titulum) cùm Imperator à ſuis proclamatus voluit confirmari per Poutificem; teſte, ex aliis, Marianâ *de reb. Hiſp. lib.*10. *cap.*16. ibi: *Acceſſit Romani Pontificis conſenſus, uti noſtri ſcriptores affirmant, Innocentii eo nomine* 2, *ſcilicet, eâ tempeſtate ſacra Chriſtiana gubernantis*; profectò nulla eſt differentia, ut idem Pontifex Innocentius 2, potuerit confirmare Alphonſo Caſtellano Imperatoris Hiſpaniarum titulum quo à ſuis cognominatus fuit; & non potuerit confirmare Alphonſo Luſitano Regis titulum (omittamus Chriſti juſſum) à ſuis etiam ei inditum; non enim jus variatur ex perſonis, ad textum *in cap. miramur* §. *ſicut enim* 61. *diſt.* cum aliis vulgar.

Replica Caſtellanorum. Replicabitur, ex Caſtellani titulo nemini reſultaſſe damnum, at ex titulo Luſitani præjuditium illatum fuiſſe Caſtellano, ratione decantati feudi; atque ita difficiliùs annuendum confirmationi Pontificiæ; cum diſſimilitudo rationis inducat jura diſſimilia, juxtà textum, et quæ ibi gloſa, *verbo, nolumus, in extravag. ad conditorem* §. *nos itaque de verb. ſign. cap. per venerabilem verſic. videbatur qui fil. ſint leg.* maximè cum Papa intendat cuilibet conſervare jura ſua; *cap. quia monaſterium de relig. dom.* cum ſimilibus; & nemini præjudicium generare, *cap. ſuper eo* 15, *ubi gloſa, verbo, intentionis, alia citat, de off. deleg.* 31

Eliditur. Veruntamen reſpondetur imprimis jam ſupra §. 1. *ex n.*22. ita clarè oſtenſum eſſe nullum unquam fuiſſe feudum, ut de illo ampliùs loqui ſit infimi judicii; quo ſuppoſito aliam præbet reſponſionem curioſitas, non neceſſitas, dicendo, etiam ex Imperatorio Caſtellani titulo injuriam factam fuiſſe

fuiſſe Imperatori Germaniæ, (qui ſolus Imperator in Occidente,) quam fatetur Mariana *d. lib.*10. *cap.*16. Item & Hiſpaniarum Chriſtianis Principibus, qui, quoniam ſupremi in terris ſuis, non patiebantur in aliis titulos qui eas comprehenderent; undè cum Alphonſus 6 Rex Legionis, & Caſtellæ, ſe vocaſſet Regē Hiſpaniarū, Ramundus Berengarius Barcionnæ Comes, Hiſpaniarum Marchionem ſe appellavit, ut oſtenderet ſe jure æquali poſſe titulum aſſumere in Caſtellani provinciis; refert Scolan. *in hiſt. Valenc. lib.*1. *cap.*15; cum ergo prædictus Alphonſus 7 crediderit Pontificem potuiſſe eum Imperatoris nomine decorare in præjudicium relatorum, ſubintrat regula textus *in l.*1.§. *qui magiſtrum (cum toto illo tit.) ff. quod quiſque juris*, ibi, *quod ipſe quis in alterius perſonâ æquum eſſe credidiſſet, id in ipſius quoque perſonâ valere patiatur*; conſonant alii relati ibi per gloſam, & illud Catonis in diſtichis moral. *Patere legem, quam tu ipſe tuleris*, relatum in *cap. cum omnes 6 de conſtit.* facit illud Chriſti Domini: *omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis* apud Matth.7. *n.*12. quod de jure naturali eſſe declarat *tx. in* §.1. *diſt.*1.

32 Et ut omni inſtantiæ ſatisfiat, addo, ſupremum dominum feudi, (argumentandi gratiâ ſuppoſiti) retinere directum dominium ſolùm per modum noviſſimum juris civilis conſuetudinarii, *ut eſt videre in tit. de feudi cognit. & per tot. de feud. Claud. de feud. pag.*94. *Rebuff. in declar. Feud. ad princip. verſic*; *& hic contractus, & reliquis in materiâ ſcribentibus.* Imò, ſecundùm aliquos poteſt nil retinere, ut dicemus, *lib.*1. *cap.*22; & feudatarium poſſidere naturaliter, *juxta l.*3.§. *ex contrario, l. naturaliter*, 12.

de acquir. poſſ; at Princeps (qualem in omnibus diximus, *n.*23. Papam eſſe indirectè), cum ſit lex animata, *Auth.de* 33
conſul.§. *ult.collat.*4, poteſt ex juſtâ causâ cuilibet tollere quæ habet de jure civili; *l.*2.*in fine, ibi; non facilè, ff. de natal. reſt*; *extravag. dierum de pœnit. cap. quanto* §. *ſi verò, ibi, cùm in multis caſibus hoc contingat, cum gloſâ ibi de divort; gloſa verbo debet, in l. fin. ff. de natal. reſt*; *& in cap. renovantes, verbo, priuſquam diſt.*22. *& in cap. antiqua* 23. *verbo, Alexandrina, de privileg*; *& in cap.ult. verbo figura, ad fin. de hæret. lib.*6, *junctâ Margin.ibi: quæ allegat Bald. & alios. Vide gloſam ult. & Bart. n.* 2.*cum ejus addit in l. fin. C. ſi contra jus, vel utilit. pub. eundem Bart. & latam addit.in l. item ſi verberatum n.*1.*ff. rei vind. felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſt.verſ. hanc declarationem, noviter tetigit Paul.Duran.de condit.& mod.impoſſib.* 2.*p. c.*1.*n.*116. *ex Cov.*3. *var.c.*6. & probatur à fortiori ex ſtatim dicendis circa jus gentium; ergo regulando cauſam (prout debet fieri ex recto arbitrio), ſecundùm qualitatem juris quod Papa auferebat, cùm feudum eſſet tantùm in paucis terris Henrico noſtro donatis, non autem in maiori parte Regni armis acquiſiti de Sarracenorum potentiâ, in non maximo jure tollendo non maxima cauſa requirebatur; erantque ex abundanti quæ conſiderabuntur ex *n.*36. Quinimo plures dicunt ad tollendum jus tale non ex- 34
pectari cauſam, qui tamen, ut pote juſtitiæ, & æquitati repugnantes, meritò reprobantur à Valaſco *de jur.emphit. p.*1.*q.*3.*n.*10.*& pleniùs poſt alios, Pinel.in rubr.C.de reſcind. vend. p.*1.*cap.*2. neque eorum opinio poſſet unquam procedere in ſummo Pontifice, qui in temporalibus (*ut.d.n.*23) non ſimpliciter eſt Princeps, ſed ſecundùm quid, hoc eſt ex

cauſa

cauſa ſpirituali; quæ neceſſariò adeſſe debet, ut illi juriſdictio adſit; retuli tamen ut videamus in tollendis provenientibus à jure civili; non maximam eſſe difficultatem.

35 Iterum, ſi ſimulatum directum dominium, propter antiquam naturam ante conceſſionem feudi, reputetur, minus bene, de jure gentium, *ad textum in l.ex hoc jure, ibi: regna condita, ff. de juſt. & jur*; adhuc à dicto Principe tolli poterat; *L.Lucius* 11. *ff. de evict. L.Barbarius in fine de off. prætor. cap. ita quorundam* 6, *cap. ad liberandam* 17. *de Judæis, cap. cum multæ*, 15. *q.* 8. (in quibus textibus adimitur quod venerat ex emptione, item ſervitus, item libertas, quæ omnia ſunt de jure gentium, imò ultimum de naturali; ut, ſingula ſingulis referendo, aiunt textus, *in l.ex hoc jure, l. manumiſſiones de juſt. & jur. §. jus autem gent. Inſt. de jur. nat.) Bart. & ejus additio citatis locis.* Eſt verum quod tollitur difficiliùs, *juxta gloſam* 1. *ſic intelligendam in l.* 2. *C. de præcib. Imp. offer.* ob conformitatem ad prima, & generalia principia naturæ, atque alia notata per P.Suar. *de Legib. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 2, & 8, & *lib.* 7. *cap.* 4. *n.* 7. nempe ſolùm quando neceſſe eſt ad publicam utilitatem, *ut per gloſ. & Bart. in d. l.ult. C. ſi contra jus*; vel ad vitandum maius malum, §. 1. *diſt.* 13. quia de duobus malis minus eſt eligendum, *cap. duo mala, eadem diſt.* & tunc *Princeps eſt numerus explicans, hoc eſt director, ut ſtatuat, vel diſpenſet contra jus, aut contra ſcriptum, ſi æquitas, quæ movet ipſum, moviſſet Legiſlatorem ſi caſus tunc emergens, eſſet ſibi expoſitus,* inquit gloſa, *verſic. ſecundò in fin. in extrav. rem non novam de dolo, & cont.* &, ut propriè loquamur, hoc non eſt tollere jus gentium, (quod quidem totaliter eſt immutabile §. *pen. inſt. de jur. nat.*) ſed remittere in particulari,

prout

prout vocat gloſa, *verbo, exemptus, in cap. à nobis* 24. *de decim*; vel ſummovere, ut loquitur alia, *verbo, mundanus in fin. in extrav. dierum de pœn*; vel diſpenſare, ſecundùm alios; de quo latiùs felin. *in cap.2. de major, & obed. verſic. videtur etiam quod ex cauſâ, n.3*; *& in d.cap. quæ in Eccleſiarum de conſt. verſic. ſecunda concluſio, Papa ex cauſâ poteſt, n.19*; *& omnes in cap. literas de reſt. ſpol. & in cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* imò ego dico hoc nil eſſe aliud niſi ſervare rationem quæ docet exponere brachium pro corpore, individuum pro ſpecie, totum denique pro parte, in cujus obſervantiâ potius obſervatur, quàm remittitur jus gentium, & naturale, cùm jus gentium ſit illud quod omni humano generi commune eſt uſu exigente, & humanis neceſſitatibus introductum, §. *jus autem gent. Inſt. de jur. nat*; quod ratione naturali inter omnes homines, peræquè ſervatur, *l.1. de acquir. rem. dom.* unde naturale quoque dicitur, *gloſa verbo jure gent. in l. quâ ratione* 9. §. *hæ quoque eodem tit.* quæ qualitates concurrunt in dictâ obſervantiâ. Igitur ſi cauſa inſignis Chriſtianitatis ad vitandum maximum malum petat, poteſt Summus Pontifex diſponere de regnis abſque aliquâ culpâ regnantis; ita practicatum in eo quod refert Bozius *de ſign. eccleſ. tom.2. lib.17. ſigno* 76. *cap.4. verſic. ſecundum ſit hoc*; ſequentibus verbis: *At his temporibus Papa jus Imperii Orientalis auctoritate ſuâ adjudicavit Michaeli Paleogolo, quamvis pertineret ad Balduinum, neque hic in culpâ ullâ eſſet, quâ jus Imperii Orientalis ab eo ad alium transferreretur: ſed quando ab illo fuerat exactus, & vix fieri poſſe videbatur ut Imperium recuperari poſſet: Michael autem polliceretur, ſe fore in fide Eccleſiæ Catholicæ unà cum Græcis, quod pro virili*

præſtitit

præſtitit quo ad vixit, viſum eſt Pontifici faciendum, ad bella ſedanda, Græcorumque animos conciliandos, jus Imperii illius Paleogolo addicere; in quo eluceſcit auctoritas Papæ, qui poteſt, juſtis de cauſis, vel ſine culpâ, ab aliis in alios jura maxima, qualia ſunt Imperii ſummi, decreto ſuo transferre allegat Villaneum *lib.7. cap.44.* quamvis alii narrent diversè.

36 Planè in caſu noſtro (ad tollendum parvum jus feudi, ſemper tamen negati), duplex poterat Pontifici eſſe Chriſtianitatis cauſa; una Regio titulo remunerare egregia Alphonſi Luſitani facta in religionis bonum, obtentis contra Sarracenos victoriis mirabilibus; quippè in collatione præmiorum benemerentibus, utilitas publica verſatur, ut probat tx. *in l.1. ad fin. princ. ff. de juſt. & jure*; & conſtat ex pluribus quæ aptiori loco dicemus, *lib.2, cap.4.* *Ad noſtram ſpeciem.*

37 Altera, novum Regnum conſtituere, ex quo ſeparato vis maior reſultabat contra ipſos infideles, quàm ſi aliquo modo Coronæ Legionis, & Caſtellæ eſſet unitum; nam *Rex eſt anima regni, unde, ſicut auctore Philoſopho 2, de animâ, non poteſt quævis anima quantumcunque animare, vivificareque corpus, ſed quorumcunque natura conſtantium præfinita eſt methodus, & menſura: quia neque formica ad hominis proceritatem augeri poteſt, neque homo ad illam quæ eſt elephantis: ſic neque Princeps calore ſuo totam poteſt rempublicam nationibus, ac regionibus vaſtiſſimè diſperſam fovere, ut valeat quæ quaque provintiâ fiunt, noſſe, emendare, corrigereque, ac diſponere*; ita doctiſſimus Sotto *de iuſt. lib.4. q.4. art.1. poſt. princ*; concludens: *igitur cùm poteſtas ſit propter uſum, ſi uſus ampliſſimæ huius poteſtatis non eſt poſſibilis, fit ut vana fuerit talis inſtitutio.* Ideo Ariſt.

Ariſt. *polit.*7. *cap.*4. docuit rempublicam non eſſe meliorem eò quòd maior, ſed tantam debere ſub uno Principe agere, quantam ipſe, per ſe, vel per ſuos poſſet commodè adminiſtrare; veluti navis, neque juſto minor navigationi apta eſt, nec ſi duorum eſſet ſtadiorum poſſet commodè gubernari: in idem Div. Auguſt. *de Civit. Dei, lib.*4. *cap.*15. tandem Rex cui pro regimine infinita propè incumbunt, de quibus *Plato Dyon.propinq. epiſt.*7; *Xenophon lib.*1. *de pædiâ Cyri, Cornel. Tacit.lib.*1; *Simancas de Repub. lib.*9. *cap.*1, *& alii,* cùm, propter naturæ imbecillitatem, nequeat omnibus ſatisfacere perſonaliter, cogitur ſubſtituere miniſtros, *ut Juſt.Lipſ.in Polit. lib.*3.*cap.*2, *&* 3. qui vel eum decipiunt, ut querebatur Imperator *apud Flav. Vopiſc.in Aurelian*; vel ſaltèm, mercenarii, non exponunt vitam pro ovibus, ut verus dominus facit, *Joan.*10. undè, ſolùm in eccleſiaſticis, *Eccleſiæ unius, & unicæ, unum corpus, unum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor*; ut ait textus, *in extrav. unam ſanctam verſic. una nempe, de maior; & obed.* Item, *ſicut non eſt niſi unus Deus, & unus Dei filius Jeſus Chriſtus, ita Eccleſia non habet niſi unum caput, & unum principalem vicarium Jeſu Chriſti*; inquit gloſa, *in d.extrav. verſic. in hac, verbo, quicunque igitur*: quem (Deum in terris appellant, *Dec.in cap.*1.*de conſt*; *& Bald. in l. fin. ſent. reſcind*;) qui omnibus eſt ſatis quia Deus particulariùs ei aſſiſtit, ut inquit Soto, *citato loco*; at in ſæcularibus magnum Imperium uni obediens, eſt corpus elephantis cùm capite aviculæ; inde legimus maxima Imperia mole ſuâ ruiſſe; non omnino reprobo magnas monarchias, ſolùm aſſero bellorum tempore in uno-

quoque

quoque loco deſiderari ſupremum Principem, nec miniſtrum optimum ſufficere probat textus *in l.3. ff. de offic. præfecti Vigil.* Auguſti exemplo, ibi: *Nam ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei quàm Cæſarem.* Ita Hiſpaniarum Reges, dum plures, multa acquiſierunt à potentiſſimis hoſtibus, quæ poſteà, quandò unici, cum minoribus amiſerunt. Ergo in dubio illo Hiſpanæ Chriſtianitatis ſtatu, innumerabili Sarracenorum multitudine undequaque in paucos fideles irruente, (ut in hiſtoriis eſt pluſquam notum,) Legionis ac Caſtellæ Rege aliundè in defenſione occupato, unicum erat Luſitanis remedium muniri præſentiâ proprii Principis, nam *ubi Princeps, ibi ſecuritas*, inquit Bald. per tx, ibi *in l.1. C. de his qui per met. jud.* Neque ille qui feudatarius (ut volunt adverſarii) ſat erat, ſed requirebatur ſupremus, qui ſolus verus eſt Princeps, ad cujus conſpectũ in deſperatis præliis legimus ſubditos ſolere facere magis vera, quàm credibilia; & per conſequens Eccleſiæ Princeps occupatus circa totius Reipublicæ Chriſtianæ curas, (ut aliàs ait tx. *in Auth. de hæred. & falc. in princ. coll.1.*) reſpiciens quod publicæ ſaluti, & ſecuritati intererat (ut aliàs etiam tx *in l. de pupillo 5. §. ſi quis rivos de oper. nov. nunt. cum gloſà ibi verbo ſecuritatis*) poterat in alterius præjuditium ad voluntatem populi Regnum erigere, & Regem creare, *Oportet enim ea quæ communiter, & generaliter in omnium utilitatem ſanciuntur potiùs valere, quàm ea quæ circà aliquos ſtudentur agi*; inquit textus *in Auth. de non alien. reb. eccleſ. §. quia verò veriſimile in fin. coll. 2.* concordant alii *in l. actione 65. §. Labeo ff. pro ſoc. & in Auth. res quæ C. com. de leg.* quam rationem etiam adver-

ſus ſeipſum ſequutus eſt Imper. *in l. un. §. fin. C. de Caduc. toll.* Quod maximè procedebat cum Luſitani limites indies creſcerent per conquiſitiones; ad quod optimè facit tx. *in extrav. Sedes Apoſtolica §. ſanè de conceſſ. præb.* ubi Pontifex ait ſe Eccleſias Cathedrales erexiſſe, quia ita populum multiplicaverat Altiſſimus, ut jam unicus paſtor non poſſet omnia inſpicere, aut aliàs partes boni paſtoris implere; Et hanc communem utilitatem debemus credere moviſſe Sanctium maiorem, Ferdinandum parem Imperatoris, alioſque Hiſpaniarum Reges, qui diviſerunt Regna inter filios, neque enim de tantis Principibus dicendum ab alio affectu, quàm à publici ratione, perſuaſos fuiſſe.

Inſtantia Caſtellanorum.

Adverſus omnia ſupradicta arguit Anton. de Fuertez, *in citato Antimanif. art.* 5. *poſt med,* ea potuiſſe procedere ſi bullæ ſummorum Pontificum continerent confirmationem, & protectionem in formâ ſpeciali, ſed non quando hæc continent in formâ communi; utrumque probare intendit *ex cap. recepimus* 8. *de privileg.* cujus hæc verba: *Inſpicienda ſunt ergo Eccleſiarum privilegia, & ipſorum tenor eſt diligentiùs attendendus, ut ſi fuerit deprehenſum quod Eccleſia quæ cenſum ſolvit, ſpecialiter beati Petri juris exiſtat, & ad indicium perceptæ libertatis cenſus annuus conferatur, non immeritò poterit ſpeciali prærrogativâ gaudere; ſi verò ad indicium perceptæ protectionis perſolvitur, non ex hoc juri Diœceſani Epiſcopi aliquid videtur eſſe ſubtractum*; inducit ergo ille Autor textum in hunc modum; in relatâ epiſtolâ Luſitani Regis ad Papam, & in bullis ad Regem agitur tantùm de protectione; igitur cenſus ratione protectionis ſolutus Romanæ Eccleſiæ, non eximit à

jure

jure Caſtellani. Verùm procul abeſt ab intellectu textus, quo ad noſtrum caſum; pro nobis enim facit egregiè, argumentando ita: ſi res quæ ſolvit cenſum, ſpecialiter beati Petri juris exiſtit, & ad indicium perceptæ libertatis cenſuus annuus confertur, eſt exempta à jure alterius; (maiorem iſtam expreſsè probat textus;) ſed ſic eſt in Luſitaniâ; ergo &c. minor probatur ex epiſtolâ Regis in fine, ibi: *Ut nulli in poſterum alicujus eccleſiaſtici, vel ſæcularis dominii, niſi tantùm Sedis Apoſtolicæ, vel à latere ejuſdem miſſi, unquam in terrâ meâ recipiam*; & in bullis Innocentii 2, ibi: *Ad indicium autem quod prædictum Regnum noſtri juris exiſtat, duas auri marchas ſingulis annis nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, &c.* & iterùm in bullâ Alexandri 3, (qui fuit Auctor relati textûs) ibi: *Ad indicium autem quod præſcriptum Regnum beati Petri juris exiſtat, pro amplioris reverentiæ argumento, ſtatuiſti duas marchas auri, &c.* Profectò cœcus videt verba iſta, eſſe eadem, in ſubſtantiâ, verba textûs, quæ ipſe ait exemptionem tribuere. Et quamvis *lib.*1. *cap.*1. *n.*28. dicam cenſum illum, ob ſolam protectionem ex devotione petitam, fuiſſe impoſitum (ut eſt verum; neque enim oportebat Papam concedere exemptionem Luſitano, qui nemini, ut ſæpiùs diximus, obedientiam debebat,) volui tamen his oſtendere paupertatem Caſtellani textum allegantis contra ſe. *Retorquetur.*

9 Circa dicta adverto, ea apud aliquos, maximè apud Gallos, non ita planè recipi, hi namque alias allegant rationes, quoſdam illorum textuum non receperunt, atque ad exempla reſpondent; in quo nil judico, nec de particularibus ago, ſed juxta communiora loquor; addens in noſtrorum temporum ſtatu, vix conſiderari poſſe cau- *Adverte.*

ſam ſufficientem ad utendum notato jure, niſi hæreſim; ſi detur, ſola veritas Pontificiam iuriſdictionem præfato modo extendit; vereor tamen ne nimiè defendentibus ſæcularem in recitando diſpliceam; pro illis gloſa, *verbo, coronam in* §. *in Chriſti nomine de pace Conſt.* ita concludit. *Sed ſi Papa deponit Imperatorem dolo, vel ambitione ſine legitimâ, & arduâ cauſâ depoſitio ipſo jure eſt nulla*; proſequitur latè probando; & addit: *Imperator poteſt ſe defendere cùm exercitu ſuo*; ac probat iterum.

Aſt ego (non agendo de eis quæ reſpiciunt fidẽ, in quibus 40
ex alio capite, impoſſibile eſt Papã errare; ſed loquendo in noſtro caſu, quo operabitur tanquã homo;) dico imprimis, non poſſe dubitari, de ſcientià Papæ, qui *habet omnia jura in pectore ſuo* ſecundùm gloſam *verbo, fallat in cap. præterea diſt.* 24. *per l. omnium* 19. *C. de teſtam*; imò Papæ *ipſi ſunt Canones*, iuxta textum *in cap. ipſi ſunt*, 9. *q.* 3. Dico deinde, non deberi etiam dubitari de ejus bonâ voluntate, quia *quoad univerſos Chriſticolas ſanctus habendus eſt*; tenet gloſa *verbo, immeriti in extrav. ſancta Romana de religioſ. dom*: ex ratione textus *in cap. non nos* 40 *diſt.* ibi: *quis enim ſanctum dubitet eſſe quem apex tantæ dignitatis attollit? inquo, ſi deſunt bona, acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore præſtantur; aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illuſtrat*; unde, *neminem debet habere odio, imò pacem cum omnibus habebit*, ponit pro regulâ gloſâ, 1. *in cap. ſi inimicus diſt.* 93. *per cap. inter verba* 11. *q.* 3; unde quoque mandatis ejus defertur reverentia maxima de quâ gloſâ, *verbo, expreſsè in extrav. ad Apoſtolatus de conceſſ. præb.* & ſæpè alibi; non ergo timendum quod aliquid injuſtum faciat, *Eccleſia enim cultrix, & auctrix juſtitiæ,*

tiæ, non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum, privatus verò ſæpè obviat juſtitiæ ; inquit textus *in cap. ſi clicentulus* §.*inde de alien.feudi*; quin imò præſumendum illum ſequuturum prædeceſſores juſtiſſimos juxta textum, *cùm gloſà ultimâ ibi, in l. fin.* §. *fin. C. de pact* ; *facit cap. in Galliarum, & cap. quod verò* 25. *q*.2. Et ſi adhuc objiciatur, quod non omnis Papa eſt ſanctus, ut probatur *in cap. Anaſtaſius, diſt*.19 ; adhuc reſpondebo cum Jureconſulto *in l. inter ſtipulantem* §. *ſacram, verſic. homo liber, ff. de verb. oblig* ; quod ſimilem triſtem eventum, & adverſam fortunam expectare, neque civile, ueque naturale eſt ; ſed ſi eveniat remedia jus præſtat, quæ non perttinent huic loco ; interim non ſolùm in merè ſpiritualibus ſubeſſe Romano Pontifici tenetur omnis humana creatura de neceſſitate ſalutis, *extrav.unam ſanctam in fine de maior. & obed*, ſed & omnem eccleſiaſticam juriſdictionem defendere debent Principes, juxtà textus (quos ſic intelligo) *in cap. Principes* 23. *q*.5. *cap. Valentenianus in fine* 63 *diſt*; *gloſa, verbo, tutorio in extrav.copioſus de Judæis, & Sarrac*. & tamen jugũ iſtud ſuave eſt, & onus iſtud leve, *Math*.11.*n*.30.

41 Ergo ad conſpectum dictorum taceant jam Caſtellani, & acquieſcant Pontificiæ confirmationi Regii noſtri tituli ; vident ſiquidem, etiam figurato caſu ad libitum ipſorum, jura pugnare pro nobis, omnibus vijs.

42 Ad præſentandum Regno confirmatoriam bullam Innocentij 2, vocavit Rex trium ſtatuum comitia generalia; en illorum tenor apud Brandão *in monar. Luſit*.3.*p. lib*.10. *cap*.13 ; tranſcripſit etiam Caramuel ille *in Philip. lib*.2. *diſp*.1. *q*.1. *art*.4. ex diverſo exemplari, ut declarat *lib*.5. *diſp*.8.*q*.1.*art*.3.*n*.9.*verſic.reſpondeo*.

Rex iterum delaratur à generalibus regni comitijs.

Prima

Prima congregatio Regis ALPHONSI, HENRICI Comitis filii, in quâ agitur de Regni negotiis, & multis aliis rebus magni ponderis, & momenti.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritûs Sancti, Trinitas inſeperabilis, quæ nunquam ſeparari poteſt. Ego Alphonſus Comitis Henrici, & Reginæ Taraſiæ filius, magnique Alphonſi Imperatoris Hiſpaniarum nepos, ac pietate divinâ ad Regium ſolium nuper ſublimatus. Quoniam nos conceſſit Deus quietari, & dedit victoriam de Mauris noſtris inimicis, & propterea habemus aliquantam reſpirationem; ne fortè nos tempus non habeamus poſteà, convocavimus omnes iſtos, Archiepiſcopum Bracharenſ. Epiſcopum Viſenſ. Epiſcopum Portuenſ. Epiſcopum Colimbrienſem, Epiſcopum Lamecenſ. viros etiam noſtræ curiæ infra poſitos, & procurantes bonam prolem per ſuas civitates per Colimbriam, per Vimaranes, per Lamecum, per Viſeum, per Barcellos, per Portum, per Trancoſum, per Chaves, per Caſtrum Regis, per Bouzellas, per Parietes vetulas, per Senam, per Covilhanam, per Monte Maiore, per Iſgueiram, per Villa Regis, & per parte domini Regis Laurentius Venegas, & multitudo ibi erat de Monachis, & de Clericis, & congregati ſumus Lamecum in Eccleſiâ Sanctæ Mariæ Almacave, ſeditque Rex in ſolio Regio ſine inſigniis Regiis, & ſurrexit Laurentius Venegas Procurator Regis, & dixit.

Congregavit vos Rex Alphonſus, quem vos feciſtis in Campo Auriquio, ut videatis bonas literas Domini Papæ, & dicatis ſi vultis quod ſit ille Rex. Dixerunt omnes. Nos

volumus

volumus quod ſit Rex. Et dixit Procurator. Quomodò erit Rex, ipſe aut filii ejus, aut ipſe ſolus Rex? Et dixerunt omnes: Ipſe in quantùm vivet, & filii ejus poſteaquam non vixerit. Et dixit Procurator. Si ita vultis, date illi inſigne. E dixerunt omnes: Demus in Dei nomine. Et ſurrexit Archiepiſcopus Bracharenſis, & tulit de manibus Abbatis de Laurbano coronam auream magnam cum multis margaritis, quæ fuerat de Regibus Gottorum, & dederant Monaſterio, & poſuerunt illam Regi. Et Dominus Rex cum ſpatâ nudâ in manu ſuâ, cum quâ ivit in bello dixit: Benedictus Deus qui me adjuvavit. Cum iſtâ ſpatâ liberavi vos, & vici hoſtes noſtros, & vos me feciſtis Regem, & ſocium veſtrum. Siquidem me feciſtis, conſtituamus leges, per quas terra noſtra ſit in pace. Dixerunt omnes: volumus Domine Rex, & placet nobis conſtituere leges, quas vobis bene viſum fuerit, & nos ſumus omnes cum filiis, filiabus, neptibus, & nepotibus ad veſtrum mandare. Vocavit citiùs Dominus Rex Epiſcopos, viros nobiles, & Procuratores, & dixerunt inter ſe, faciamus in principio leges de hæreditate Regni, & fecerunt iſtas ſequentes.

Vivat Dominus Rex Alphonſus, & habeat Regnum. Si habuerit filios varones, vivant, & habeant Regnum, ita ut non ſit neceſſe facere illos de novo Reges. Ibunt de iſto modo. Pater ſi habuerit Regnum cum fuerit mortuus, filius habeat, poſtea nepos, poſtea filius nepotis, & poſtea filios filiorum in ſæcula ſæculorum per ſemper. *Leges de ſucceſſione regni.*

Si fuerit mortuus primus filius vivente Rege patre, ſecundus erit Rex, ſi ſecundus, tertius, ſi tertius, quartus; & deinde omnes per iſtum modum.

Si mortuus fuerit Rex ſine filiis, ſi habeat fratrem ſit Rex

in

in vitâ ejus; & cum fuerit mortuus, non erit Rex filius ejus, ſi non fecerint eum Epiſcopi, & procurantes, & nobiles curiæ Regis, ſi fecerint Regem, erit Rex, ſi non fecerint non erit Rex.

Dixit poſtea Laurentius Venegas, procurator domini Regis ad procurantes. Dicit Rex: ſi vultis quod intrent filias ejus in hæreditatibus regnandi, & ſi vultis facere leges de illas? Et poſteaquàm altercaverunt per multas horas, dixerunt. Etiam filiæ domini Regis ſunt de lumbis ejus, & volumus eas intrare in Regno, & quod fiant leges ſuper iſtud. Et Epiſcopi, & nobiles fecerunt leges de iſto modo.

Si Rex Portugalliæ non habuerit maſculum, & habuerit filiam, iſta erit Regina, poſtquam Rex fuerit mortuus de iſto modo. Non accipiet virum niſi de Portugal. nobilis, & talis non vocabitur Rex, niſi poſtquam habuerit de Reginâ filium varonem, & quando fuerit in congregatione maritus Reginæ, ibit in manu mancâ, & maritus non ponet in capite coronam Regni.

Manu ſiniſtrâ.

Sit iſta lex in ſempiternum, quod prima filia Regis accipiat maritum de Portugalle, ut non veniat Regnum ad eſtraneos, & ſi caſaverit cum Principe eſtraneo, non ſit Regina, quia nunquam volumus noſtrum regnum ire for de Portugalenſibus, qui nos ſuâ fortitudine Reges fecerunt, ſine adjutorio alieno per ſuam fortitudinem, & cum ſanguine ſuo.

Et ſi nupſerit.

Iſtæ ſunt leges de hæreditate Regni noſtri, & legit eas Albertus Concellarius domini Regis ad omnes, & dixerunt, bonæ ſunt, juſtæ ſunt, volumus eas per nos, & per ſemen noſtrum poſt nos.

Et dixit procurator domini Regis. Dicit dominus Rex; vultis

vultis facere leges de nobilitate, & juſtitiâ, & reſponderunt omnes: placet nobis, ſit ita in Dei nomine, & fecerunt iſtas.

Sequuntur leges de regimine Regni, & ultimò hic eſt articulus:

Et dixit procurator Regis Laurentius Venegas; vultis quod dominus Rex vadat ad Cortes Regis de Leone, vel det tributum illi, aut alicui perſonæ for domini Papæ, qui illum Regem creavit? & omnes ſurrexerunt, & ſpatis nudis in altum dixerunt. Nos liberi ſumus; Rex noſter liber eſt, manus noſtræ nos liberaverunt, & dominus Rex qui talia conſenſerit moriatur, & ſi Rex fuerit, non regnet ſuper nos. Et dominus Rex cùm coronâ iterùm ſurrexit, & ſimiliter cùm ſpatâ nudâ dixit ad omnes. Vos ſcitis quantas lides fecerim per veſtram libertatem; teſtes eſtis, teſtis brachium meum, et iſta ſpata, ſi quis talia conſenſerit, moriatur; et ſi filius aut nepos meus fuerit, non regnet; et dixerunt omnes. Bonum verbum. Morientur, et Rex ſi fuerit talis, quòd conſentiat dominium alienum non regnet. Et iterùm Rex. Ita fiat.

Ad comitia.

Quare de hoc actũ hîc, dixi §1.n.29.

Quot prœlia.

43 Sic Alphonſus non ſolùm à ſuis iterum fuit ſeriò Rex acceptatus, ſed etiam Regno ſupremus dedit leges. Certè non tot ſolemnitatibus, imo nullis, erectus fuit Caſtellæ comitatus in Regnum (quod ſui, caput mundi, exiſtimant, in Ferdinando 1, qui, habitâ voluntate pro ratione, Regem ſe vocaverat non multò antea, ſcilicet circa annũ dom. 1017; idemque comitatus rebellis obedientiam negaverat Regibus Legionis, quibus erat ſubjectus; conſtant hæc ex omnibus Hiſpaniarum hiſtoriis, ut & liberum arbitrium quo Legionenſes in principio Regni ſui diſponebant de coronâ in præjuditium ſucceſſoris veri; ſed in

iſtis non immoror, ne videamur injuſtis velle excuſare exemplis,quod ſola juſtitia ſatis, ſuperque firmat.

In eiſdem comitijs, vel circa illorum tempus,fecit Rex 44
Dei genetrici Virgini, chartam, quam ex originali in Alcobaçæ archivo conſervatâ referunt Britto *d. lib.*3. *chron.Ciſt.c.*5;*&* *Brandão d.l.*10.*monarch. c.*12;ut ſequitur.

IN Dei nomine, quoniam quidem decet unumquemque fidelem de bonis ſibi collatis à ſuperno largitore Dei miniſtros participes efficere, ut per eos cœleſtium bonorum particeps efficiatur. Ideò ego Alphonſus miſeratione divinâ Portu gallenſium Rex noviter Deo jubente creatus, quia me plus
Omnibus. *omnes debitorem ſentio, cupio me, & omnia mea Altiſſimo offerre, ut tam ego quam ſucceſſores mei in perpetuum regnaturi agnoſcant habere Regnum de manu Domini, qui præ-*
Illud mihi. *ſentialiter tradidit eum mihi, ut corde firmo, & charitate perfectâ fidem Chriſtianum ab infidelium injuriis defenderem, & ſanctam Eccleſiam de Regni reditibus ditarem, ut ſic eſſet Regnum ſanctum, Deo charum, & in perpetuum ſtabilitum. Et quià jam me, & omnia beato Petro, & ejus ſucceſſoribus vectigalem conſtitui, cupiens, & nunc beatam Dei genitricem apud Deum advocatam habere, de conſenſu Vaſſalorum meorum, qui abſque externo adjutorio me in Regium ſolium conſtituerunt, me ipſum, Regnum meum, gentem meam, & ſucceſſores meos ſub Beatæ Mariæ de Clarevalle tutelam, protectionem, defenſionem, patrocinium conſtituo, & conſtituta fore decerno, ordinando, & mandando omnibus & ſingulis ſucceſſoribus meis in hæreditatem huius Regni legitime intrantibus, ut ſingulis annis eidem Sanctæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Claravelle, quæ*

eſt

eſt Ciſtercienſis ordinis, poſita in Regno Franciæ in Diocæſi Lingonienſ. tribuant in modum ſendi, & vaſſalitii 50. morabitinos auri probati, boni, & digni quod recipiatur. Si verò contingerit per noſtrum dominium aliquem ejuſdem Monaſterii, & ordinis præfati intrare, vel tranſire, vel monaſterium inibi conſtruxerit, perſonæ, & res talis monaſterii ſub tutelâ, & patrocinio Regis erunt, taliter quod à nullo poſſint moleſtari, inquietari, perturbari, vel à ſuis bonis defraudari, quod ſi contingat in priſtinam libertatem reſtituantur quacunque horâ temporis, vel momenti in quo maiori commoditate id fieri quiverit: quapropter bona talium monaſteriorum, & perſonarum erunt tanquam bona Regalia, & de illis erit Regi eadem cura quam de ſuis debet habere. Si verò Rex aliquis, vel Tyrannus (quem de lumbis noſtris futurum non credimus) præfatas perſonas moleſtaverit, ſeu illarum bona ſurripuerit, non meam, aut earum, ſed virginis hæreditatem uſurpare ſe credat, & tanquam Domino ſuo infidelis, ſub cujus tutelâ Regnum conſtituimus eodem privetur, & ſemen ejus non eluceſcat ſuper terram. Fratribus verò in dicto monaſterio de Claravalle, & in aliis ſui ordinis Domino famulantibus, cura erit ſtatum Regni noſtri Deo devotè commendare, & animam meam, & parentum meorum Miſſis, & vigiliis adjuvare, & de fendo ſeu vaſſalitio altare Beatæ Mariæ reparabunt. Abbas verò dominus Bernardus, & ejus ſucceſſores in perpetuum, hujuſmodi feudum annuatim habebunt in die Annuciationis Beatæ Mariæ Virginis. Et ideò Virgo mater Domini mei Jeſu Chriſti, in cujus laudem hic Ordo conſtitutus micat, ego humilis ſervus tuus Adefonſus Rex Portugallen. peto quatenùs Regnum meum defendas à Mauris inimicis Crucis filii tui, & coronam hanc ab omni externo

dominio liberam conſerves, & de prole meâ fideles ſervos, & & feudi largitores in Regni ſede corrobores. Si quis verò contra hoc vaſſalitium, & feudi teſtimonium aliquid attentaverit, ſi vaſſalus fuerit, à Regno noſtro expellatur; ſi verò (quod Dominus non conſentiat) Rex fuerit, ſit à nobis maledictus, & in ſtirpe noſtrâ non numeretur, & à Domino Deo qui nobis Regnum dedit, omni dignitate ſpoliatus, & à ſuis inimicis victus, & cum Juda traditore in Inferno ſepultus. Factà cartâ in Eccleſiâ Lamecenſi 4 Kalend. Maii. Ærâ 1142.

Ego ADEFONSUS *Rex.*

Egas Curiæ Præſes conf.	*Gondiſalvus de Souſa pro teſt.*
Petrus Pelaides Curiæ Signifer. conf.	*Vaſcus Sancius pro teſt.*
Fuas Ropinius *Colimbriæ Præfect. conf.*	*Alfonſus Egea pro teſt.*
Pelagius de Souſa confirmat.	

Data intelligitur de ærâ Chriſti, ut advertit Britto; juxta ſupra notata, *n.*11. En illius Principis devotio; ecce Virgo parens in tutelarem Luſitaniæ ſelecta, cujus protectione nil timendum, omne datum optimum expectandum.

Et ut de juſtiſſimo, ac ſanctiſſimo Regni fundamento 45 ſermonem jam finiamus, ſint pro Chronide duodecim ſpecialia, quæ, divinitus ei data in juſtitiæ ac religionis præmium, enumerat doctiſſimus Bozius *de ſign. Eccleſ. tom.*3. *lib.*21. *cap.*2. quorum (quia omnia longum nimis foret) referam per ejuſdem verba primum: *Nulla Regum à nobis alienorum poſteritas produci in medium poteſt, quæ tandiu regnarit, & eorum tam pauci fuerint ab hoſtibus interfecti, qui tamen ipſi ſteterint in acie, ut plerique ſuperiorum (*eos nominaverat*) pugnarunt, ac præliis interfuerunt, & unus dum*

taxat

taxat ex illis occiſus Sebaſtianus ; proſequitur quàm glorioſi fuerint in pace, ac in bello, quàmque à Deo dilecti Reges, ſubditique Luſitani.

46 Tandem Conimbricæ deceſſit Alphonſus, cujus virtutes nullus poterit ſatis dicere ; ſanctitatem tetigimus, *n.* 8. ſit pro aliis, (licet breviſſima) recitatio ſubſequentis Epitaphij, quòd in ejus ſepulchro in Regali, & inſigni monaſterio ſanctæ crucis regularium Canonicorum ejuſdem civitatis, Emanuel Rex poſuit : *Moritur Alphonſus.*

ALfonſo Henrico primo Portugalliæ Regi, Regio ſanguine, religione, & armis clariſſimo, qui Imperatore Alfonſo Caſtellæ Rege pro patriâ, ac viginti potentiſſimis Maurorum Regibus cum maximis copiis, parvâ manu, ſed fide animoque ingenti diverſis prælìis pro Chriſtiani nominis augmento juſtâ acie ſuperatis : Uliſyponem, Santarenam, Eboram, aliaque quatuordecim munitiſſima oppida, & univerſam ferè Luſitaniam ab infidelium manu recuperans Chriſti peculio adjecit. Hoc & Alcobatiæ, pluraque alia Cænobia extruxit, ditavitque ; nec Regno ſolùm poſteriſque inſignia Chriſtum qui ei apparuit Crucifixum, referentia ; ſed cunctis etiam maximum exemplum reliquit. Cujus virtus ſuis contenta factis cætera exequi non patitur. De fide, de Patriâ, de Regno, de ſuis benemerenti, pientiſſimi hæredes hoc ſepulchrum poſuere. Obiit an. Dom. 1185. *regni ſui* 73, & *ætatis* 91 *ſexta die Decembris.*

Circa Epitaphium hoc, (ut nihil indictum) eſt advertendum in numero annorum regni, & ætatis loqui juxta communem antiquorum ſententiam ; à quâ tamen bonis funda-

fundamentis deviat Brandão, *in d. monarch. lib.* 8. *cap.* 26. & *lib.* 9. *cap.* 17. ſecundùm quem Alphonſus vixit quaſi 76 annos, & gubernavit 57, & aliquos menſes.

Succeſſores Alphonſi in Regno.

47 Vxorem duxerat Maphaldam, quam (ut etiam in ortu primæ Reginæ Luſitaniæ miraculum eſſet, ſicut in Regis ortu fuiſſe diximus *n.* 2.) Deus, interceſſione Sancti Sulpitii, mirabiliter, cum aliis fratribus, filiam dedit Magno Amadeo 2, Comiti Mauriennæ, & Sabaudiæ ex uxore Guidoniâ filiâ Comitis Albonenſis quæ ſterilis reputabatur, ut refert Paradin. *in Chron. Sabaud. cap.* 20. Ex Maphaldâ igitur genuit Alphonſus, in inter alios, Sanctium; hic Alphonſum 2; & iſte Sanctium 2, ac Alphonſum 3, qui omnes ſucceſſivè fuerunt Reges. Alphonſi 3 filius fuit Dionyſius; hujus Alphonſus 4; hujus Petrus; Petri Ferdinandus, Reges etiam ſucceſſivè. Ferdinando autem ſucceſſit Joannes 1, frater, ut ſequenti §. oſtenditur. De rebus verò, ac matrimoniis dictorum Regum compendium feci *in tract. genealog.* Reg. *Luſit.* 1 *p.* quod ad materiam præſentem non oportet repetere.

BEATA GENS, CVJVS EST DOMINVS DEVS EJVS; POPVLVS QVEM ELEGIT IN HÆREDITATEM SIBI.

Pſalm. 32. *verſ.* 12. & *vide ſupra in hoc* §. *n.* 5. *verſic. Volo enim in te, & in ſemine tuo, &c.*

§. III.

IOANNES·I·REX·X·LVSITANIÆ



Non minor est virtus, quàm quærere parta tueri;
Ergo par cunctis laudibus, unus ero.

§. III.

Luſitaniæ Corona defenditur.

Caſtellani volunt occupare Luſitaniam, ex jure Beatricis filiæ Regis Ferd.

FERDINANDUS legitimus Luſitaniæ Rex 9, (*ut in n. fin. præcedentis* §.) defunctus ann. Chr. 1383. unicam reliquit filiam Beatricem nuptam Joanni primo Caſtellæ Regi; qui uxoris occaſione voluit Regnnm occupare. 1

Renuunt Luſitani meritò.

Renuerunt Luſitani ex tribus rationibus. Prima, quòd Beatrix erat Regis filia illegitima, ex Eleonorâ Telles de Meneſes, cum quâ ipſe tantùm de facto matrimonium contraxerat, invalidum tam quod Eleonora maritum habebat Joannem Laurentium de Cunha, qui violentiam Regis fugiebat in Caſtellâ, ſuperſtes adhuc tempore genitæ Beatricis, quàm quòd, quamvis (ut Rex fingebat) matrimonium Joannis cum Eleonorâ fuiſſet nullum ob conſanguinitatem (de quâ verè diſpenſatio Pontificis intervenerat,) ſimili vitio laborabat connubium ipſius Regis propter cognationem ejuſdem cum prædicto Joanne (quippè uterque agnoſcebat tertium avum Regem Alphonſum 3;) quæ producebat impedimentū affinitatis in gradu prohibito, *cap. non debet de conſ. & affin.* hæc omnia tunc erant notoria, & nunc conſtant ex omnibus hiſtoriis utriuſque Regni. Secunda, quia (etiam ſi legitima foret) non poterat ſuccedere in Coronâ habens Caſtellanum, non Luſitanum virum; juxtà diſpoſitionem legum fundamentalium Regni in generalibus comitiis Lameci, 2

Lameci, §. *ſit iſta lex* relatam *præcedenti* §. *n.*42. Tertia, quoniã, quamvis Luſitani, Regis authoritate coacti, filiam hæredem vocarunt, & matrimonio Caſtellani ſubſcripſerunt, tamen ne Caſtellanus introductus Luſitaniam Caſtellæ uniret in Henrico filio ex priori uxore, expreſsè pacti ſunt, eum haud intraturum Luſitaniam niſi poſtquam ſucceſſorem ex eàdem Beatrice ſuſciperet; ille autem, nativâ ambitione dominandi, non expectatâ ſobole, defuncto ſocero, voluit continuò ad regimen venire. Acceſſit quod Caſtellani tunc temporis erant ſchiſmatici obediendo Antipapæ Roberto (qui Clementem ſe vocavit) contra verum Pontificem Vrbanum 6; ut fatetur Caſtellanus Illeſcas *in hiſt. Pont.* 2 *p. lib.* 6. *cap.*19. meminit Bald. *conſ.* 271. *in princ. Vol.*1. Ex his ergo legitimè recuſarunt noſtri dominium Caſtellani per uxorem, licet à Rege, coacti, illius annuiſſent ſucceſſioni. Videant quæſo Caſtellani an ex ſic juridicis cauſis regnum ademſerint legitimæ filiæ Henrici 4 Joannæ, quam Principem juraverant in generalibus comitiis ad hoc ſpecialiter convocatis Matritii ann. 1461; ut narrant Garibai *lib.*17. *cap.*24. *Illeſcas d. cap.*19. ac omnes alii.

3 At Caſtellanus non deſtitit ab incœpto; & videns, deficiente apud noſtros legitimâ Regum prole, omnium animos concurrere ad Joannem fratrem naturalem defuncti Regis, filium ſcilicet Petri ex Agnete de Caſtro, eum, in Caſtellâ fortè exulem, detinuit in vinculis, ex nullâ aliâ causâ, niſi ut deſiderato Principe non fruerentur, ipſeque faciliùs Imperium uſurparet. Quâ propter Luſitani elegerunt defenſorem alterum Joannem Magiſtrum militaris ordinis de Aviz, fratrem etiam naturalem defuncti *Ioannes 1, eligitur defenſor Luſitaniæ.*

Regis Ferdinandi, filiumque naturalem legitimatum Petri ex Tharesiâ nobiliſſimâ; unicum ex Regiâ proſapiâ exiſtentem; qui Solo amore patriæ citra ambitionem ductus *profitebatur Joanni abſenti* (ex populi affectione) *imperium delatum*; *ejus imago in vexillis prælata ferro vincti quo maior populi commiſeratio eſſet*; verba ſunt Caſtellani Mariannæ *de reb. Hiſpan. lib.*18. *cap.*8.

Eligitur Rex. Verùm procedente Caſtellanorum tyrannide adverſus 4 vinctum Joannem, (qui tandem penes tyrannos mortuus eſt) petentique ambiguo rerum ſtatu ne Regis præſentia longiùs deficeret, Joannes alter in defenſione patriæ tot virtutes oſtentarat, ut jam facilè omnium amor eum digniſſimum judicarit coronâ, & cunctis mundi Principibus præponendum: Ne tamen videretur præceps tumultus, quod ſeriò fiebat, doctiſſimi viri de caſu ſunt conſulti; ut meminit Coſta *de ſucceſſ. Regni, pag.*141. *verſic. denique.* Qui reſponderunt, Regnum vacaſſe ex defectu legitimi ſucceſſoris, atque ita populos potuiſſe novum eligere Regem juxtà primævum jus de quo *in l. ex hoc jure* 5. *ubi gloſa verbo, condita, ff. de juſt. & jur. l.*1. *ff. de conſt. Princ. Ariſtotel. polit. lib.*3. *cap.*10, & 11. *Div. Thom.* 1. 2. *q.* 97. *art.*3. *ad tertium, & lib.*1. *de regim. Princ. cap.*2,4,5, & 14. *Soto de juſtit. lib.*4. *q.*4. *art.*1. *concl.*2. *verſ. hoc autem.* Sic in ſimili reſolvunt *Bald. in cap. cum in magiſtrum ad fin. de elect. & in d. l. ex hoc jure q.*3. *Corſet. de pot. Reg. p.*1. *q.*2. *n.*4. *Mart. Laud. in tract. de Princ. q.*175. *Menchac. illuſtr. cap.*22. *n.*12. *Tiraq. de jure primogen. q.*17. *op.*9. *n* 2, & 3. & eſt communis doctrina teſte *Ant. Gomeſ. in l.*40. *Taur. n.*4. adſtabantque exempla omnium gentium propè infinita, apud *Juſtin. lib.* 1. *Marc. Tull. lib.* 3. *de legib.*

Div.

*Div. Thom. ſupra q.*105. *art.* 1. *ad* 2. *Soto ſup. lib.* 1. *q.* 1. *art.*3. *Corſet. ſupra q.*1. ac plures alios. Quare tres regni ſtatus pro negotio Conimbricæ congregati ſunt, iterùm deliberantes, ac ibi inſignis Doctor Joannes das Regras oſtendit Regnum eſſe vacans in eleganti oratione relatâ in Chron. illius Regis Joannis 1, *p.*1. ubi *à cap.* 179. *uſque ad* 185. latiſſimè iſta narrantur; quo tandem Joannes Magiſter Avizentium, anteà defenſor, Rex Luſitaniæ legitimè electus, & publicè proclamatus fuit, de eoque authenticum inſtrumentum confectum, conſervatum hodiè in publico regni archivo *lib.*4. *de juribus regal. à fol.*4.

5 Hanc electionem ex ſuperabundanti confirmarunt Summi Pontifices Vrbanus 6, & Bonifacius 9, ad petitionem ejuſdem Joannis 1, factam juxtà ſolitam parentum pietatem; de cujus confirmationis effectu egimus jam *præcedenti* §. *ex n.*18.

Confirmatur à ſummis Pontificibus.

6 Reſtat modò reſpondere ad aliqua parvi momenti objecta à Caſtellanis. Fatentur, deficientibus Regum hæredibus populos eligere potuiſſe novum; ſed negant hæredes defeciſſe.

7 Primò enim objiciunt Beatricem filiam Ferdinandi, hanc autem jam excluſimus *ex n.*2. nec in eo ampliùs immoramur, cùm illa Princeps prolem non reliquerit, atque ita, cum eâ, jus, ad quod aſpiraverat, expiraverit, ut apud omnes conſtat.

Caſtellanorum objectio 1, de jure Beatricis filiæ Regis Ferdinandi. Excluditur.

8 Quare ſecundò opponunt Ferdinandum habuiſſe legitimos fratres, Joannem, Dionyſium, & Beatricem, filios Petri Regis, ex Agnete de Caſtro; quibus pertinebat ſucceſſio: hoc autem eliditur ex ſequentibus. I. Opponunt tantùm, ſed fuiſſe legitimos non probant, niſi ex ſimplici

Objectio 2, de filiis Regis Petri ex Agnete de Caſtro.

dicto ejuſdem Petri qui poſt Agnetis mortem declaravit ſe clandeſtinè eam in uxorem ſumpſiſſe; hanc autem declarationem ex ſolo defunctæ, ac filiorum amore proceciſſe fuit communis opinio, verificata poſtea in generalibus illis comitiis (ubi Joannes Avizenſis magiſter electus eſt Rex), ex optimis fundamentis ibi à præfato Joanne das Regras demonſtratis; de quibus *in d. chronicâ loco relato.*

II. Quinimo, quamvis fuiſſet matrimonium, fuiſſet 9
invalidum; tàm quòd Agnes ſucceperat in baptiſmo Ludovicum filium Regis ex Conſtantiâ uxore præmortuâ, undè cùm ipſo contraxerat cognationem ſpiritualem dirimentem matrimonium, *cap. veniens de cognat. ſpirit.* quam quòd Petrus Fernandes de Caſtro, pater Agnetis, erat Regis conſobrinus, Rex nempè filius Beatricis, ille Violantæ, quæ Sanctii 4, Regis Caſtellæ filiæ; hæc notoria fatetur etiam Caramuel jam citatus *in Philippo lib.3. diſp. un.q.1.art.1.n.3. & in reſp.ad manifeſt.Luſit.lib.3.cap.1.n.4,* utrobique ſubjungens genealogicum ſchema ad monſtrandam Agnetis nobilitatem; ſed pauper homo vel ignoravit conſanguinitatem ſic propinquam impedire matrimonium de jure, vel non meminit fingere, (ut ſolet alia) diſpenſationem Pontificiam; vel, quod certiùs,non comprehendit ſe incidere in Scyllam, cupiens vitare Charybdim; ita loquitur ſine delectu,ita ſcribit ſine judicio. Erant item dictus pater Agnetis,& Conſtancia præmortua uxor Petri, pronepotes Alphonſi 10, Regis Caſtellæ, ut eſt apertum in genealogiis,quòd conſtituebat affinitatem in 4, gradu connubium impedientem ad tx. *in cap. non debet de conſang.& affin.*

III. Quamvis

10 III. Quamvis Joannes,& Dyoniſius,legitimi forent, non poterant ad coronam vocari in ſtatu rerum ; erant namque (ut diximus, ne proclamarentur Reges,) in vinculis Caſtellanorum, (ſic ipſi tunc fecerunt quod nunc reprobant), Luſitania verò in tyrannidis tempeſtate fluctuabat peritura, niſi magiſter optimus ſuſtineret gubernaculũ;ſanè qui jam ſummerſi (illi ſcilicet Principes in vinculis)erant inutiles ; Rex ad illud eſt quod notavimus,§ 2. *n.*37. at vinctis impoſſibile quidquàm eorum ; idem igitur eſſet eorum quem libet Regem ſucipere, ac claudum conducere ad portandum maximum onus, & conſequentèr, cùm Rex ſit propter Regnum, non Regnum propter Regem, etiam negato caſu quo ad Joannem, ſive Dyoniſium pertineret corona, fas eſſet in tam evidenti periculo eligere defenſorem, qui non mercenarius mortem fugeret; ſed dominus exponeret vitam pro ſuis ; ad quod optimè facit tx. *in l.*3.*de off.præf.vig.* ut *d.*§.2.*n.*37.

11 IV. Adhuc (contra veritatem) conceſſo, injuriam fuiſſe factam Petri filijs ex Agnete, quid inde Caſtellanis Regibus ? Reſpondent, ad eos fluxiſſe illud jus, quòd deſcendant ex Beatrice ; ſed quæro iterum,quale jus habuit ad tranſmittendum Beatrix, quæ à fratribus præcedebatur Joanne, atque Dionyſio ? conatur ſatiſfacere Caramuel,*d. diſſ. un. q.*3. *art.*2. *in dubio incidenti* ; inquiens, ex Dyoniſio non ſuperfuiſſe prolem niſi notham ; ex Joanne quidem copioſiſſimam legitimam exiſtere, quam ibi refert *q.*2.*art.*1.*& in d.reſp.ad manifeſt.lib.*3. *cap.*1. Verum *ex alterutrius poſteris declarandum eſſe hæredem Portugalliæ, poſt Beatricis mortem illum unicè, qui ipſi poſthumæ proximior eſſet. Erat ea D. Vrraca cognomento, La rica hembra, hæc*

igitur

igitur debuit ſuccedere; proſequitur ex hac Vrracâ (aliis Eleonorâ) deſcendere Caſtellanos Reges. Hæc autem refutantur facilimè; vel conſiderat ultimum poſſeſſorem Regem Ferdinandum. vel Beatricem ejus filiam; ſi Ferdinandum (ut ibi oſtendit §.*dico primò*, ibi: *dico primò, ultimum poſſeſſorem Regni fuiſſe Ferrandum* 1.) tempore ejus obitus vivebant Joannes, & Dionyſius ejus fratres, ut ipſe faſſus erat, *lib.*1. *tit. Joannes* 1. §.1. & eſt indubitatum ut diximus; ac proindè præcedebant ſororem; ſi Beatricem; jam *n.*2. clarum manet in conſiderationem non venire; ſed eſto veniat; quis Caramueli revelavit tempore ejus mortis proximiorem ſuperſtitem fuiſſe Vrracam, deceſſiſſeque Joannem & ejus filios? neque citat Authorem, neque eſt quiſpiam qui hoc declaret; Caramuelica verò affirmatio potiùs, de more ſuo, contrarium probat.

V. Plus dico, quamvis Vrraca foret proximior, adhuc intrabat diſputatio de meliori lineâ, in quâ Joannis deſcendentes licet remotiores prærrogativum allegare valerent, ſecundùm ea quæ aptiùs dicemus *lib.*1. *cap.*10. 12

VI. Addamus dictis Beatricem illam ex Agnete filiam nunquam ad ſucceſſionem potuiſſe aſpirare, cùm maritum haberet non Luſitanum, Sanctium comitem de Albuquerque, ex lege relatâ *præcedenti* §. *n.*42. *verſic. ſit iſta lex.* 13

Et ex omnibus concluditur Petri filios ex Agnete fuiſſe nothos; & ſi legitimi fuiſſent, propter captivitatem in quâ erant potuiſſe excludi; quinimò quodquod habuiſſent jus non pertinere ad Reges Caſtellanos deſcendentes filiæ, ſed ad prolem quæ extat Joannis filii; undè cùm jus non metiatur à perſonâ Rei, ſed Actoris, *l. fin. ubi Bald. C. de* 14

de rei vindic; Rex Luſitanus Caſtellano inquit: *Quantum ad te liberas ædes habeo*; ut in ſimili Vlpianus *in l. loci corpus* 4, §. *competit, ff. ſi ſervit. vindic.* Joannis verò deſcendentes repelluntur ex prioribus fundamentis.

15 Tot jam amputatis, ecce novum pullulat caput ex hac Hydrâ. Aiunt aliqui, adhuc ſuppoſito Agnetis filios fuiſſe illegitimos, (ut non poſſunt non fateri,) electioni locum haud patuiſſe; non enim deerat legitimus qui ſuccederet; aſſignant ſcilicet Conſtantiam filiam Petri Regis Caſtellæ, qui, per matrem Mariam, nepos erat Alphonſi 4 Regis Luſitaniæ, à quo lineam aſſerunt quærendam eſſe. Cujus Conſtantiæ, per filiam Catharinam nuptam Caſtellano Henrico 3, hæredes ſunt Caſtellani Principes.

Object. 3. de deſcendentibus Mariæ filiæ Alphonſi 4.

16 Hoc verò argumentum ſapit Caramuelem, à quo inventum fuit *in Philip. lib.* 4. *per totum*; nam ſupponit Conſtantiam legitimam; cùm Petrus eam procreaverit ex Mariâ de Padilla concubinâ; ut illam vocant Caſtellani *Roder. Sanct. Epiſcopus Palent. p.*4. *cap.*4, *Illeſc. hiſt. Pont. p.*2. *lib.*6. *c.*19. *in tit. Petri, Fuertes Biota Advocatus Regis Caſtellæ, in Antimanif. art.*12. *ante med. pag.* 211; *Alphonſ. de Cartagena in Anacephal. c.*38. (qui malè addit, fuiſſe uxorem poſt Blancam, cùm, poſt Blancam, ſtatim duxerit Joannam de Caſtro, ut per Caſtellanos *Illeſc. ſupra, & Marian. lib.*16. *c.*18;) quare Caſtellani eam excluſerunt à ſucceſſione patris, unde non debent cauſari, quod Luſitani eam non vocaverint ad ſucceſſionem remotiſſimi conſanguinei.

Satisfit.

Vide Advocatum Regis Caſtellæ contra illum.

17 Deinde, per relatam legem Lameci, Maria filia noſtri Alphonſi 4, nubendo Alphonſo 11 Caſtellano, amiſerat

X ſucceſſionis

ſucceſſionis jus, quod ab illâ derivari intenditur. De quo latius *lib.*1. *cap.*12.

Ex quibus ipſa Conſtantia, & Joannes Dux Lancaſtriæ vir ejus, ſic abſuerunt à tali prætentione, ut arctam contraxerint, & conſervaverint amicitiam cum Rege noſtro Joanne 1, ſe ſe invicem juvando in bellis, pro ut eſt notiſſimum. Imò, cùm Catharinam prædictam in uxorem offerrent ipſi Joanni, (ut narrat Maris *Dial.* 4. *cap.*1, *in fine*,) maluit ille Philippam, quam Anglus ſuſceperat ex Blancâ priori uxore; quod non feciſſet ſi conſideraretur jus aliquod in Catharinâ, voluiſſet enim, per ejus connubium, dubia tollere. 18 19

Nota. Reſtat advertere, illum Caramuelem latenti veneno inculcare, Henricum 2 Regem Caſtellæ, fuiſſe filium Mariæ Luſitanæ jam nominatæ, dum *in* 4. *lib. utriuſque tract. citati*, eum vocat Regis Petri fratrem, & Regis Alphonſi 11 filium; ita inſinuans, eum jus Mariæ (quod nullum,) tranſmiſiſſe ad Caſtellæ Reges qui ex eo deſcendunt. Et cùm ſit notorium, Henricum, non ex Mariâ, ſed ex concubinâ Eleonorâ de Guzman, fuiſſe Alphonſi 11 adulterinum filium (qui uſurpavit Coronam, occidens Petrum legitimum fratrem,) diſertus Villa Real *in Anti-Caramuele lib.*4. *paulò poſt princ*; hoc tribuit Caramuelis impudentiæ; ego benignior ſupinæ ignorantiæ, de quâ eum convico *lib.*1. *cap.*14. *ex n.*19. 20 21 22

Igitur tempore Joannis 1 Regis Luſitaniæ, ſtante illegitimate regũ Caſtellæ tã per Henricũ 2, quã per Catharinã uxorẽ Hen. 3, *ut n.* 16, *et* 22, non puto argumentandũ ab alio 23

matri-

matrimonio cum Principe Luſitanâ; omnium enim ſanguis jam per illegitimitates virtutem ſucceſſionis amiſerat; quia tamen aſcendentiæ remotiores (quæ modò mihi non occurrunt) excogitari poterunt ab iis qui nullum non movent lapidem ut univerſalem monarchiam conſtituant ex hæreditatibus in gradu longiſſimo, unico ictu quælibet iſtius Hydræ capita comburentur, ſi præ oculis habeamus legem illam Lameci ſæpiùs relatam, quæ à Coronâ extraneum excludit, imò & Luſitanam Principem nubentem non Luſitano.

24 Tandem ipſe Deus Joannis I electionem approbavit, mirandis felicium auſpiciorum ſignis, I. Petrus Rex videbat in ſomniis Luſitaniam accenſam flammâ, quam Joannes hic filius extinguebat; ita verificatum eſt poſteà, ad inſtar ſomnii matris Cyri. *Electio Joannis I approbatur à Cœlo.*

25 II. Heremita, populi opinione ſanctus, eundem Joannem jam juvenem animavit ad magna, ei promittens proſperos eventus; nec ſine myſterio heremita incitavit primum Joannem ad defenſionem Coronæ, ad cujus erectionem alius heremita Alphonſum etiam primum incitaverat, *ut ſupra* §.2. *n.*5.

26 III. Illum Conimbricam ingredientem expectarunt teneri infantes, & puerili, ſed mirabili, triumpho ſalutarunt Regem; *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem*; inquit Propheta, *Pſalm.*8. *verſ.*3.

27 IV. In civitate *Porto* in monaſterio S. Dominici fratrum prædicatorum, religioſo probatæ vitæ apparuit in viſione ipſe antè Deigenitricem proſtratus, ab Angelo enſem accipiens; effectus devotionis quâ prœlia ſubiturus ſolebat arma offerre antè imaginis Mariæ ſacros pedes,

 indeque

indeque (petitâ priùs veniâ) illa recipere; ut narrat Gaſpar Eſtaço *in Antiquit. Luſit. cap.* 48, & 50. ſupradicta verò *Mariſ. Dial.* 4. *c.*1. *Faria in epit. hiſt. p.*3. *cap.*11. ex antiquioribus, quos fruſtra recenſebimus ad convincendum non credentes Luſitanis.

Ergo V loco referamus ex Caſtellanorum Autore Garibai, *p.*4. *lib.*34. *cap.*33. tempore illo tumultuum, in urbe 28
Ebora, puellam octo ſolùm menſium jacentem in cunis, levaſſe manum, ac expreſſam vocem proclamando, *Portugallia, Portugallia pro Rege Joanne Luſitano.* Lego apud Fr. Franciſc. Diago *in Annal. valent. lib*2. *cap.*23. paulò ante Sagunti exitium, ejuſdem civitatis fœminam peperiſſe infantem qui ubi primùm exiverat, in matris rediit viſcera, nihil obſtantibus diligentiis adſtantium; portento tribuitur eum quem natura produxerat retardare voluiſſe ortum ne patriæ videret calamitatē; cur igitur cum magno Camon. *Luſiad. cant.*4. *oct.*3. cœli præſagium non credemus, Luſitanam, (à contrario,) cui adhuc natura non conceſſerat loquellam, feſtinaſſe verba ad publicandam fælicitatem patriæ?

VI. Etiam Caſtellani narrarunt nobis, quod, cùm, 29
Toleti, Caſtellanus Joannes 1 proclamaretur Rex Caſtellæ, ſimulque Luſitaniæ, eodem momento quo magnus ſignifer Joannes Furtado de Mendoça erexit vexillum, depicta continens, inſignia Coronæ utriuſque, vis ſubita ventorum ita id laceravit, ut inſignia cujuſque Regni ſeperaverit penitus, & equus, quo ſignifer incedebat, læſus ceciderit. Cœli exiſtimatur ſignum quod in infauſto Roderici Gotorum Regis prælio contra Sarracenos, Chriſtianorum ſignifer moribundus ceciderit, & in partes fracta

fracta fuerit vexilli haſta; cur igitur ſimiliter non putabimus cœleſte ſignum illud Toletanum?

30 VII. In memorabili Aljubarrotæ prælio erant Caſtellani milites 31 mill. ſecundùm *Vaſconcell in anacephal in Joan.*1.*n.*6, *& Maris dial.*4. *cap.*1 (non pluribus Alexander fecit terram ſilere, ut loquitur ſacra pagina *Mach.*1. *c.*1) alii dicunt plurimos, *ut Franciſc. Rodrig. Lobo in Comeſtab. cant.* 13; habebantque ſexdecim ignea tormenta bellica, tũc primùm viſa; Luſitani erant 12 mill. & 200, ut quidam inquiunt, vel decem millia juxta alios, nec deſunt qui 6500, tantùm dicant, *ut per Maris d. loco*; & tamen fugit Caſtellanus Rex, decem mill. ſuorum occiſis, juxta Marianam, Caſtellanum, *lib.*18. *cap.*9; alii affirmant 12 mill; inter quos Illeſcas, etiam Caſtellanus, 2.*p. hiſt. Pontif. lib.*6.*cap.*19, teſtatur *occubuiſſe florem nobilitatis Caſtellæ*; quod autem Luſitani tunc habuerint particulare Dei auxilium, & res demonſtrat, & Illeſcas ipſe probat, dum ait, quod impoſſibile videbatur, eos poſſe victores exiſtere; prævaluit autem vis juſtitiæ, denuo armatæ operibus pietatis, & Eccleſiæ ſacramentis, quibus Vaſconcellos *relato loco* memorat Joannem noſtrum ſe, ſuoſque muniiſſe.

31 VIII. Ius cauſæ apparebit conſiderando progreſſus, & finem utriuſque Regis; mortuus eſt Caſtellanus Joannes miſerè in ætatis flore ex caſu equi; Luſitanus verò ad 76 ætatis annum, regni verò 48, vitam duxit felicem, & glorioſam, non tantùm victoriis contra Caſtellanos, ſed & triumphis de Sarracenis, adverſus quos (primus Chriſtianorum Principum poſt Hiſpaniarum cladem) tranſivit in Africam, ubi Ceptam cepit Chriſtianitatis clavem, arcemque fortiſſimam; & moriens, amplam reliquit ſuc-

ſucceſſionem in clariſſimis deſcendentibus,qui mirificè per omnes mundi partes dilatarunt Imperium, & per cuncta ſæculorum æva æternarunt nomen ; hoc autem, ſignum cœleſte eſſe, indicans propenſam Dei voluntatem in Principes juſtos, oſtendit latè Thom. Bozius *de ſign. Eccleſ. tom.* 3. *lib.* 20. *ſigno* 92. *ex cap.* 1.

IX. Et ultimò, ſpeciali Dei favori tribui oportet, quod 32
tempore illo ſic periculoſo habuerit Rex Joannes tantum ſubditum adjutorem, quantus fuit magnus Comeſtabilis Domnus Nunius Alvares Pereira, illuſtriſſimus ſanguine, prudentiſſimus conſilio, admirandus fortitudine, virtutibus ſpectatiſſimus; cui non ſolùm magna pars victoriæ Aljubarrotæ debita fuit, ſed & ſolus cùm tribus Luſitanorũ mill. vicit illud prælium non minùs memorabile ad *Valverde*, ubi cùm 33 militum mill. maximi Caſtellæ magnates erant congregati ; vicit iterùm inſigne prælium in loco *Atoleiros* vocato ; obtinuitque victorias alias ferè innumerabiles ; propter quod à Camonio *Luſiad. cant.* 4. *oct.* 24. appellatur :

Açoute de ſoberbos Caſtelhanos ;

Flagellum ſuperborum Caſtellanorum ; tandem ſolus ca- 33
dentem patriam ſuſtinuit, ſeu potiùs erexit lapſam ; effectus (ut piè creditur) devotionis, quà (velut alter Judas Machabeus) nunquàm pugnam incepit, quin orationem finiiſſet ante Chriſtum crucifixum, cujus imaginem in exercitu portabat, depictamque Deiparam in vexillo ; ut referunt Caſtanheda *in chron. Joan.* 1. *p.* 1. *cap. ult.* ; & *Franc. Soar. Toſcan. in paralell. cap.* 10. Cùm in relato prælio de *Valverde* ab inimicorum multitudine ſuos videret oppreſſos; in occulto loco orabat, vocatuſque in pugnantium auxilium

auxilium non reſpondit, ſed, oratione finitâ, venit, & vicit; Auctores ſunt *Caſtanbeda ſupra p.2. cap.57. Chronica ipſius cap.54. Franc. Rodrig. Lobo in Comeſtab. cant.16.* hunc religionis actum non comparabimus Pompilio, non Scipioni in Africam tranſituro, non aliis qui orabant idola, ſed iis qui, Pompeio irrumpente in Hyeroſolymam, intra templum occidi malebant, quàm interrumpere ſacrificium.

34 Ab hoc Heroë (non ab Alvaro Peres de Caſtro, ut dicit ignarus Caramuel *in Philip. lib.3. diſp. un. q.1. art.1. n.3. & in reſp. ad manifeſt. lib.3. cap.1. n.4.*) proceſſit Regia Domus Bragantiæ per Beatricem unicam filiam nuptam Alphonſo, filio Regis Joannis 1; quid igitur mirum, ſi progenitoris merita tot in genitis excellentias cumularunt?

35 Planè Joannes, Rex legitimè electus à Regno, confirmatus à Pontifice, probatus à Deo, (ut, ex prædecentibus ſignis, negabit nemo, ni ſit ex negantibus Deum in humanis concurrere, adverſus quos doctiſſimus Epiſcopus Salvianus ſcripſit tractatum *de vero judicio, & providentiâ Dei*), defunctus eſt Vlyſſippone annno Domini 1433; ætatis (ut dicebam) 76, Regni 48; jacet in Regio monaſterio *da Batalha* prædicatorum S. Dominici, quod propè Aljubarrotam, ubi fuit prælium, ædificaverat. *Moritur Ioannes 1.*

36 Duxerat Philippam filiam Joannis de Gand (qui fuit filius Eduardi 3, pater Henrici 4, Regum Angliæ) & Blancæ Ducis Lancaſtriæ; Ex eâ, ultrà alios, genuit Eduardum in Regno ſucceſſorem; ex quo Alphonſus 5; & ex iſto Joannes 2, ſucceſſivè Reges; at, Joanne 2, decedente ſine legitimâ prole, devoluta eſt corona ad Emanuelem, ejus patruelem fratrem, nepotem ſcilicet dicti Regis Eduardi ex Ferdinando filio; Emanuel genuit Joannem 3; *Succeſſores Ioannis 1, in Regno.*

cui

cui ſucceſſit nepos (ex filio Ioanne præmortuo) Sebaſtianus; Sebaſtiano autem ſine liberis occiſo, in Africano prælio per Sarracenos, vel in Europâ, dum præ triſtitiâ exularet incognitus, per Caſtellanos, (ſunt enim opiniones variæ), ſucceſſit Henricus Cardinalis, patruus magnus (ex Emanuele natus) quia proximior; & per Henrici obitum ortæ ſunt circa hæreditatem contentiones quæ principalem materiam præſtarunt huic operi, de quâ jam incipimus primum librum ſequentem.

NEC ENIM IN GLADIO SVO POSSEDERVNT TERRAM; ET BRACHIVM EORVM NON SALVAVIT EOS;

Pſal.43.ver.4.

LIBER

Liber Primus
LUSITANIAE LIBERATÆ.

Inſtituit

Litem de Regno per obitum Regis Henrici.

Proponit

Iura partium aſpirantium ad ſucceſsionem.

Concludit

Coronam pertinuiſſe ad Sereniſſimam CATHARINAM Ducem Bragantiæ.

Caſus Quæſtionis.

CVM jus criatur ex facto, & illi ſit implicitum, ut inquit Bart. per textum ibi *in l. ſi ex plagis* 12. §. *in clivo ff. ad leg. Aquil*, ne videamur aliquid reſolvere antequam termini quæſtionis intelligantur, *juxtà l. Domitius* 27. *ff. de teſtam*, firmemus factum, ut jubet tx. *in l. ut reſponſum* 15. *C. de tranſact.* ſecundùm modum traditum per Angel. *conſ.* 100. probatum per Roland. *conſ.* 1. *à princ. vol.* 1.

Henricus Cardinalis Luſitaniæ XVII Rex, (ut vidimus *in procem.* 2. §.3. *n.*36.) defunctus ultimâ die Januarii ann. Dom. 1580. nec aſcendentem, nec deſcendentem, nec fratrem, nec ſororem ſuperſtitem reliquit; ſed tantùm nepotes ex præmortuis ſororibus, & fratribus; qui (nominando eos ſecundùm prioritatem ætatis ipſorum ac patrum) erant ſequentes.

PHILIPPUS 2, Rex Caſtellæ, filius Imperatricis *Eliſabethæ*.

EMANUEL Philisbertus Dux Sabaudiæ, filius *Beatricis*.

ANTONIUS Prior do Crato, filius *Ludovici*.

CATHARINA Dux Bragantiæ, filia *Eduardi*.

 ſuper-

Supererat item.

RAINUNTIUS Princeps Parmæ, nepos proximè nominati *Eduardi*, ex Mariâ jam mortuâ, filiâ primogenitâ.

Hæc conſtant ex Epiſcopo Oſorio *de reb. Emanuel. lib.* 3, 4, & 10. Goëz *in ejuſdem Chron.* Mariſ. *Dial.* 4. *cap.* 19. & aliis; notorium eſſe declaravit præfatus Rex Henricus in proceſſu hujus cauſæ, quam vivens voluit decidere, (ut dicemus *lib.* 2. *cap.* 1.) indubitanter fatentur adverſarii; & clariùs oſtenditur in genealogica arbore ſequenti.

Liber



Mascula dum fuerit, Seruat me, linea, viuum;
Subsidium extinctæ, fœmina, prolis, erit.

Liber Primus
LVSITANIAE LIBERATAE.

CAPVT I.

Conſideratur jus Sedis Apoſtolicæ ad Coronam Luſitaniæ, per obitum Regis Henrici, ex ſpolio ac feudo; eique ſatisfit.

CVM à dignioribus ſumendum ſit exordium, ut notatur, per textum ibi *in* §. *fin. Inſt. de jure nat*; rectè incipiemus à ſummo Pontifice, *qui non puri hominis, ſed veri Dei vices gerit in terris*, ait textus *in cap. quanto de tranſl. epiſc.* undè in mundo *primus locus eſt Papatus*, ut loquitur gloſa, *verbo, ſecundus locus, in cap. ante omnia 40 diſt*; ita *quod Papa maior ſit Imperatore*; inquit alia, *verbo, jurisdictionem noſtram, in cap. novit in princ. de judic.* plura de ejus excellentiis habentur *in cap. omnes 22 diſt*; proſequitur, poſt alios, Caſſaneus *in Cathal. glor. mundi, p.4. conſider.7.* & faciunt quæ ſupra ſcripſi *præm.2.§.2.n.40.*

2 Non propoſuit ſummus Pontifex actionem; verùm,ob aliquotum conſiderationes, inter competitores noſtræ cauſæ eum enumerant *Hyeron. Franchi Coneſtag. in hiſt. union. Portugal.lib.*3; *Schævola, & Ludovic. de S.Marthâ in general.hiſt.domus Franc.tom.*2.*lib.*27; ac alij.

3 Occurrebat primâ facie,quod cùm Rex Henricus eſſet Archiepiſcopus Eboræ, ac Cardinalis, (ut notorium), ejus ſucceſſio pertinere videbatur ad Eccleſiã, juxta diſpoſitionem Concilii generalis Lateranenſis 3,ſub Alexandro 3,(in 7.tom.concil.à pag.mihi 657) *cap.*15. refertur *in cap. cum in officiis* 7, *de teſtam*; & idem probatur *in cap.*1, *cap. quia nos* 9,& *cap.relatum* 12.*eodem tit.*erantque antiquiores Canones *in cap.Epiſcopi,cum ſeqq.*12. *q.*1; *cap.placuit eàdem cauſ.q.*3.*cap.nulli, & cap.obitum eadem q.*5;*cum multis aliis*; de quorum ratione *d.Thom.*2.2. *q.*185. *art.*6,& 7. *Sotto de Juſt.lib.*10.*q.*4.*art.*1,2,& 5. *1 Conſideratio. Ex titulo ſpolii.*

4 In promptu erat reſpondere, illud procedere tantùm in bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis; non in obtentis, antè dignitatem, vel poſt illam, ex ſucceſſione paternâ,aut cognatorum, (ut Regnum de quo agimus,) aut aliò artificio vel ratione habitis ſine reſpectu Eccleſiæ; hæc enim hæredibus deferuntur; ut expreſsè declarant textus allegati,& ultrà *Hoſtienſem, & Covarruv. in tit. de teſtam.* alioſque ordinarios, *latè Michael Craſſ. lib.*1. *recept. ſent.* §. *teſtamentum p.*34. *n.*1, & 2. *communem dicit Clar. in* §. *teſtamentum q.*27. *n.*3. *Reſpondetur.*

5 Veruntamen replicatur hoc eſſe ſi Epiſcopus (qui uxorem habuerat antè Sacerdotium) relinquat filios, vel nepotes, quod ſi hos non habet, *alium quàm Eccleſiam non relinquat hæredem*: inquit tx. *in cap. Epiſcopus qui filios* 12. *Replicatur.*

q.2.

Reſpondetur iterùm. q.2. At eàdem facilitate reſpondetur iterùm, textum illum non imponere neceſſitatem, ſed præſtare conſilium; ut ibi declarat *gloſa, verbo, alium, & eſt communis, ſecundùm Barbat. de præſtantiâ Cardinal. in* 3. *q. baſilicâ* 1. *partis poſt n.*40. *verſic. nunc venio; ſequitur Clar. in* §. *teſtamentum d.q.*27.*n.*2.unde ex patrimonialibus poteſt Epiſcopus liberè hæredem inſtituere quem voluerit, *cap. ſint manifeſtæ eadem cauſ. q.*1.

Inſtantia. Aſt adhuc fit inſtantia *ex cap. quicunque* 12. *q.*3. dicta 6
fatendo ſi Eccleſiaſtici diſponant, *Quod ſi* (inquit tx.) *hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, Eccleſia cui præfuit, vel miniſter extitit, hoc ſibi in perpetuum vendicabit*, concordat *cap.*1. *in fine de ſucceſſ. ab inteſt.* In caſu noſtro Henricus nil de Regni ſucceſſione diſpoſuit; Ergo Eccleſiæ locus patet.

Solutio. Sed ſolvitur hæc inſtantia, dicendo, cum gloſâ *utrobique, & gloſâ ultimâ in cap. requiſiſti de teſtam.* hos textus locum habere ſi Eccleſiaſticus *ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit*, ut declarat tx. *in cap. ult.*12. *q.*5, conſonat *Auth. de Eccleſ. tit.* §. *interdicimus in fin. coll.* 9. ibi: *ſine teſtamentis, & legitimis ſucceſſoribus*, quæ dictio, *&*, utrumque ſimul requirit, juxta naturam copulativæ, de quâ tx. *in l. ſi ita quis* 66. *de hær. inſt. gloſa verbo, & ſi, in l. ſi ſic* 7. *quemadm. ſerv. amit. & verbo, domum, in l. Seiæ* 20. §. *Gaio de fund. inſtr. ubi etiam Bart. & plura Auguſt. Barboſa de diction. in dict. Et*; tunc hæreditas ad Eccleſiam devolvitur ex ratione txs. *in cap.*2. *de pæn.* ibi; *quia nullus ejus hæres proximior videtur, quàm qui ipſum Domino ſociavit*; At, conſanguineis exiſtentibus (ut in caſu noſtro.) Eccleſia non ſe intromittit bonis quæ, ex perſonâ

ſuâ

ſuâ defunctus habuit, quia juſtum eſt apud Deum, & homines ut ejus propinqui ſub obtentu Eccleſiæ non proſcribantur nec in cauſas incidant; ut ratiotinatur tx. *in d. cap. ſint manifeſtæ* 12. *q.* 1; quod autem optima ſit præcedens interpretatio quæ ab alio textu ſumitur docemur à Juriſconſultis *in l. non eſt novum* 26. *cum duabus ſeqq. ff. de legib. facit gloſa fin. in l. quamvis* 11. *ff. de in jus voc.* quæ docet licere offendere verba unius legis ex permiſſione alterius.

7 Vltrà hæc (quæ, ſufficerent,) in ſpetie noſtrà ratio diverſa extra dubium ponit caſum; agebatur enim de Regno, cujus quidem ſucceſſio defertur in plurimis jure hæreditario, at in aliquibus utitur jure ſanguinis; utrumque enim rationabiliter confundit, ſeu miſcuit generalis conſuetudo pro communi utilitate; ut proprio loco declarabimus *hoc libro cap.* 9; modò ſat eſt dicere, inter qualitates ſanguinis quas habent Regna, eſſe unam principalem quod Rex moriens non poteſt cuilibet Coronam relinquere, imò ad eam venit conſanguineus quem leges vocant; & à talibus conſanguineis (ſi ſint) nequit exire, ex primâ voluntate populorum qui Reges conſtituerunt, ex inviolatâ obſervantiâ in omnibus Regnis (non electionis,) & ex aliis notatis per *Abb. in cap. intellecto n.* 5. *de jurejur. Corſet. de poteſt. Reg. p.* 2. *q.* 8. *n.* 6; *Guillielm. in cap. Rainuntius, verbo in eodem teſtam. n.* 155. *de teſtam*; quod in Regno Portugalliæ advertit Summus Pontifex *in cap. grandi in princ. de ſupl. negl. præl. lib.* 6. ibi: *qui eidem Regi (ſi abſque legitimo decederet filio,) jure Regni ſuccederet, ubi notarunt gloſa, & Ancharran*; *& dicemus hoc lib. cap.* 3. *n* 3, *&* 8. ita ut, quoad hoc, (quamvis in aliis ſecus,) non ſucce- *Alia Solutio.*

datur ultimo poſſeſſori, ſed primo inſtitutori, juxta regulas textus *in l.cohæredi 41.§.cum filiæ ff. de vulgar.l.unum ex familiâ 67.§.ſi de falcidiâ delegat 2; l. eum qui 3.ff. de interd.& releg*; cum igitur Henricus nil haberet in Regno, niſi regimen, & uſum fructum pro vitâ (ut aliàs de poſſeſſore maioratus dicitur), & ex jure idem Regnum deberetur conſanguineis, nil erat in quo verteretur quæſtio de
8 ſucceſſione Eccleſiæ. Stantibus præterea legibus Lameci relatis ſupra *in procem.2.§.2. n.42.* quæ diſponunt, quid fiendum defunctis Regibus.

Evanuit prædicta conſideratio.

9 Quare conſideratio prædicta eccleſiaſtici juris ita erat ſine ſubſtantiâ, ut (quidquid Coneſtagius *d.lib.3.*) putem, nunquam ad ſermonem redactam, ſed apud indoctos mentalem tantummodo fuiſſe; volui tamen prænotatis reſpondere, ne aliquid(ſi,ut opto,poſſim),relinquam intactum.

Alia conſideratio ex titulo feudi.

10 Alii maiori fundamento(ut putabant)ita diſcurrebant. Alphonſus Henricus Rex 1 Luſitaniæ, obtulit Regnum Beato Petro, & Romanæ Eccleſiæ ſub annuâ præſtatione quatuor unciarum auri, in ſcripturâ ad longum relatâ *in procem.2.§.2.n.14.* in quo videtur Regnum feciſſe feudatarium d. Eccleſiæ; ut illud vocat Brandão *in monarch.*
11 *Luſit. 3.p. lib.10. cap.10.* Nam imprimis promittit ſervitium, ibi: *ut ego tanquam proprius miles Beati Petri,& Romani Pontificis*; quod eſt ſecundùm naturam feudi; *cap. un. in fine, in quibus cauſis feud. amit. in uſibus feudor.*
12 Deindè fit mentio tranſitus ad hæredes; ibi: *ut omnes qui terram meam poſt deceſſum meum tenuerint prædictum cenſum Beato Petro perſolvant*; quod etiam de naturâ eſt feudi; *cap.un.de nat.ſucceſ.feudi;d.cap.un.in fin. quibus cauſis*
13 *feud.amit.* Vlteriùs continetur quod Sedes Apoſtolica

Regem

Regem Luſitaniæ defendet; ibi: *ut ego defenſionem, & ſolatium Sedis Apoſtolicæ habeam*, quod ſimilitèr de naturâ eſt feudi; *cap. un. in fine de formâ fidelit*; ibi: *Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet, &c.* tenet gloſa *per textum ibi in cap. un. verbo, placet, qualitèr domin.*
14 *propr. feud. privetur.* Tandèm, ut retulimus *procem. 2.* §.2.*n.*17. mortuo uno Rege Luſitaniæ, ſucceſſor confirmationem ſolebat petere à Pontifice, quòd iterùm eſt de feudi conſuetudine, ut in *cap. un. in princ. qui fuit prima cauſa ben. am. cap. un. §. præterea de probib. al. feud. per Frider; cap. un. in princ. de cap. Corrad.*

15 Illam obligationem Romani Pontifices acceptarunt in bullâ relatâ *d.* §.2. *n.*15; ibi: *ad inditium autem quod prædictum Regnum noſtri juris exiſtat, &c*; & in aliâ relatâ *n.*16, ubi ſimilia verba ponuntur; atque ita donatio talis, quamvis abſenti facta, valida fuit, *l. etiam* 4. *l. abſenti* 10. *ff. de donat. & utrobique gloſa*; *teſtatur communem Clarus* 4 *ſent.* §. *donatio q.*12. *in princ.* maximè cùm donatarius virtute donationis poſſeſſionem accepit, *l. nec ambigi 6. C. eo tit*; ut in præſentiarum, ubi per multos annos ſummi Pontifices prædictum aurum receperunt, teſte Brandão ſupra *cap.*11. nec latior ſcriptura requirebatur, imò brevis Epiſtola ſatis fuit; *l. ſi aliquid* 13. *C. eodem*; quibus accedit Eccleſiæ favor, proptèr quem faciliùs valerit donationes; *ad l. ſi quis argentum* 35. §. *ſin autem, verſic. tantoque magis C. d. tit. & quæ Clar. ſupra q.*17. *n.*1. *Tiraq. de privileg. piæ cauſæ privil.*124, & 128.

16 Planè, in feudo, etiam paterno, imo etiam in antiquo (quale iſtud reputabitur, cùm veniat ab aſcendenti communi agnationis ultra quartum gradum, *juxta cap. un.* §.1.

in fine de ſucceſ. feud. Jacob. Alvarot. in procæm. feud. fol.4. verſic. ſexta eſt diviſio; Bald. in §. hoc quoque de ſucceſ. feud. Rebuff. in declar. feud. verſic. quarta diviſiò. Jul. Clar. in §. feudum q.8; & alios,) quamvis noviſſimo jure ſuccedant uſque ad ſeptimum gradum Collaterales qui à primo acquiſitore deſcendunt, *cap. un. §. hoc quoque de hiſqui feud. dar. poſſ; cap. un. §.1. ubi gloſa, verbo, avi, & Bald. de feudo March. Paul. Paris conſ.1. n.115. lib.2. Zaz. de feud. p.8. verſ. tertia concluſio Jul. Clar. ſupra q. 97.* attamen, cùm ſit feudum maſculinum, (conſtitutum inquam in D. Alphonſo), *juxta cap. un. de eo qui ſibi; Valaſc. de jur. emphit.1.p.q.40.n.9, verſic. vel quia, Rebuff. ſupra verſ. quinta diviſio*; procul dubio non ſuccedunt in eo fæminæ, nec earum filii, licet maſculi, niſi ſpecialitèr (quod hìc non apparet) fæminis ſit proviſum; *cap. un. §. hoc autem de his qui feud. dar. poſſ. cap. un. de ſucceſ. fratr. cap. un. an mut, vel aliàs imperfectus in fin; gloſa, verbo, frater ad fin. in d. cap. un. §. cùm verò, & verbo à ſucceſſione feudi in fine de his qui feud. dar. poſſ; & in cap. un. §. filia, verbo, ſuccedit de ſucceſ. feudi;* & eſt communis regula ſecundùm Dec. *conſ.139. verſ. ſed tamen,* & moribus feudorum recepta, ſecundum Zaz. *de feud p.8. verſ. ſuper ſecundâ particulâ*; pleniſſimè Sonsbec. *de feud. 9.p. ex n.118*; refert plurimos Rebuff. *ſupra, poſt princ. verſ. ſeptimò fæmina.* Ergo cùm collaterales Henrici poſſeſſoris eſſent omnes fæminæ, vel earum filii, ut vidimus *in caſu ad principium huius libri,* nullus poterat in feudo ſuccedere, ac per conſequens illud ad Eccleſiam dominam devolvebatur, juxta regulas de quibus *in cap. un. §. fin. quæ fuit prima cauſa ben. amit. cap. un. quemadmodum feud. ad fil. pert; cap. un. verſ. quod ita de ſucceſ. fratr;*

cap.

cap. imperialem in fine princ. ubi gloſa, verbo, revertetur, de prob. feud. al. per Frider; ut Eccleſia, vel illud retineat, ut aliqua retinet; vel, ſaltèm, illud renovet alicui ex conſanguineis defuncti; juxta textum *in cap. ex parte de feud. in jure canonico*; gloſam, *verbo, impetrabile, in l.* 1. §. *permittitur ff. de aqua quot; & æſt; & ibi Bart. idem, & Ripa in l.* 1. *de privil. cred. Alvarot. & Præpoſ. in d. cap. un. quemadmodum feud. ad fil. pert*; *Tiraq. in præf. retract. n.* 41. *Clar. lib.* 2. *ſent. d.* §. *feudum q.* 87; ut aliquando fecit in Regno Neapolis. Dixi omnes Henrici collaterales fæminas, vel fæminarum filios, quia, quamvis Antonius maſculus ex Ludovico maſculo erat genitus, cùm tamen extra matrimonium, ut videbimus *hoc libro, cap.* 4, eum hîc non conſidero ad feudi ſucceſſionem quæ non admittit niſi legitimè natos; ſecundùm, *gloſam, verbo, ſuccedit, in cap. un. in princ. de nat. ſucceſ. feudi.* *Circa reſponſionē.*

18 Adverſus hæc omnia primo intuitu ſeſe offert peremptoria exceptio præſcriptionis centum annorum, (quæ etiam contra Romanam Eccleſiam currit, *Auth. quas actiones C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. ad audientiam, & cap. cum vobis de præſcript.*) cùm non ſolùm per centum, ſed & per pluſquam ducentos annos, Luſitaniæ Regnum in nihilo relatam illius ſcripturæ obligationem ſervaverit. Sed aliundè obſtat, quòd cùm Luſitaniæ Reges in archivo ſuo cuſtodierint citatas bullas, eam maximè Alexandri 3, in confirmationem Regij tituli, non poſſunt dicere ſe ignoraſſe obligationem in eiſdem contentam; *juxta reg. l. non eſt ferendus* 12. *ff. de tranſact.* quæ ſcientia inducit malam fidem; & præſcriptionem impedit, ex allegandis commodiùs, *lib.* 3. *cap.* 5. *Nota diſcordiam Advocatoru Regis Caſtellæ.*

19 Ille Caramuel (aliquandò à nobis relatus *proœm.* 2.) ut ſatis-

ſatisfaciat huic Pontificis actioni (quam nunc plus roboravi) in libro cujus titulus *Philippus prudens &c. lib.5. per totam diſput.1.* dividit feudum in ſpirituale, & temporale, (quaſi Luſitania Eccleſiæ feudum in ſpiritualibus tantùm ſit) de quà diviſione *q.1. art.3. in princ.* ait quod eſt *illuſtris, ſed non omnibus nota*, & meliùs diceret *nemini nota*, ſiquidem nec ejus allegat Authorem, nec à tempore quo feuda inceperunt, aliquis fecit illam; ait Ant. de Fuertes, (jam etiam citatus) *in Antimanifeſto Portugal. art. 5. ad med.* quare (quamvis ipſius pro Rege Caſtellæ coadvocatus,) eam latè reprobans, oſtendit Caramueli, Eccleſiaſticum feudum, cum quo fortè, ſe æquivocavit, ut ſolet, ſpirituale non eſſe; ſed dum illi (ut ſæpiùs jam ſupra vidimns) ſeſe invicem longiſſimè oppugnantes demonſtrant vel ſui Regis cauſam non habere fundamentum ſolidum, vel ipſos, qui diſcordant, illud non percipere, ego edoctus à Gregorio Nazianzeno *in Sanct. Lavacr.* quod verborum *Satietas inica eſt auribus, quemadmodum cibus ſuperfluus corporibus*, & ab Origine *ſup. lib. Judic. homil.6.* quod *brevis ſermo & auditur libentiùs, & attentiùs, & meliùs memoriæ commendatur*; ſequar conſilium Pythagoricum, *Non multis verbis pauca comprehendas, ſed paucis multa*; nec poterit negari, *Artificia eſſe totum comprehendere ſub exiguo*, ut dixit Seneca, *Epiſt.38.*

Vera Reſponſio ad conſiderationem poſteriorem.

Igitur breviter reſpondeo, Fr. Antonium Brandão op- 20
timum hiſtoricum, in juris cognitione defeciſſe, feudatarium vocando Luſitanum Regnum; quamvis enim allegata ſcriptura aliquot contineat clauſulas accommodatas feudo, prout conſideravi *ex n.11*; ſubſtantiales deſunt; & quidem de naturâ feudi agunt *DD. in cap. un. de nat. feud.*

Sylveſter

Sylveſter de Prierio in ſuâ Summâ, verſic. feudum in 1. *q.* atque alii, ex quibus Joann. Baptiſta *in repet. cap.* 1. *de feudi cognit. col.*9. *cum ſeq.* ponit triginta, & quinque regulas; ſed Franc. Sonsbec. *de feud.* 4. *p. pag.*29. *cum ſeq.* congerit ſolùm viginti,& tria naturalia contractus feudalis proprii, & recti; cætera verò pacta inter dominum, & vaſſallum accidentalia ſunt, ut explicat Zaz. *de feud. pag.* 6, *& pag.* 213. Ego duobus tantùm contentus ero probare intentum.

21 Prius: *Sciendum eſt, feudum ſine inveſtiturâ nullo modo conſtitui poſſe,* ait tx. *in cap. un. quib. mod. feud. conſt. pot. ubi Baldus, & Freder. Schen. n.*1; *cap. un.* §. *fin. de feudi cogn. Zaz. ſupra pag.*48. *cum ſeq. Guille. de feud. lib.* 1. *cap.*7. intelligo, ſine inveſtiturâ verâ, quæ conſiſtit in poſſeſſione, *cap. un. in princ. quid ſit inveſtitura ubi Bald.* vel ſine inveſtiturâ abuſivâ, (ut eam vocat præcedens textus,) id eſt eo quod habetur pro inveſtiturâ; *cap. un. in princ. de conſuet. recti feudi; gloſa verbo, inveſtiturâ, in cap. un.* §. *fin. de feudi cognit.* quæ quidem fit per inſtrumentum, dicente domino, coram duobus paribus curiæ, vel his deficientibus, coram teſtibus, ad vaſſallum: ego te inveſtio iſto anulo, enſe, haſtâ, pileo (vel aliâ re corporeâ,) vade in poſſeſſionem illius feudi, & teneas illam; cui deinde ſequi debet realis poſſeſſio; ita inquiunt proximi duo textus; *& cap. un. qui teſt. ſunt nec; Præpoſ. in cap. un. de nov. form. fidel. & in d. cap. un. quid ſit inveſt. ubi etiam Alvaro; Cacialup. in cap.*1. *de feud. cogn.*6. *p. Valaſc. de jur. emphit.* 1. *p. q.*39 *n.*18. debet etiam per viam regulæ intervenire juramentum debitæ fidelitatis; *juxtà cap. un. qualiter jur. deb. vaſſal. & cap. un. de novâ formâ fidel.* licet aliquandò per ſpeciale Rationibus.

pactum

pactũ poſſit remitti.*cap.un.*§.*nulla per quos fiat inveſt.cap.un.* §.*eſt & alia, quæ fuit prima cauſa ben. Hoſtienſ. in ſum. rubr. de feud.* §. *unde dicatur Rebuff. in d. declar. feud. ad princip. verſ. ſecundò quæritur* ; Si verò abſque his ſolennitatibus *domino jubente quis alicujus rei, nomine feudi, poſſeſſionem nanciſcatur, & teneat, licet tamen poſſeſſionem taliter adeptam, dum vixerit, quaſi feudi nomine, retinere, hærede ejus in hoc jure nullo modo ei ſuccedente*, ſic proſequitur *d.cap.un.quibus modis feud. conſt.pot*;& gloſa *verbo paribus curiæ, in d. cap.un. de conſuet.recti feud*; dat rationem : *quoniam tunc non propriè feudum, ſed quaſi feudum conſebitur* ; confirmant omnes ſupra citati. Planè ſummus Pontifex nullam ex re- 22
latis, id eſt, nec veram, nec fictam, inveſtituram fecit Regi noſtro Alphonſo, nec alicui ex ſucceſſoribus ; imò ille quandò miſit ad Pontificem jam ſe Regem vocabat, ut apparet in eàdem ſcripturâ donationis, *de quâ n.*10.quæ incipit : *Alphonſus Dei gratiâ, Rex Portugalliæ, &c.* igitur, ſecundùm jus, impoſſibile eſt feudum hìc dari.

Poſterius, (omiſsâ quæſtione, utrum de ſubſtantiâ feudi 23
ſit quod directum dominium proprietatis apud concedentem remaneat ? in quâ, partem negativam tenet, *addit margin.ad gloſ.*1. *in cap. un.de his qui feud. dar. poſſ. Moder. Pariſ.lib.*1.*tit.*1.*n.*53. ſed affirmativam meliùs *Zaz.de feud. pag.*6.*Claud.eodem tract.pag.*62 ; *Valaſc.d.q.*39.*n.*4. pro quibus eſt *cap. un. ad fin. in quibus cauſis feud. amit* ;) illud eſt extrà dubium, feudum à principio non poſſe concedi niſi ab eo qui eſt dominus rei quàm in feudum dat ; *probat. cap. un.de Clerico qui inveſt.cap.un. qui ſucceſ.ten.*nam licet Doctores non acquieſcant definitioni *capitis un. ad fin. in quibus cauſis feud.am* ; ſed ab illis variè definiatur, ut latè refert

Rebuff.

Rebuff. in d. declarat. feud. in princ. verſic; primò quæro; omnes tamen definitiones concordant in eo quod ſit, *rei immobilis, vel æquipolentis conceſſio cum tranſlatione utilis dominii, &c.* ut ſpecialiùs eſt videre *per gloſam, magnam poſt med. in clement. paſtoralis de ſent. & re jud. Jo. Raynaud. in compend. feud. in princ; Valaſc. ſupra q. 38. n. 1.* nemo autem dare poteſt quod non habet, *l. nemo plus 53. ff. de reg. jur. c. nuper 6. de don. inter vir; cap. Daibertum 1. q. 7.* cum notoriis. Atqui Summus Pontifex non erat Dominus Luſitaniæ in merè temporalibus, ut diximus *procem. 2. §. 2. n. 23.* ergo non poterat Luſitaniam in feudum dare; quod tantum abeſt, ut potiùs in citatâ ſcripturâ Alphonſus Luſitanus agat Dominum, Sedi Apoſtolicæ dando; ibi: *terram quoque meam Beato Petro, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ offero, &c.* quod verò Summi Pontifices in relatis bullis aiunt: *concedimus,* eſt ſolùm ob conſuetudinem de quâ *in 2. Procem. §. 2. ex n. 19. uſque ad 22.*; & quod inquiunt: *confirmamus* benè oſtendit nil ferè tribuere, ſed jus Regis ex populi acclamatione conſervare; hoc enim importat confirmatio in formâ communi; *cap. præceptis 12. diſt. gloſa, verbo, auctoritate in cap. quis neſciat ead. diſt; & verbo confirmationem in cap. 1. de confirm. ut; quæ citant jura alia. Dec. in hac rubr. n. 2. Guttier. pract. lib. 3. q. 17. n. 40, & eſt notum.*

25 Vnde quod principaliter remanet feudum redolens eſt dicta annualis præſtatio; hæc autem feudum non inducit, imò rem liberam relinquit. *Menoch de præſ. lib. 3. præſ. 91. n. 14, ubi inter alios allegat Afflict. deciſ. 129. n. 3. in fin. teſtantem ſic judicatum, & Grammatic. deciſ. 77. n. 8.*

26 Equidem in principio relatæ ſcripturæ declarat Rex *Exemplis*

Alphonſus, eam ſe obligationem Eccleſiæ Romanæ facere, ut in hâc vitâ, & futurâ patrocinium Beati Petri obtineat; quod cùm oſtendat cauſam finalem, *juxta gloſ. verbo præſentia, verſ. poſuit enim, in extrav. ad reprimendum, quom. in læſ. majeſt. crim. proc. & vulgaria*; oſtendit etiam ſolam continere devotionem, ex quâ ſimiles obligationes fecerunt eidem Eccleſiæ Andelolphus, aliàs Aliulphus, & Joannes Reges Angliæ; ille conſtituens ut ſingula domus Angliæ quotannis ſolveret ſingulos argenteos; iſte centum auri marchas pro Angliâ, & Hiberniâ; quod aliquandiù ſervatum eſt; Spitigneus Borivorii filius Bohæmiæ Dux, imponens argenti libras annuas centum, Pontifici Romano ſolvendas; Poloni qui tributarii ſe fecerunt Sancto Petro ob Cazimirum voto religionis ſolutum à Papâ; Daniæ, & Norvegiæ Regnum Sedi Apoſtolicæ vectigale factum Paſchale 2 Eccleſiam gubernante; conſtant hæc ex *Philip. Bergamas, lib.* 11, *&* 12. *ſupplementi, Paul. Æmil. lib.*6. *Blond. lib.*6. *dec.*2. *Papyr. Maſſon. annal. lib.* 3. *in vitâ Philip. Aug. Cromer. hiſt. Polon. lib.* 4. *Dubrav. lib.*10; *& ex Bibliothecâ Lateranenſi refert. Bozius de ſign. Eccleſ. tom.*2. *lib.*17. *ſign.*76. *cap.*4. & cum hi & alii Principes non niſi ab Eccleſiâ coronari poſſent, ut diximus *in* 2. *Proœm.* §.2. *n.*22; quod redolet inveſtituram feudo propriam; *ut ſupra in hoc cap. n.*14, tamen eſt 27
notum, regna illa nunquam exiſtimata fuiſſe feudataria; quia illud, ex devotione promiſſum, verè eſt cenſus, (ut eum appellat noſter in d. ſcripturâ, ibi: *ſub annuo cenſu.*) quem Reges conſtituerunt ſuper re propriâ, ut eſt de naturâ hujus ſpeciei cenſus *ad l. fin.* §. *fin. de contrah. empt. & extrav.*1. *Martini* 5; *& extrav.*2. *Calixti* 3. *quas habemus*

in

in extrav.commun. ſub tit.de empt.& vend. & inde vulgò dicitur quod cenſum ſolvimus de re noſtrâ, penſionem verò de alienâ; *ut ſcribit Everard. in loco leg.31. Clar. verbo, emphiteuſis,q.*1.& ſolvens illum habet omne jus rei,*gloſa verbo, juxta ratam,per textum ibi in cap. conſtitutus 6.de relig. dom. & ibi Panorm. n.20; teſtatur communem Jaſ.in l.*1.*ex n.*28. *C.de jur. emphit; & in prælud.feud.n.*11. nec eſt ſervus,*gloſa ult. in cap. auctoritate* 4. *de privil. in* 6. multa in idem videri poſſunt apud Valaſc.*de jure emphit. p.*1. *per totam q.*32.

28 Tandem ſi adhuc eſſet dubium (quod abeſt) ſcriptura judicanda foret potius cenſuaria, quàm feudalis; juxta allegata ſupra,*in* 2.*proœm.*§.1.*n.*33,& 40.quod fortiùs procedit, quando conſtat Regnum nunquam fuiſſe ſummi Pontificis, ſed Alphonſum Regem voluntariè impoſuiſſe præſtationem annuam; *ut per Afflict. deciſ.* 129. *n.*6; *ait Valaſc. d. q.*32. *n.*35. *ad med; argum. l. unum ex familiâ* 67. §. *ſi rem tuam in fine ff.de legat.*2; & §.*retinendæ,verſ.commodum Inſt.de Interdict*; vel ſi in eâ regione magis frequentetur cenſus,quàm feudum; *ex l. cum de lanionis* 18 §. *item cacabos ff. de inſtruct. vel inſtr. legat*; ibi: *in quâ præſumptione ſunt qui in quaque regione commorantur*; *l. ſemper in ſtipulationibus* 34.*de reg.juris*; ibi: *id ſequamur quod in regione,in quâ actū eſt frequentatur; ubi latè Dec.Valaſc.proximè,quibus addo dicta in d.*2.*proœm.*§.1.*n.*41.*in princ.*at verò in totâ Hiſpaniâ frequentiſſimi ſunt cenſus,*ut ait citatus Valaſc.ibi n.*8; de quibus fecit integrum tractatum Felicianus;è contrario autem de feudis idem Valaſc.*q.*38. *in princ.* ſic teſtatur: *Materia feudorum in noſtrâ Hiſpaniâ parum frequens eſt, & ſi qua feuda reperias magis accedunt emphiteuticis contractibus, aut cenſualibus, quàm veris feudis; in hac in-*

clytâ Luſitaniâ nullus eſt omninò feudorum uſus.

Ita ſummus Pontifex *in cap. grandi (in integrâ) de ſupl. negl. præl. in 6.* Portugalliæ Regnum non niſi cenſuale vocat, ibi: *cum ſit Romanæ Eccleſiæ cenſuale*; & eſt hic cenſus ex illis qui ſolvuntur tantùm in ſignum protectionis, de quibus textus *in cap. conſtitutus ad fin. de relig. dom; cap. recepimus* 8. *ad fin. de privil; gloſa, verbo ad ſubjectionis inditium in cap. ult. de cauſ. poſſ.* quod apparet tam ex epiſtolâ Luſitani Regis, quàm ex bullis ſummorum Pontificum, utrobique enim principale eſt negotium de protectione Beati Petri.

Authoritate.

Et quidem ſi hoc, feudum fuiſſet, fortè non potuiſſet ſuccedere in eo Henricus, quià ſacerdos; *ex cap un. §. fin. de feud. fœm. cap. un. §. qui clericus, ſi de feud. def. contr. ſit*; 29
*communem dicit additio n.1. ad Jul. Clar. in §. feudum, q.*78; quod eſt ex mente omnium, teſte *Ruin. conſ.*42.*n.*10.*lib.* 1; quandò in feudo debetur ſervitium perſonale, (ut in noſtro, ſi eſſet, ex dictis, *n.*11.) ſequitur Clar. *ſupra n.*3. *verſ. de clerico ad fin*; niſi dicas aliud eſſe cùm ſervitium debetur Eccleſiæ, tunc enim ceſſabit prohibitionis ratio de quâ gloſâ *in textu proximo*; quod modò non oportet diſputare.

Summus Pontifex noluit facere cauſam injuſtam.

Ex ſupradictis, Gregorius XIII. tunc Pontifex maximus, procedens ita ſcientificè, & ſanctè, ut ſupremæ illi dignitati proprium eſſe diximus *in* 2. *proœm.* §.2. *n.*40, loquentes de hoc feudali titulo, cognovit plus diligere adu- 30
lationem, quàm veritatem, propterea, egit ſolùm de juſtitiâ abſque armorum tumultu adminiſtrandâ aliis, qui ad coronam aſpirabant; ut videbimus, *lib.*2.*cap.*1. ſed illius paternum intentum effectu caruit.

CAPVT.

CAPVT. II.

Cogitatur de jure Monaſterii Clarævallis, in Galliâ, Ciſtercienſis ordinis, ad Luſitaniæ Regnum per Regis Henrici deceſſum ex titulo feudi; ſed invenitur nullum.

1 POſt jus antecedens, proximè ago de præſenti; nàm *caſus quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis non ſunt quo ad juris diſpoſitionem ſeparandi*; inquit Oldradus *in ſummar. l. illud 32. ff. ad l. Aquil.*

2 Tempore deceſſus Regis Henrici, de jure Clarævallenſis monaſterii, nec quidem cogitatum; poſtea, in lucem editâ primâ parte Chronicæ Ciſtercienſis, & tertiâ monarchiæ Luſitanæ per Brittũ & Brandão noſtros à quibus publicata fuit ſcriptura tranſlata à nobis *ſup. procem. 2. §. 2. n. 44.* cæpit aliquis agere de hoc, ſolùm arguendi gratiâ; Ego verò qui ſereniſſimum Regem Joannem IV. unicum oſtendo legitimum ſucceſſorem, diſputabo punctum, memor ſententiæ Epiſcopi Salviani *de vero judic. ac provid. Dei, lib. 1. poſt med. verſic. quamvis*, dicentis: *melius eſt plus probare aliquid quàm neceſſe eſt, quàm minùs forſitan quàm negotio debeatur.*

3 Ex ſcripturâ ad longum relatâ *d. n. 44.* conſtat Alphonſum Luſitaniæ Regem primum, ſe ac ſucceſſores in Regno obligaſſe ad ſolvendum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Clarævalle per ſingulos annos quinquaginta maribitinos auri; in quo inductum fuiſſe feudum aiunt *Brit. in chron. Ciſter. lib. 3. cap. 5. & Brandão in monarch. Luſit. 3. p. lib. 10. cap.* *Pro dicto monaſterio.*

*cap.*12. & probari videtur; I. Quia Rex promittit ſervitium eidem Ciſtercienſi Ordini; ibi: *Si verò contigerit per noſtrum dominium, &c.* II. Fit mentio de hæredibus, ibi: *Omnibus & ſingulis ſucceſſoribus meis in hæreditatem hujus Regni legitimè intrantibus.* III. Continetur quod beata Maria apud Deum Regis erit advocata; ibi; *Beatam Deigenitricem apud Deum advocatam habere*; item quod prædicti monaſterii religioſi Deum orabunt pro Regno; ibi: *Fratribus verò in dicto monaſterio, &c.* quæ omna de naturâ ſunt feudi, ut dictum extat *cap.*1. *n.* 11, 12, & 13. quorum probationes hîc non repeto, ne reſucitem ea quæ jam ſunt perorata, contra *l. fin.* §. *in refutatoriis C. de appellat.* & per ſcripturam inter abſentes valuiſſe: maximè cùm illius virtute donatarius poſſeſſionem obtinuerit (ut dicemus *n.*4.) probavimus etiam *d. cap.*1. *n.*15.

Feudi autem Dominus poterat eſſe monaſterium illud, 4
& ejus Abbas; quia omnes qui non prohibentur jure, infeudare poſſunt; *Rebuff. in declar. feud. poſt princ. verſ. quis poſſit ex Hoſtienſ. in ſum. de feud.* §. *quis poſſit, ac aliis*; imò Abbates poſſe exprimit tx. *in cap. un. in princ. de his qui feud. dare poſſ.*

Et quidem quamvis de verbali acceptatione ex parte 5
monaſterii nobis non conſtat, eam tamen habemus facto, inter quas nihil intereſt; *juxta regul. l. de quibus* 32. *verſ. nam quid intereſt, ff. de legib.* ſcimus enim per annos plurimos taxatam auri quantitatem prædicto monaſterio ſolutam fuiſſe, ex ſcripturis relatis à Fr. Bernardo de Britto *in Chron. Ciſterc.* 1. *p. lib.*3. *cap.*6. Scimus item ejuſdem mo- 6
naſterii religioſos cum Abbate ſanctiſſimo Bernardo ex parte ſuâ feudo ſatisfeciſſe, orationibus juvando noſtros

in

in neceſſitatibus ; ut de reciprocâ obligatione feudi tenebantur ſecundùm jus allegatum *ſuprà eodem cap.*1. *n.*13, & ad quod expreſsè donationis ſcriptura eos obligaverat, ibi : *fratribus verò in dicto monaſterio, &c*; nam cùm anno Dom. 1147 (quinto poſt ſcripturam) idem Rex Alphonſus pro capiendo à Sarracenis fortiſſimo oppido *Santarem*, acerrimè pugnaret, magnus Bernardus in ſpiritu è Galliâ videns periculum, religioſis monaſterii convocatis unà cùm eis orare cæpit, & noſtris (velut alter Moyſes) victoriam obtinuit, cujus nuntium, cœlitus ſibi in inſtanti datum, communicavit adſtantibus prorumpens in hæc verba : *Benedictus Dominus Deus meus; qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum* ; eâdemque die ſolenni proceſſione, miſſæque ſacrificio Abbatialibus inſignibus Deo grates egit ; narrat *Britto d. lib.*3.*cap.*20, & *Brandão in monarch. Luſit.*3.*p.lib.*10.*cap.*21, & 31; & *lib.*8. *cap.*16 ; ubi de aliis etiam favoribus ab eodem ſancto col-
7 latis Luſitaniæ, mentionem facit. Ipſa Deigenitrix Luſitaniæ regnum à Caſtellanis defendit tempore Regis Joannis 1 (ut narravimus in 2. *prœm.* §.3. *n.*27) juxta verba illa ſcripturæ relatæ : *Virgo mater Domini mei Jeſu Chriſti* ----- *coronam hanc ab omni externo dominio liberam conſerves*; ſub quâ ſpe inſignis ille heros, inclytus patriæ defenſor, magnus Comeſtabilis Domnus Nunius Alvares Pereira pro ſtemate in vexillis portabat venerandam imaginem Virginis, à quâ favores recepit eximios ; referunt *Ferdinand. Lop. in chron. Regis Joan.* 1.*p.*1. *cap. ult*; *Franc. Soar. in paralellis, cap.*10 ; idemque vidimus in libertate noſtrâ in Rege JOANNE IV, ut expendemus *in append. c.*2.*n.*12, & *n.*29. *in fine.*

Quinimò

Quinimò quamvis ex parte monaſterii nulla daretur 8
acceptatio, donatum ei acquireretur, *juxtà l. ut inter 23, aliàs ult. C. de ſacroſ. Eccleſ; & argumento l.3. ubi gloſa, verbo, dedicatam, in princ. C. de furt ; gloſa, verbo, hæredis, verſic. ſed dicas, in l. ſervos 35. ff. de liberali causâ ; & quæ Tiraq. de piâ causâ privil.*115. *in princ.* ubi de more ſuo innumeros citat.

Planè, ſuppoſito feudo, illud vacaſſe, & dicto monaſte- 9
rio aperiri videtur, argumentando ut ſupra *d. cap* 1. *n.*16, & 17.

Contra monaſterium. Pro reſponſione, *ut in præcedenti cap. n.*18.) ſeſe offert 10
præſcriptionis exceptio ; at ſemper fatebimur, nunquam à noſtrorum Regum memoriâ quod Deiparæ Virgini debent, cecidiſſe ; nequaquam igitur ea procedet allegatio, prout *d.n.*18. diximus.

Similiter rejicienda venit Caramuelica differentia à 11
nobis relata *eodem cap.*1. *n.*19, quam miſer ille author ad præſentem caſum repetit *in Philippo lib.*5. *diſput.*2. *q. un. art.*3 ; & ineptam vocavimus *d.n.*19. ex ſententià Antonii de Fuertes coadvocati ipſius.

Reſolutio. Dicendum ergo, ut in antecedenti cap. *ex n.*20 ; ſcrip- 12
turam monaſterio Claravallenſi factam, etſi contineat aliqua feudum redolentia, in ſubſtantialibus feudi deficere; ſcilicet in inveſtiturâ, & directo monaſterii dominio ; non repetam jura ibi notata, ſed memorabo, hîc debere militare, nam eadem ratio invenitur, ut, *ultra d.l. illud* 32, & *quæ ibi gloſa verbo, æſtimari, ff. ad leg. Aquil ; probat l.*3. §. *unde etiam, cùm aliis quæ gloſa ibi, verbo, diverſitatis, de injuſt. rupto ; & alibi paſſim.* Et ſi ibi *n.*25. exemplis confirmavimus, hîc etiam non deſunt ; legimus etenim apud

Brandão

Brandão *d. lib.*10. *cap.*12. & alios, Alphonſum 6 Caſtellæ ac Legionis Regem, nec non & Aragoniæ Reges, ſimiles Cluniacenſi monaſterio donationes feciſſe; nec propterea, Regna illa in feudum illius monaſterii adjudicata ſunt. Sed certè ex tali devotione cenſus oritur, ut notavimus *d. loco n.* 27.

13 Veruntamen replicatur, in præſentiarum ampliùs eſſe quàm in ſcripturâ de quâ præcedenti capite egimus; in illâ enim nullum de feudo verbum; in noſtrâ multa videmus *d. Proœm.*2. §.2. *n.*44. ibi: *tribuant in modum feudi, & vaſſalitii quinquaginta marabitinos auri, &c.* quinimò inferiùs non dicit, *in modum*, ſed, ſimpliciter: *de feudo, ſeu vaſſalitio altare beatæ Mariæ reparabunt*, &c. & iterùm: *hujuſmodi feudum annuatim habebunt*, &c. & in fine: *hoc vaſſalitium, & feudi teſtimonium*, &c. quæ verba non debent eſſe otioſa, *l. fin. C. de donat*; ſed intelligenda ſunt ut aliquid operentur, *l. ſi quandò* 109. *aliàs* 112. *ff. de legat.*1. *ubi gloſa verbo fruſtra, & Bart.* & cum effectu, *l. pen.* §. *docere ff. ne quis eum qui in jus voc; ubi gloſa, verbo, cum effectu, dat concordantia; cap. relatū, ubi etiã, gloſa alia refert, de cleric. non reſid*; cum ergo tam in contractibus, quàm in ultimis voluntatibus, & legibus, verbis inhærendũ ſit donec contrarium oſtendatur, ut (ſingula ſingulis referendo) probant *gloſa* 2. *in l.*1. *ff. mandati, l. non aliter* 69. *de legat.* 3; *& gloſa per tx ibi, verbo, edicti in l.*1. §. *licet autem de exercitor. quæ alia jura citat*, imò in potentiori, & digniori ſignificatu accipiantur §. *ſed jus quidem Inſt. de jur. nat*; propriè, & non fictè, *l. fin. & ibi Bald. C. de his qui ven. &c.* concludendum, quod iſta contractui dant nomen, undè ejus natura feudalis indicatur, *juxtà tx. in* §. *eſt & aliud* *Replicatur.*

Inſt. de donat; *& in princ. inſt. quibus modis re contr. oblig. ubi gloſa, verbo, tuum fiat*; *gloſa, alia jura citans, verbo nomen, in l. decernimus 26. C. de Epiſcop. & Cler. & quæ Abb. in cap. 1. col. pen. verſ. ultimò pro juvenibus, de judic.* Quæ omnia fortiùs procedunt ob illorum verborum relatam geminationem, & repetitionem, cujus magna eſt vis; *ad textum cum gloſâ 1. ibi, in l. ſi ſtipulatus 4. ff. de uſur. gloſa, verbo, etiam fructus, in l. Balliſta 32. ff. ad Trebellean. D D. in l. legata inutiliter 19. de legat. 1.*

Tandem, ſi in dubio ſimus, interpretatio eſt facienda 15
contra Alphonſum noſtrum; nam licet ambiguum, contra creditorem, pro quo profertur, ſit interpretandum, *l. ſi in emptione 34. ubi Bart*; *& Bald. de contrab. empt. l. ſtipulatio iſta 38 §. in ſtipulationibus de verb. oblig*; *Bart. in l. veteribus 39. de pact*; & in favorem promiſſoris, *l. quidquid adſtringendæ 96, aliàs 99. ubi Bart. proximo tit*; tamen cùm hoc procedat in odium creditoris qui potuit ſibi latè cavere, ut declarant textus *in d. l. veteribus, & l. quidquid adſtringendæ*, non militat contra Eccleſias quæ, in devotis oblationibus acceptandis, non loquuntur; ſed intrat alia regula quod judicandum eſt contra proferentem (etiam ſi ſit debitor) qui potuit clariùs loqui. *Bart. per textum ibi in l. ſi arborem 17. §. fin. ff. de ſervit. urban*; *& gloſa ibi verbo pollicetur.* Accedit quod præſens donatio (ut ex illius prin- 16
cipio oſtenditur) ſapit remuneratoriam quæ obligat efficaciùs; *ad l. pen. §. fin. ff. de donat*; *additio ad gloſam 1. in l. ſi unquam C. de revoc. donat. Clar. in §. donatio q. 3 & ibi addit*; *Tiraquel. in d. l. ſi unquam, verbo, donatione largitus, ex n. 66.* Et tandem juvat privilegium piæ cauſæ, *de quo cap. 1. n. 15*; *& in præſenti, n. 8.*

At

17 At verò his omnibus reſpondetur, quod cùm verba non ſemper ponantur propriè, ſed aliquando impropriè, *ut probat l. certi condictio 9. in princ. ff. ſi cert. pet; ait gloſa fin. in l. fin. C. de ſerv. fugit; & gloſa* 1. *in l.* 1. *C. de uſufr. & gloſa fin. in §. fin. Inſt. de lege Falcid;* de quo habemus exempla *in l.* 2. *ibi: manumitti, ff. de off. proconſ; L. Plautius* 61; *ibi; procuratorem, de procur; & in l.* 1. *§.* 1. *ibi; manumiſſionem, de legat* 3; *l.* 1; *C. de uſufr; & utrobique gloſa;* non ſemper debemus propriæ ſignificationi inhærere, *ut ait bona gloſa per txs. ibi & alibi, verbo, ſi verba, in cap. paratus* 23. *q.* 1. quia *plerumque dum proprietas verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur,* ait tx. *in cap. propterea* 8. *de verb. ſign; proſequitur gloſa verbo, inſtituta, in cap. is autem* 22. *q.* 2. ſed potiùs mens proferentis attendenda; ut in diſpoſitione legum eſt *tx. in l. ſcire leges,* 17. *ff. de legib; l. non dubium* 5. *C. eodem; circà quod Math. Gribald. de methodo, ac rat. ſtud. lib.* 1. *cap.* 9. in ſententiis, *l. in ſummâ* 59. *aliàs l. in ſententiis de re jud.* in ultimis voluntatibus, *l.* 3. *§. conditio in fine, cùm aliis de quibus gloſa ibi, ff. de adim. leg.* in contractibus *l. in conventionibus,* 219. *de verb. ſign; l. fin. C. quæ res pign. oblig. poſſ;* quià potior eſt finis, quàm ea quæ ſunt ad finem, teſte Philoſopho, ſed verba ad mentem ſignificandam, non mentem ad verba natura conceſſit, *l. Labeo* 7. *§. id Tubero ff. de ſupel. legat. cap. ſecundò requiris* 41, *cum aliis per gloſ. ibi verbo intentionis, de appell.* *Reſpondetur.*

18 Indè fit quod in verbis quatuor ſint conſideranda; ſcilicet, natura, aptitudo, conſuetudo loquendi, & uſus, ſive actus; *Bald. in rubr. ff. de reb. cred. col.* 1; *latè Rebuff. ad rubr. de verbor. ſign. ex verſic. notandum eſt;* indè etiam, verba quæ propriè non poſſunt ſalvari cùm ſententiâ, impropriantur, *gloſa verbo*

communicari in l.& puto. 16.*ff.famil.erciſc*;inde quod verba contractuum trahuntur ad poſſibilem intellectum, *l. fin. C.de contrab.ſtipul*; hinc (deniquè ad noſtrum caſum)quod verba intelliguntur ex naturâ, & qualitate contractus, *l.ſi uno* 17, *aliàs l. ex conducto* 15 §. *Papinianus ubi Bart. ff. locati, gloſa, fin. in fine, in l. in lege* 29, *aliàs* 32.*ff.eodèm*; & ſecundùm ſubjectam materiam,*l. ſtipulatio iſta habere* 38.§. *hæc quoquè,ff. de verbor.*

Planè, colligendo ſenſum ſcripturæ, de quâ agimus ex praecedentibus, & ſequentibus, ut docet fiendum *gloſa, verbo, ſenſit, in l. Nepos Proculo* 125. *de verb. ſign*; invenimus nullo modo mentem fuiſſe conſtituendi feudi, cùm (ut notavimus,*n.*12.) deficiant ſubſtantialia,ſine quibus illud dari eſt impoſſibile; igitur, ſecundùm regulas, de quibus proximè,cum detur feudum proprium, & improprium, *de quo in tit. de feudo non bab. propr. feudi nat*; *& apud omnes feudiſtas*; in tali æquivocatione aptior ſignificatio ſumenda eſt,*juxta l quoties in* 2. *ff. de verb. oblig;Cepo. in rubr.ff.de verb.ſign.q.*4,*Rebuff.in eâdem d.verſ.notandum eſt*; interpretabimur igitur Alphonſum Regem loquutum de feudo improprio, ut ſanè videtur oſtendere ibi: *in modum feudi*; & quamvis inferiùs, dicat abſolutè, *feudum*; tamen ex dictis conſiderationibus, potiùs declarabimus poſteriora ex præcedenti, quàm e converſo; *juxta tx. in l. ſi ſervus plurium* 50.§.*fin.de legat.*1; *l.avia.*77. *ubi Bart.de cond. & dem*; *optima gloſa verbo, præcedat in cap. cauſam quæ de reſcript*; *D D. in l.qui filiab.*17.*de legat.*1. 19

Quinimò,cùm,adhuc, ut ſit feudum improprium,multa deſint in propoſito, (prout conſtat conſiderando naturam improprii feudi, *de quâ, ultrà ordinarios in d.tit. de feud.non bab.* 2

hab.propr;Rebuff.in declar.feud.ad med.verſ.ſeptima diviſio) meliùs dicemus, verba illa, *feudum*, ſignificare, cenſum; ſecundùm ea quæ advertimus *cap.1. n.* 27, *&* 28. Nec ſignificatio iſta uidebitur remota, & dura in jure interpretatio, ei qui meminerit, verbum donationis, aliquandò pro, tranſactione, accipi, *d. l. ſi uno* 17. *alias l. ex conducto* 15. §. *Papinianus ff. locati*; item, verbum, uſurpatio, accipi pro, uſucapione, cum tamen potiùs ſit uſucapionis interruptio, *l.2. ubi, Paul.ff. de uſucap.* oportet autem ita iuterpretari propter naturam contractus, *ut notat gloſa in d. l. ſi uno.*

21 Tandem totum hunc diſcurſum coronat textus *in l.ubi ita donatur* 27. *ff. de donat. cauſ. mort.* unde Bart. hoc deſumit: *conventio contra ſubſtantiam contractus facit conventionem in alium contractum tranſire, ſi verborum ſignificatio patitur.* Proſequitur optimè *Chriſt. Caſtellio. in repet. hujus legis.* At verò ſcriptura vocati feudi demonſtrat multa contra ſubſtantiam contractus feudalis; nempe defectum inveſtituræ, defectum dominii in monaſterio, imò plenarium dominium in vocato vaſſallo, ut diximus hîc *n.*12; & probavimus *cap.1. ex n.*20, *uſque ad* 24 *incluſivè*, ergo talis contractus tranſit in cenſum juxtà dicta *in eodem cap.1. ex n.*25; quem quidem tranſitum, verborum ſignificatio benè patitur; tam quia ſcriptura non dicit, *feudum*, ſed, *in modum feudi*, ut notavimus *n.*19; quàm quia, licet ſimpliciter diceret, feudum, penſio, (quæ ſolvitur ex emphiteuſi, ac feudo) & cenſus, quamvis verè ſint diverſa, habent tamen eam affinitatem in modo loquendi, ut promiſcuè his nominibus utamur; *ſecundùm Abb. in cap. conſtitutus de religioſ. domib. refert etiam Valaſc. de jur. emphit.*

phit. 1. *p. q.*32. *n.*27. *in fine.* Sic aliàs, propter eandem rationem non ſervatæ ſubſtantiæ, contractus appellatus à partibus, emphiteuticus, tranſit in cenſuarium, *d. cap. conſtitutus de relig. dom. Imol. in cap. ad audientiam n.*4. *de reb. eccleſ; & ibi Barbat. not.*3. *Rebuff.* 2. *tom. ad leg. Gall. in tract. de conſtit. reddit; art.*1. *gloſâ* 17. *n.*22. *Valaſc. qui alios allegat, ubi proximè n.*28; ſic etiam dubitatur aliquandò an contractus ſit cenſuarius, vel emphiteuticus? *de quo Valaſc. ſupra n.*35. ſi igitur tanta eſt affinitas, tam facilis tranſitus de verbo *emphiteuſis* ad *cenſum*; idem erit de verbo, *feudum*, ad *cenſum*; cùm de emphiteuſi ad feudum argumentum valeat, *ut per Valaſc. d. tract. q.*39. *in fin.*

Addo ſupradictis notata *cap.*1. *n.*28, ubi videri pote- 22
runt, non etenim ſunt ex illis quæ repetita leporem habent.

CAPVT. III.

Luſitanus populus vult Regem eligere quaſi ad Regnum vacans, ſed ab injuſtâ intentione repellitur.

DE Luſitani populi actione dico, ut jam ſermonem 1
finiamus de illis qui, Henrico defuncto, Regnum appellabant vacans.

Non verbo tenus fuit diſcurſus, nam pro eo aliqui, 2
Antonium proclamantes ſumpſerunt arma.

Populi actio.

Fatebantur omnes, Luſitaniæ Coronam ſucceſſionis 3
eſſe ſi exiſterent hæredes legales; juxtà *ſupra allegata cap.*1. *n.*7, & 8. quibus hìc addo, ita intellexiſſe Summ. Pontifices in bullis confirmationis tranſcriptis *in* 2. *Proœm.* §. 2.

*n.*15,

*n.*15, *&* 16. in quibus agitur de hæredibus, & ſucceſſoribus; & expreſſum fuit in electione Regis Joannis 1, de quâ egimus *eodem Proœm.* §.3.*ex n.*4. cujus inſtrumentum ſervatur in publico archivo *lib.*4. *jurium Regalium à fol.*1. ibi: *qui ea poſſet, & deberet jure hæreditario habere*; & iterùm: *qui jure hæreditario poſſet regna ipſa habere*, quæ verba omnes ſignificant ſucceſſores etiam in longiſſimo gradu, quamvis non ſint expreſſi; *l. hæredis appellatio* 65; *l. hæredis appellatione* 170. *ff. de verb. ſign. cum utrobique notatis à gloſâ.* Eodem modo, conformando ſe cum prædictâ electione, loquuntur bullæ quæ illam confirmarunt, (*de quibus d.* §.3. *n.*5.) ibi: *ad hæredes, & ſucceſſores tuos legitimos*; atque iterùm: *ipſique hæredes, & ſucceſſores tibi in eiſdem Regnis, &c.* ſervatum que fuit in praxi, de cujus vi dicemus paulò infrà.

4 Quidam verò arguebant illud procedere extantibus ultimi Regis liberis, vel ſaltem collaterallibus legitimis, maſculis, & ex maſculis; ſed hîc deficientibus, (*ut in principio hujus libri in propoſitione caſus, juncto cap. ſequenti ubi videbimus Antonium, quamvis ex maſculo, illegitimum,*) dabatur regreſſus ad priorem naturam; quod fit facile; *arg. l. ſi unus* 28. §. *pactus ne peteret, verſ. quod & in ſpecie dotis ff. de pact*; dixi *in meis Solennib. Repetit. in Repet. ad*
5 *l. corruptionem pen. C. de uſufr.* 2. *p. n.* 13. Prior autem natura omnia regna fecit ex electione, *ut notavimus in* 2. *Proœm.* §.3. *n.*4; ſpecialiúſque in Hiſpaniâ Gothi ſuccedebant eo modo, *ut conſtat. ex Tolet. Concil.*4. *can. ult. Conc.* 5. *can.*3; *Conc.*12. *in princ*; *& probat. l.* 1. *in proœm. fuero juzgo*; quod poſt introitum Sarracenorum à Chriſtianis recuperatoribus fuit continuatum, *prout apud Garabay*

hiſtor.

hiſtor. Hiſpan. lib.8. cap.ult. ita ut Rex Ordonius 1 fuerit primus qui hæreditario jure ſucceſſerit Ramiro patri, *ſecundùm Salazar de Mendoça de domibus Caſtellæ, lib.*1. *cap.* 12; & domeſticum citabant exemplum Joannis 1, ad Regium evecti ſolium ex electione, defuncto abſque legitimâ prole Ferdinando, *ſicut narravimus d.* §.3. *n.*4.

Proferebant in medium (ſed non ad rem) utilitates in electione conſideratas, quod ſcilicet magis in eâ conſervatur libertas populorum; & ſeliguntur digniores, ut oportere fieri docet ratio, & inquit tx. *in cap. Moyſes* 8. *q.*1; oſtenditque Deus eligendo Saulem, quià *non erat vir de filiis Iſrael melior illo*, ut teſtatur ſacra pagina, 1. *Reg.cap.*9. *n.*2; & iterum *cap.*10. *n.*24, ibi; *quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo*; in idem eſt 4 *Reg. c.*10. *n.*3; ibi: *eligite meliorem*; atque intellexit magnus Alexander, cùm reſpondit ſe hæredem relinquere digniorem; *referente Q.Curt.de reb. Alex.lib ult*; unde electivam ſucceſſionem magis probavit Ariſt.*polit. lib.*3. *cap.*10, *&* 11. & ſequuti ſunt antiqui Romani in conſtituendis Imperatoribus; adhucque obſervant in Europâ Poloni; ac Dani; & ante paucos annos Suevi; quinimo ſic deferuntur dignitates Pontificia, atque Imperatoria, quæ, quià ſupremæ, ad reliquas faciunt exemplum optimum. *arg. textus in princ. Inſt.de codicil; ibi: ejus auctoritatem ſequuti*; conducunt alia quæ *Diodor.Sicul.lib.*2. *de antiq. geſt*; *Guillielm. Bened.in cap. Rainuntius verbo, condidit.*1. *à n.*34. *de teſtam. Covaruv,pract. cap.*1. *Tiraq.de nobil.cap.*20. *n.*9. quæ omitto, nè, ſicut ille populus, à neceſſario puncto digreſſionem faciam. 6

[illegible]o- ſenditur.

Sanè iſta procederent ſi ex Regiâ ſtirpe nullus omnino ſupereſſet capax, ut evenit in electione Joannis 1. *viſâ ſupra in* 2, 7

in 2. Proœm. §. 3; at aliquo ſuperſtite, ut hîc, quamvis vel fœmina, vel ex fœminâ, æque ei debetur ſucceſſio, ac debetur maſculo ex maſculo, (ſi lex ſpecialis, quam non habemus, fœminam non excludat); ita de jure communi reſolvunt, *Cin. in auth. poſt fratres C. de legit. hæred; Joann. Andr. & alii in cap. dilecti de arbitr. ubi Berous n.49, & 50. Bald. in l. in multis ff. de ſtatu homin. Tiraq. de jure primogen. q.* 10. *ubi allegat alios*; probant infinita exempla de jure gentium, de quibus etiam in ſacrâ Scripturâ mentio fit, 3 *Reg. cap.* 10. *in princ. & Act. 8. n.*28. & particulariùs in Hiſpaniâ leges ab antiquò fœminas, ſive filias, ſive collaterales ultimi Regis, ad Regnum vocant (ſemper tamen ſervatâ maſculi debitâ præcedentiâ,) *conſtat ex illâ tempore primi Regis Pelagii factâ, de quâ Molina de primogen. in annot. in fine libri, n.* 3. *& poſteà per l. 2. tit.*15. *part.*2; *& l.*2. *tit.*18. *p.*3. *l.*9. *tit.*1. *p.*2; *& l.*4. *tit.*4. *part.*3; *& utrobique Gregor. Lopeſ*, dantque exempla Reginæ in Legione Sanctia, ac Vrraca (omiſſis Ormiſendâ, & Odiſendâ antiquioribus, quia earum ſucceſſio tribuitur potiùs electioni factæ in maritis *juxtà hîc dicta n.*4;) in Caſtellâ, Elvira, ſeu Nũna, dicta Vrraca, Berenguella, Eliſabetha, ac Joanna; in Aragoniâ, Peronillia; in Navarrâ duæ Joannæ, Blanca, & Catharina; quare ſic tenent *Molin. de primogen. lib.*3. *cap.*4. *à n.*5. *Anton. Gom. l.* 40. *Tauri n.*8. *Burgos de Paz in proœm. ad leges Tauri n.* 42. *verſ. contrariam, atque alii multi*; & judicatum fuit in Regno Aragoniæ, *teſte Curitâ in Annal. illius Regni, lib.*8. *cap.*5.

8 Hæc fortiùs procedunt in Luſitaniæ Regno, quòd (*ut vidimus in* 2. *proœm.* §. 1. *à n.*24.) incæperit in fæminâ Tareſiâ;

argumento textus in cap.1.& gloſæ ibi verbo filia in 2. dicto de nat.ſucceſ.feud; gloſæ verbo,ſuccedant,in cap.un.§.filia de ſucceſ. feud. Curt. in tract. feud. 3.p. q.1.in 2 limit.Rebuff.in declar. feud. ad med. verſ. quinta diviſio; quod intellexerunt Reges Alphonſus 2, Dionyſius, & Alphonſus 5. cùm, in defectum maſculorum, ad ſucceſſionem fæminas vocarunt in teſtamentis, *de quibus Brandão in append. 4.p. monarch. Luſit.ſcripturâ* 13, *ac libri archivi publici Luſit.relati à variis authoribus*; Eſtque pro filiabus ultimi Regis expreſſa lex Lameci, *inſerta ſupra procem.2.§.2.n.42. verſ.ſi Rex*; & pro omnibus deſcendentibus Joannis 1. verba electionis ejus relata *hoc cap.n.3*; aliaque ejuſdẽ inſtrumenti loquentia de *hæredibus*,ac *ſucceſſoribus*,in quibus propriè comprehenduntur fœminæ; *ut, per locũ ab ſpeciali eſt tx. in cap.un.§.& ſi clientulus de alien. feud.in uſibus feud; Alciat; & alii per tx. ibi in l.1. ff.de verb. ſign; refert aliquos Menoch. conſ.1. n.441, & 444. lib.1, Soares in l. quoniam in prioribus,p.357. n.3. C. de inoff. teſtam; & eſt communis ſecundùm Beroum conſ.93. & in cap. in præſentia à n.40. de probat; & quæſt. familiari 18.in princ; meminit Valaſc. de jur.emphit.1.p.q.41. n.2.* ita denique de fæminis tenet Coſt.*de ſuccèſſ. Regni, p.170,& ſeq.* loquendo ſpecialitèr de noſtro regno.

Cùm igitur Luſitani populi ſe ſucceſſioni maſculorum, 9
& fæminarum obligaverint, jam quod voluntarium fuit, reducitur ad implementi neceſſitatem, quemadmodùm in omnibus contractibus, *juxta tx.in l.in commodato 17.§.ſicut autem,ff.commod*; quod nemo dicit libertatem infringere, ſed homines juſtè dirigere ad promiſſionis propriæ obſervantiam, quam jus gentium expoſtulat, nec enim mundi regimen ſtare poterit fide violatâ.

Hoc

10 Hoc ſuppoſito non erat opus reſpondere ad ea quæ *n.6.* pro electione conſideravimus; omnibus enim ſatisfit dicendo populo, *patere legem, quàm ipſe tuleris,* ut in *cap. cum omnes 6. de conſt*; verum quia non erit extra rem noſtrum ſucceſſionis modum laudare, breviter probo quod eſt melior; nam tunc Reges maiori curâ agunt de Regno quod veniet ad filios, propter paternum amorem de quo ſupra *proœm.*2.§.1.*n.*43; quinimo ſibi ipſis laborare putant cum pater & filius eadem cenſeatur perſona, *l.ult. in fin.ubi gloſa, verbo, intelligantur C. de impub.& aliis.* Hoc probat Caramuel ille *in Philip.lib.*5.*diſp.*3.*art.*3.*n.*40 *verſ.præterea* exemplo, dicens: *cujus veritas eſt in Imperio manifeſta. Quis hucuſque Romanorum Imperator, & aliàs Rex (puta Bohemiæ, Ungariæ, &c.) non habuit maiorem diligentiam in conſervandis, ampliandis, extendendis Regnorum terminis, quàm* Nota imprudentiã ſcriptoris Caſtellani.
11 *Imperii? profecto nemo.* II. Populi obediunt libentiùs ei cujus patri obediverunt, quàm ei qui eis erat æqualis, *ad quod Tiraq. de nobil.cap.*20.*n.*8. *Maſtrillo de magiſtrat.lib.*1.
12 *cap.*28. III. Multorum ignorantia, vel paucorum ambitio ſæpè indignum elegit, *cap. ſi ergo* 8. *q.*1, ut in multis Imperatoribus Romanis vidimus; at Regis filii, ut plurimũ, excedunt alios Regià naturâ, ac educatione; moventur maiorũ exemplis ut bonum faciant, vel ſaltem abſtinent à malo ne degenerent, undè præſumuntur boni; quod authoritatibus ſacræ paginæ, rationibus philoſophorum, advertentiis politicorum, exemplis hiſtoriarum, ſententiis juriſconſultorum, nec non conceptionibus poetarum latè oſtendi *in excellentiis Portugall. cap.*7. *à princ*; *& in tract. Perfectus Doctor qualit.*2. *à n.*1. & hìc non repeto ne videar eruditionis gloriam affectare; nec quòd aliquando

Regis filius evadat malus, mutabit quæ dicimus, *nam ad ea potiùs debet adaptari jus quæ & frequentèr, & facilè, quàm quæ perraro eveniunt*, ait tx. *in l. nam ad ea* 5. *ff. legib.*

Quare ex dictis, & ad obvianda bella civilia ex electi- 13
onibus orientia, totus ferè mundus ſucceſſionem mavult, & videmus hodie in noſtrâ Europâ, in Galliâ, in Hiſpaniarum Regnis, magnâ Brittanniâ, Sueciâ, & Hungariâ, in principatibus Germaniæ, ac Italiæ, inque Imperio Turcarum. Porro, in dignitatibus Pontificiâ, & Imperatoriâ rationes particulares petunt electionem; nempe in illâ (ultra quod verſatur ſpiritualitas diſtans valde à modis temporalium,) puritatem ſacerdotalem non decet filios habere ſucceſſores, *ut in toto tit. de fil. presbyt.* nec virtutis integritas ſinit ambitionem relinquendi ſucceſſionem aliquam, *ut in totâ cauſâ, 8. q.* 1, tantoque muneri electionem ſibi reſervavit Deus, *c. ult. diſt.* 79. à quo ſolo eam convenit expectare, *ut in cap. ſi ergo d. cauſâ, & quæſt*; qui quidem eligentibus aſſiſtens plerumque dat optimos paſtores, & ſi aliquando non tales, venit ex meritis noſtris, *ut dicit tx. in cap. audacter, ibidem.* In Imperatore, cùm antiquis Romanis ſuccederet, neceſſarium fuit procedi eodem modo, quem Romæ introduxit non ratio, ſed odium, in quo erat ſucceſſio propter infauſtam memoriam antiquorum Regum: Et tamen ad fugiendas difficultates, bene ordinando vias, ſeu inſtrumenta electionis, utraque illarum paucis, & bonis commiſſa fuit cùm maximis circumſtantiis, requiſitis, & ſolennitatibus; *de quibus in cap. in nomine Domini diſt.* 23; *& per tot diſt.* 79; *cap. licet. de elect; cap. ubi periculum eodem tit. in* 6; *cap. venerabilem d. tit.* quæ in electione Regum per populos ſervari non poſſunt.

Ad-

15 Advertas autem quod dicit Caramuel Regis Catholici advocatus *in Philip. lib.*5. *diſp.*3. *q.*1. *art.*3. *n.*56. ibi: *Et fortaſſis aliquandò videbimus Imperium deferri jure genituræ*, in quo jam Auſtriaci fatentur intentionem quam in eis ſuſpicabamur: dicent, ſe velle jus Imperii reformare in meliùs, ſcilicet in ſucceſſionem quam ſupra magis approbavimus; ſed quæro, quo jure jus hoc ſucceſſionis ſibi ipſis potiùs quàm aliis arrogare curant? Profectò non ex meritis, nam Caramuel idem parùm advertens, eos de Imperio malè merentes prædicat, in verbis relatis *n.*10. Ergo ex ſolâ ambitione.

16 Veruntamen (regrediendo ad genuinum punctum,) populus, ob tumultus confuſionem, defuit in fortiori argumento, quod deducitur ex legibus Regni fundamentalibus, *viſis in* 2 *Procem.* §.2. *n.*42; quæ *in verſic. ſi mortuus*, aiunt: *ſi mortuus fuerit Rex ſine filiis, ſi habeat fratrem ſit Rex in vitâ ejus; & cùm fuerit mortuus non erit Rex filius ejus, ſi non fecerint eum Epiſcopi, & procurantes, & nobiles curiæ Regis*; cùm igitur Henricus non reliquerit filios, imò nec fratrem, ceſſavit ſucceſſio, & debuit eli- *Fit inſtantia.*

17 gere populus, ex dictâ lege; quæ quidem non expiravit per Joannis I novam electionem, in hac enim non fuit inſtitutum Regnum, ſed ad antiquum electus Rex, & ideò contentæ ſunt eædem leges, conditiones, & qualitates quæ erant in Regibus cui ſucceſſit; arg. txs. *in* §. *fuerat anteà Inſt. de action*; faciunt quæ dicuntur de ſubrrogato, ſeu ſubſtituto, qui utitur prioris jure; *juxtà gloſ. ult. in l. aperiiſſimi* 16. *C. de judic.*

18 Huic objectioni reſpondit Caramuel ut Caramuel, *in Philip. lib.*5. *diſp.*3. *q.*1. *art.*3. *n.*60, & 61; nos reſpondebimus *Solvitur.*

bimus

bimus ut juriſperiti; quod quemadmodum conſuetudo facit legem quæ vocatur non ſcripta, §. *ex non ſcripto Inſt. de jur. nat*; *cap. cæterum de teſtib. cogend*; ita quoque *rectiſſimè illud receptum eſt ut leges non ſolùm ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur*, inquit tx. *in l. de quibus* 32. *in fine ff. de legib*; quod licet in legibus à Principe latis habeat declarationes, procedit ſine dubio in lege à populo latâ (ut eſt noſtra,) & contra quam populus ipſe practicavit; *juxtà primam ſolutionem gloſæ ultimæ verſ. ſed videtur in l.2. C. quæ ſit longa conſuet.* quinimò contrarius hic uſus aliam legem facit *ex ſupradictis*; *de quo Menoch. de præſumpt. lib.2. præſumpt.8.*

Quæ autem ſit conſuetudo ſufficiens? (ultrà gloſam, 19
verbo, diuturni in d.§. ex non ſcripto, quæ meliùs applicatur continuis actibus) vide Bart. *in d. l. de quibus*; & dic quo ad noſtrũ caſum, hoc relinqui judicis arbitrio; *Menoch. de arbitr. lib.2. centur.*1. *caſu* 81. *n.*4. *ex Rebuff. ad leges Gall. tom.*3. *tit. de conſuet. in præfat. n.*41. *Joan. Corraſ. in comment. de jure civ. in art. redig. p.*2. *cap.* 19. *Corn. conſ.* 179. *lib.*3; Planè arbitrium juſtum requirit tot actus publicos quot ſatis ſint ad ſignificandam populi voluntatem, quæ actu demonſtratur, *d. l. de quibus, & l. Paulus, aliàs l. non tantùm ff. rem rat. hab.* & quidem duos ſat eſſe arbitrati ſunt plures DD; *ut poſt Butrium, & Alex. ſcripſit Aſinius in praxi de ordine judic. §.22. cap.16. n.5*; *refert Menoch. d. præſ.8. n.12. & d. caſu 81. n.2. ac ex aliis P. Suar. de legib. lib.7. cap.8. n.3.*

Nos verò, ut tollamus omne dubium, non duos tan- 20
tùm, ſed quatuor habemus actus contrarios illi legi, quin unum ſecundùm eam ſciamus. I. Alphonſus 3 ſucceſſor

ſor fratris Sanctii 2, reliquit coronam filio Dionyſio, quaſi jure hæreditario; II. Emanuel eâdem viâ ſucceſſit Joanni 2, patrueli fratri. III. Emanuele in Caſtellam proficiſcente, declaratũ fuit quod ſi decederet ſine liberis, pertinebat ſucceſſio ad Ducem Bragantiæ Jacobum ejus nepotem ex ſorore; IV. Henricus Cardinalis ſimili modo abſque electione ſucceſſit Sebaſtiano, cujus erat magnus patruus; ſtantibus ergo tot actibus nemo negabit conſuetudinem, & cum requiſitis de quibus latè, ac optimè doctiſſimus P. Suar. *d. lib. 7. per totum:* conſequentérque illud obſervandum in ſucceſſione Regni quod fuit practicatum; *juxtà doctrinam Angel. in l. ult. C. de teſtam; & aliorum quos ſequitur Tiraq. de jure primogen. q. 16. à n. 7.*

21 Nec dici poterit, populos illam fortè legem ignorâſſe, ſicque errorem conſuetudinem haud fuiſſe, *juxtà gloſ. verbo, abrogentur, ad med. in d. l. de quib. ff. de legib. per tx. in l. quod non ratione 39. eodem tit.* Nam dictarum legum fundamentalium perfectam notitiam in populis vidimus, quandò (inter alias rationes) ex eis etiam excluſerunt Beatricem filiam Regis Ferdinandi, *ut narravimus in 2. proœm. §. 3. n. 2.* Deindè tempore Joannis 3, de eiſdem legibus actum narrat *Brandão in Monarch. Luſit. 3. p. lib. 10. cap. 14.* Tandem leges non præſumuntur ignorari, *ad l. regula 9. ff. de jur. & facti ignor;* imò *Lex ſemper loquitur, aut ſemper loqui præſumitur, niſi ſit abrogata, quamvis ſpecies ejus rarò incidat:* ait gloſa margin. per tx. ibi *in l. Arriani 5. C. de hæret; & Manich;* unde, ut verificetur error ab argumento ſuppoſitus, requiruntur multa, quæ hîc non apparent; quinimò habemus notatos actus ſcientiæ poſitivos.

Occurritur replicatione tacitæ.

Qua-

Quapropter, populi actio erat ſic inepta, ut nec totus 22
concurrerit in unum, nec pauciſſimi nobiles qui ei favebant ſundarentur in alio, quàm in defendendâ libertate Regni, quæ (inermibus aliis prætenſoribus,) ſolâ populari reſiſtentiâ videbatur poſſe ſubſiſtere contra iminentem Caſtellani tyrannidem.

CAPVT. IV.

Antonius ſe vocat Regem Luſitaniæ, ex pluribus capitibus; ſed, ut injuſtè, ita infeliciter.

CVm populo ſe unierit Antonius, meritò actionem 1
ejus, proximè poſt popularem, ventilabimus.

De facto per hebdomadas aliquot egit ille Regem, in 2
excudendâ monetâ, conferendis honoribus, cæteriſque Regalibus; quamvis non generaliter obtemperatus; neque uſque ad mortem reliquit titulum, quem etiam externi Principes approbabant; quinimò, Henricus 3, Galliæ Rex Chriſtianiſſimus, atque Elizabetha Angliæ Regina ei ad recuperandum Regnum ſuppetias dederunt non parvas.

1. Actio Antonii, quod eſſet filius legitimus Ludovici

Dicebat primò, ſe filium legitimum Ludovici ex Vio- 3
lantâ, clandeſtinè ductâ in matrimonium, cui ſe adfuiſſe affirmabant tres teſtes, quorum numerus legitimus ad probandum; *l. ubi numerus* 12. *ff. de teſtib.* cùm, *in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum*, ut dixit Dominus, *Math. cap.* 18. *n.* 16; *refertur in cap. licet univerſis* 23. *de teſtib.* Accedebat ſecundò, quendam nobilem in Teſtamento,

ſtamento, causâ exonerandæ conſcientiæ declaraſſe, ſe ſemper credidiſſe prædictum matrimonium contractum; quæ depoſitio de credulitate admitti videtur in cauſis matrimonialibus; *ex cap. quotiès 5. in fine, ibi: credere ita eſſe, de*
5 *teſtib.* Confirmabat tertiò quòd pater eum inſtituerit hæredẽ, quod eſt conſequentia legitimæ filiationis; *ſecundùm, D. Paul. 4. ad Galat. n. 7. ibi: quod ſi filius, & hæres; & probatur arg. textus in princ. Inſt. de inſtit. liber. cùm concor-*
6 *dantibus.* Tandem quartò allegabat pro præſumptione ideò Regem Joannem 3 ei conceciſſe uti ſtemmatibus patris abſque aliquâ notâ ex eis quibus illegitimi in ſcutis tenentur uti; præſumptiones autem ad matrimonium demonſtrandum conducere probat *tx. in l. in liberæ 24. ff. de rit. nupt*; & de jure Canonico eſt *tx. in cap. ſolet 32. q. 2.* quem ad hoc citat *gloſa, verbo, contubernia, in cap. alitèr 30.*
7 *q. 5.* Quibus additur matrimonii favor, proquo in dubiis eſt judicandum; *gloſa 1. in regula cum ſunt 11. de reg. jur. in 6*; dixi *in tract. Perfectus Doctor, qualit. 23. n. 36. ad fin*; *plura Sanches de matrim. lib. 1. diſp. 18. n. 5.*

8 Planè ſtante legitimo filio maſculo Ludovici maſculi fratris ſenioris Regis Henrici, cui ſuccedebatur, certè præcedebat omnes alios ejuſdem Regis nepotes, & neptes ex ſororibus, & fratribus; tam jure repræſentationis, *de quò agemus cap. 9*, quàm, etiam ſi illa non haberet locum, ex jure melioris lineæ, *de quo cap. 10*; atque ita concurrente in eo maſculi qualitate per ſe, & per patrem ſeniorem, nemo eidem ſucceſſionem poterat negare, ut argumentatur *Schevola, & Ludovic. de S. Marthâ in hiſt. geneal. dom. Franc. tom. 2. lib. 27. pag. 718.*

9 Sed negabatur tale matrimonium, & meritò. I. Quòd *Negatur.*

nunquam apparuiſſet; at non entis,& non apparentis idem
eſt judicium. II. Quia nec vivente Ludovico,neque per 10
multos annos poſt ejus mortem, uſque ad tempus quo de ſucceſſione Regni incæpit tractari, quis unquam loquutus fuerat de prætenſo matrimonio, imo Antonium illegitimum reputabat communis opinio, & fama, quæ, ſi concurrant alia adminicula, (ut hîc ſtatim videbimus concurrere,) probat in matrimonio,*cap.illud* 11. *de præſumpt; ubi
Panormit; & optima gloſa, verbo, fama loci.* III. Quo- 11
niam inveriſſimile erat cum fæminà valdè inferiori contraxiſſe matrimonium Ludovicum filium ſecundò genitum inclyti Regis Emanuelis, & quidem maximè generoſum, ut bene ultra alios hiſtoricos,oſtendit Maris *dial.*4. *cap.ult*; quæ inveroſimilitudo ita eſt potens, ut etiam tempore quo ante concil.Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*1. *de matrim.* dabantur matrimonia præſumpta ex aliquibus actibus, *de quibus gloſa, verbo, contubernia, in cap. aliter* §. *ita* 30. *q.*5; *Sanch. de matrim. lib.*3. *diſp.*40. *n.*2; nunquam tamen præſumerentur ubi dabatur imparitas,quamvis non tam magna ut hîc; *notat gloſa proximè citata,etiam de jure civili per l. Imperialis* 23.§. *imò C.de nupt; de quo Tiraq.ad l.connub.p.*5. *gloſa* 1 *n.*31: illud autem quod inveriſſimile eſt, pro falſo haberi diximus *in* 2. *proœm.* §.1.*n.*45. *addo gloſ.verbo mota
poſt med.in cap.tranſmiſſæ* 3 *qui fil. ſint leg.* IV. Quia Lu- 12
dovicus nunquam Antonium tractavit tanquam legitimum filium, quinimo eum in teſtamento inſtituens hæredem, naturalem vocavit, cui dicto partis ſtandum eſt, dum aliud non probatur,*ad cap.per tuas* 10.*de probat. melior tx.in d.cap. tranſmiſſæ, qui filii ſint legit.gloſa in cap.per tuas,* 12,*verbo,filium appellavit,in fin.eodem tit. DD. in l. non nudis* 14.*C. de probat.*

Nec

13 Nec allegata *ex n.3.* probant contrarium. Nam, ad primum, ex illis tribus teſtibus cecinit palinodiam unus, ut fatetur ipſe Antonius *in allegatione ſui juris, pag.* 20, vel duo, ſecundùm Coneſtag. *in union. Portugal. lib.3. ad med.* dicendo ſe non vidiſſe, ſed audiviſſe ab aliis; at teſtis de auditu non probat regulariter etiam in matrimonio attento novo jure; *cap. licet ex quadam 47. de teſtib; gloſa verbo, audierunt in §. de his etiam 3. q.9. & verbo audiſti in cap. de parentelâ 35. q.6; & gloſa magna ad fin in l. ſi arbiter 28. ff. de probat; & alia verbo præſtò in l. teſtium* 18. *C. de teſtib.* quin imo teſtis varians, vacilans, ſibi contradicens, & ex intervallo ſe emendans nil valet, *cap. licet* 19. *verſ. quanquam, de probat; cap. cùm Eccleſiæ verſ. nos igitur de cauſ. poſſ; cap. præterea in fine de teſtib. cog; & utrobique gloſa.*

Reſp. ad fundamenta contraria.

14 Alii duo conteſtes, vel unus, jam aliquantulum ſuſpecti per variationem ſocii, affirmabant inveroſimile, *(ut ſupra n* 11,*)* atque ita reputabantur falſi; *juxta ea quæ Maſcard. de probat. concl.* 1358. *ex n.*1; *Farinac. q.*65. *n.*147; *& conſ.* 39. *n.*13; *Ciazius diſcept.*40, *&* 70; *& conſ.*1. *n.*145, *&* 155, *ubi citat alios*; maximè cum eſſent inferioris qualitatis, *ad cap. in noſtrâ 32. de teſtib; faciunt quæ Jul Clar. in §. fin. q.25. n.8; Ciazius diſcept.63; ubi refert multos, & diſcept.* 72. *& d. conſ.*1. *n.*122, *&* 125: item erant diſcordes inter ſe, (ſi credendum Coneſtagio ubi ſupra,) qui non probant, *gloſ. fin. in l. ob carmen 21. §. fin. ff de teſtib; & gloſa fin. in cap. nihilominus 3. q.9.* & denique examinati ſubtiliter de ſingulis circumſtantiis (ut jubet tx. *in d cap. licet verſ. poſt hoc de probat.)* eis non credidit Judex, à cujus arbitrio teſtium fides pendet, *cap. præterea 27, d. cap. in noſtrâ de teſtib; quod mirabiliter extendit Menchaca controv. illuſtr. lib.1. cap.14,*

*ex n.*3, *& n.*12; & pro quo circà hoc præſumi debet; *cap. in præſentiâ de renunt.* Quin obſtiterit allegare, in matrimonio non requiri teſtes omni exceptione maiores, *ſecundùm Sanchez de matrim. lib.*3. *diſp.*41. *n.*5. quia ultra quàm illa opinio redditur dubia *ex cap. atteſtationes* 10. *de deſponſ. impub*; *& cap.*1. § *inquiſitâ, de conſang. & affin*; ipſe Author *n.*9. fatetur procedere ſi aliunde teſtium defectus ſuppleatur v. g. ex præſentiâ parrochi, quæ, in caſu de quo agimus, defuit; unde Ant. Cucus *lib.*5. *inſtit. maior. tit.*11. *n.*62. *& ſeq.* conſulit ut adhibeantur matrimoniis teſtes maiores omni exceptione, quia ſi dubium naſcatur an contractum fuerit, non integra fides aliis dabitur.

Ad ſecundum *de quo n.*4, reſpondetur, non poſſe dici 15
teſtem qui non fuit juratus; *cap. nuper nobis* 51. *de teſtib*; *ubi gloſa, verbo, juratus, alia refert*; *l. jurisjurandi* 9, *ubi gloſa* 1. *C. eodem*; *gloſa fin. in l.*4. *ff. quemadm. teſtam. aper.* ulteriùs quamvis eſſet juratus, cùm dicat ſolùm de credulitate ſuâ, non probat in matrimonio, ſecundùm jus novum; *juxta notata n.*13. *declarat gloſa verbo, credere, in d. cap. quoties de teſtib*; ubi quod ille tx. in contrarium allegatus hodie non habet locum. Tertium fundamentum *de quo n.*5. 16
adverſus Antonium retorquebatur, cùm pater in inſtitutione eum vocaverit naturalem filium, junctis quæ diximus *n.* 12. Similiter & quartum *deductum n.*6, ſi nanque 17
Antonius foret legitimus illo non indigeret privilegio; nam fruſtrà precibus impetratur quod à jure communi conceditur, *l.*2, *& l.*4. *C. in quib. cauſ. in integr. reſt. neceſ. non eſt*; *cum aliis.* Tandem licet, (ut argumentabatur 18
*n.*7.) in dubio judicandum ſit pro matrimonio, hoc fieri non debet facilè, ideò Sum. Pont. *in cap.*1. *in fine de conſang.*

ſang. & affin; advertit cauſam matrimonialem non tractandum per quoſlibet, ſed per diſcretos judices; eſt enim ardua, *inquit Sanch. d. lib.3. diſp.41.n.4. verſ. & confirmatur;* & in præſentiarum nil erat, ut conſtat ex dictis, quare pro matrimonio inter jam defunctos pronuntiari poſſet.

19 Ex his meritò Antonius declaratus fuit illegitimus per Cardinalem Regem Henricum judicantem cauſam ex commiſſione Summi Pontificis, cui ſoli illa pertinebat, cùm ſimul ageretur de facto matrimonii, & de ejus jure ex quo legitimitas deberet reſultare; & ut videatur ſcientia eorum qui pro Catholico Rege Caſtellæ ſcribunt, notare oportet Caramuelem *in Philip. lib.5. diſp.3.q.2. art.4.n.89.* tutò dicere Pontificem non potuiſſe eam delegare auctoritatem, *cùm nec is aliquam in causâ Regni merè politicâ obtineret;* & ignorat bonus advocatus juris principia, *in cap. lator, & cap. cauſam quæ, qui fil. ſint leg; & in cap. tuam de ord. cognit;* ubi eſt idem noſter caſus & ibi edocebitur Caramuel quod talis cauſa nativitatis debet terminari coram Eccleſiaſtico, antequam incipiatur civilis; videat tandem Concil. Trident. *Seſſ.24. de matrim. can.* 12, ibi: *Si quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad judices eccleſiaſticos; anathema ſit:* de quâ re

Vide ignorantiã ſcribentium pro Rege Caſtellæ.

20 videndus *Valermin. de matrim. lib. 1. cap.32.* Simili ignorantià ait idem Autor *d. q.2. art.1. n.75. & art.4. n.84, & 89,* Henricum Regem in causâ Antonii eſſe partem, quia probatâ legitimitate, Henricum ipſum excluderet Antonius repræſentando patrem Henrico ſeniorem, ex opinione Luſitanorum qui in tali ſucceſſione repræſentationem admittunt; & neſcit iſte Doctor juris ſorbibilis, in ſucceſſione Sebaſtiani Regis non potuiſſe Henricum excludi

cludi per Antonii repræſentationem, hæc enim locum non habet in tranſverſalibus niſi intrà primum, & ſecundum gradum, ultrà quem erant omnes ſupradicti; videat textus expreſſos de hoc principio juris civilis allegãdos commodiori loco, *iſto libro cap.6*; & multa legat priuſquam pauca ſcribat.

21 Audio relatam Henrici ſententiam à Summo Pontifice nullam declaratam, quòd non ſervatis terminis nimiâ feſtinatione prolata fuiſſet: cauſamque advocatam ad ſanctam Sedem, cujus ultimum decretum impedivit Philippi Caſtellani violentia occupans Regnum ad libitum; ſed cùm ex Antonio legitima non extiterit proles, cum ipſo jus prætenſum fuit extinctum; ut autem curioſo Lectori de omnibus plenè conſtet, diſputamus adhuc circà illud.

II. Actio Antonii quà legitimatus.

22 Non probatâ legitimitate, aliqui Antonio faventes recurrebant ad legitimationem; arguentes eum quà legitimatum æquè ac legitimum ſuccedere in Coronâ; *ex l. qui in provintiâ* 57. §.1. *ff. de ritu nupt.* ibi: *Perindè, ac ſi legitimi concepti fuiſſent*; *Auth. quib. mod. nat. effic. leg.* §. *ſit igitur coll.*6. ibi: *Nihil à legitimis filiis differentes*, & eſt repetitum *in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui* §. *illud tamen verſ. ſit igitur, coll.*7. Sed legitimi filii non ſolùm ſuccedunt ex teſtamento, & ab inteſtatò patri, ſed etiam agnatis & cognatis, *princ. Inſt. de legit. agn. ſucceſ*; *princ. Inſt. de ſucceſ. cogn. cum vulgaribus*, ergo Antonius quà talis videtur ſuccedere patruo Regi Henrico.

Negatur primo.

23 Sed imprimis, (quidquid ſcripſerit Scipion Dupleix *in hiſt. gener. Gall. in Rege Henrico* 3,) negatur, Antonium ullam legitimationem habuiſſe; atque ita non ſolùm eam nunquam

nunquam oſtendit, ſed nec allegavit, ut videre eſt in variis ejuſdem allegationibus quæ extant adhuc & manuſcriptæ, & typis mandatæ.

24 Deindè, caſu quo legitimationem haberet, vel eſſet Summi Pontificis, vel Regis; ſi Pontificis, eſt certum eam non prodeſſe ad res temporales in terris quarum Pontifex non eſt Dominus temporalis; *ſic innuit tx. in cap. per venerabilem* 13, *qui filii ſint legit; exprimit bona gloſa ibi, verbo habeat poteſtatem, quam ſequuntur, ibi Joann. Andr. Hoſtienſ. & plerique ordinarii, inter quos benè diſtinguit Henric. Boubic paulò poſt princ. & Abb. n.*22, *ubi teſtatur ita practicari; Cyn. in Auth, ex complexu n.*4. *C. de inceſt. nupt. ubi etiam Bart. in fine; idem Bart. in d. Auth. quib. mod. nat. effic. leg. n.*13. *& eſt communis opinio ut ex Thomâ Ferrario caut.*1. *Guillielmo Bened. & Covarruv. teſtatur Molin. de primogen. lib.*3. *cap.*2. *n.*11. hoc autem ex ratione notatâ ſupra *Proœm.*2. §.2. *n.*23. *Neg. tur ſecundò.*

25 Si verò legitimatio erat ex reſcripto Regis, non maioris erat effectus; I. Quia talis defert ſolùm ſucceſſionem patris legitimantis, non autem cæteræ cognationis; quæ aſſertio licet in terminis juris communis dubia ſit, *ut conſtat ex his quæ Cov. de ſponſal.* 2 *p. cap.*8. §.10. *n.*2; tamen eſt certiſſima ex formâ legitimationis Luſitaniæ, in quâ ita declarari ſolet: & non eſt legitimatio, ſed diſpenſatio, undè proculdubiò non defert ſucceſſionem agnatorum; *Cov. d. n.*2. *ex Anton. in d. cap. per venerabilem n.*17.

26 II. Etiam de jure communi legitimatus ſolùm ſuccedit in patrimonialibus, & liberis, non in provenientibus ab aliquo inſtitutore nobili, cujus mens fuit admittere tantū verè legitimos; *ex his quæ Bald. conſ.* 203, *ad med. lib.* 5.

Afflict.

Afflict.dec.386;Tiraq.de nob.c.23.n.15,& 18.& ex aliis,dicit commune,& ſine contradictore Molin.de primog.l.3.c.3. n.30. ideò non ſuccedit in feudo,*c.1.§.ſi quis per triginta,verſ.naturales,ſi de feud. def. cont.ſit.in uſib. feud. Duenas, reg.360, à princ; Clar. in §. feudum, q.82;* nec in emphiteuſi eccleſiaſticâ; *Bald. in l. generalitèr §. cum autem n.2. C.de inſtit; & ibi Jaſ.n.9. affirmat neminem contradicere; idem Jaſ.in l.2. n.205. C.de jur. emphit,Clar.in §. emphitenſis,q.31*; nec in maioratibus; *ut poſt multos dicit communem Mieres de maior.2.p.q.1.à princ.in antiq.Molin.d.n.30.* Atqui inſtitutio Luſitani Regni fuit ſolummodo pro verè legitimis, ut ſtatim videbimus, ergo legitimatos non admittit; quod fortiùs procedebat in Luſitaniâ, ubi jam tunc erat lex *in ord. lib.2. tit.17. §.10.* excludens legitimatos à bonis procedentibus è Regiâ coronâ, quod & in ipſo legitimationis diplomate ſolet declarari.

III. Nunquam Rex poſſet legitimare aliquem ad ſuc- 27
ceſſionem Regni in præjuditium legitimorum ſucceſſorum abſque eorum citatione,& conſenſu *Imola,& Domin.in cap. grandi n.10.de ſupl. negl. præl.in 6; Coſt. de ſucceſ. Regni,p.150. Dec.con.85.n.8.Tiraq.de jur.prim.q.34,à n.48.Burg.in proœm.ad leg.Taur.n.326;plures apud Molin.d.tract.l.2.c.11. n.22;* ſicut nec poſſet directò ſucceſſione privare legitimum ſucceſſorem; nam *cùm quid unâ viâ prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti.* inquit *reg.84. de reg.jur.in 6;* quæ ratio impedivit Luſitaniæ Regem Joannem 2.ne Dominum Georgium unicum illegitimum filium, quem maximè diligebat, ad coronam legitimaret; idemque intellexit Rex Galliæ, *de quo in cap. per venerabilem qui filii ſint leg. ſecundùm gloſ. ibi; verbo, Regi;* ipſeque Luſitanus populus non

antea

antea Joannem I. legitimari curavit ad ſceptrum, quàm cognoverit legitimum hæredem non dari cui fieret præjuditium; ut vidimus *in 2.procem.*§.3.*n.*4.

28 Ex quibus jam patet reſponſio ad textus in contrarium allegatos, *n.*22; nempe (ſecundùm tradita ſupra *cap.* 1. *n.*6. *in fine*) declarando illos ex jure hîc notato *à n.*24; dico legitimatos à Pontifice, haberi pro legitimis in ſpiritualibus tantùm, *ut d.n.*24; legitimatos verò per reſcriptum Principis judicari legitimos ſolùm ad ſucceſſionem patris, *ut n.*25; & ad bona patrimonalia & libera ipſius, non quoad alia quæ, (velut Regnum,) deſtinatum ſucceſſorem

29 habent, *ut n.*26. At circa tx. *in citatâ l. qui in provintiâ*, §.1. *de rit. nupt*; obiter addo filios de quibus ibi abſolutè forſitan legitimos poſſe dici; quia erant nati ex matre putante ſe in matrimonio eſſe, & licet erraſſet in jure, ut tx. ait excuſabatur, *l. regula 9. de jur. & facti ignor*; quæ bona fides genuit legitimos, juxta rationem in quâ fundatur jus canonicum, *de quo in 2.procem.* §.1. *n.*8; non ergo Imperatores ibi verè legitimarunt, ſed potius declararunt legitimos; quam interpretationem confirmo ex eo quod legitimatio per reſcriptum Principis fuit poſtea inventa per Juſtinianum *in Auth.quib.mod.nat.eff.leg.*§.*ſi quis ſanè Coll.*6.*& in Auth.quib.mod.nat.effic.ſui* §.*illud tamen coll.*7.

30 Exploſâ etiam legitimatione, poterat recurri ad tertiam actionem, dicendo Antonium quà filium naturalem (quod conceditur,) poſſe ſuccedere collateralibus Ludovici patris, (atque ita patruo Regi Henrico,) non ſolùm ex teſtamento, ſicut extraneus, *ut notatur per gloſam in Auth.quib.mod. nat.eff.ſui* §.*ult*; *verbo, participium, ad med. verſ. item licet*, ſed etiam ab inteſtatò, nam filius naturalis *III. Actio Antonii, quà filius naturalis.*

Ee admittitur

admittitur ad ſucceſſionem matris,& cognatorum, *ex l.hac parte,l. ſi ſpurius,l. Modeſtinus,ff. unde cognati,§. noviſſimè Inſt. de ſenatuſc. Orfic;* & *§. vulgò quæſitos Inſt. de ſucceſſ. cogn;* ergo etiam ad ſucceſſionem agnatorum, cùm inter cognatos,& agnatos jam differentia ſit ſublata,*per Auth.de hæred.ab inteſt.ven.coll.9.per totam,maximè in §.nullam verò.*

Verùm rejicitur, quoniam differentia illa ſolummodo ſublata eſt in concurſu legitimorum, ut oſtenditur ex contexturâ illius Authentici; at circa illegitimos nil novatum, *ut advertit Joan. Fab.in §.1. n.5. Inſt.de ſervil. cogn; ſequitur Gom.in l.9. Taur.n.47.verſ. præterea;* & *alii quibus ſubſcribit Paleot. de nothis,* & *ſpuriis,cap.59.n.4.*ergo ſicut olim non ſuccedebant agnatis, *ut probant d. §. vulgò quæſitos Inſt. de ſucceſſ. cogn; Auth. quibus modis nat.eff.ſui, §.filium, glosâ ult.in princ.in l.fin.C.de nat lib;* ita nec hodie. 31

Tandem quia filii naturales non reputantur ex patris familiâ,*d.l.ſi ſpurius,ff. unde cogn; d.§.vulgò quæſitos Inſt. de ſucceſſ.cogn;* repelluntur à ſucceſſionibus quæ ſoli familiæ patris pertinent; ut à feudo, emphiteuſi eccleſiaſticâ, maioratu, & bonis Regalibus, *juxta dicta n.26;* & (quod eſt noſtrum intentum) à Regno; *Gregor. lop. in l.2. tit.15. part.2. verſ. pero, verbo, fijo maior, q.8; gloſa, verbo legitimo, in cap. grandi de ſupl. negl.præl.in 6.per tx.ibi: ſi abſque legitimo decederet filio,* qui loquitur de ipſo Regno Portugalliæ; in quo hoc continent leges fundamentales de ſucceſſione, *relatæ proœm.2.§.2.n.42; verſ.vivat,*dum vocant filios, ſub quorum ſimplici appellatione prolatâ à nobili, & in dignitate conſtituto, vel ad talem, (ut hîc) non veniunt niſi legitimi; *l. ex facto 17.§. ſi quis rogatus 1.ff. ad Trebell. ibi: ſed hoc ex dignitate,*&*c.gloſa ibi: verbo, ex voluntate in princ;* 32

princ; & inferius in illis verbis: hoc patitur voluntas defuncti; & conditio ejus, & etiam Rogati; Azo Odofr. Cyn. Alberic; Jacob. Butrig. Bart; Joan. Fab; & Alex. ibidem Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. ex n. 43. Coſta in l. Gallus §. & quid ſi tantùm 1. p. à n. 72. de lib. & poſth; & in cap. ſi pater, 1 p. verbo, ſi abſque liberis, à n. 34. de teſtam. Padilla in l. cum acutiſſimi, n. 31. C. de fidei com. Dec. in cap. in præſentiâ, n. 42. de probat. Tiraq. de nobil. cap. 23. n. 14. Ant. Gabr. com. tit. de fidei com. concl. 2. n. 68. & expreſsè declaratum fuit in inſtrumento electionis Regis Joannis 1, de quo egimus 2 *proœm.* §. 3. *n.* 4, ibi: *filius, & filia legitimi*; & ita à ſucceſſione Regni fuerunt excluſi Petri filii ex Agnete, *ut vidimus eodem* §. 3. *ex n.* 8; præfatoque Regi Joanni, quia naturali, opus fuit novâ electione.

33 Vltimò igitur recurrebat Antonius ad electionem; & ex ſcriptis ejus conſtat quod in hoc præcipuè fundabatur; illius autem jus eſt idem quod pro populo deduximus, *cap. 3. ex n. 3.* Et cùm nil occurrat novi, haud inſiſto, ſcriptores enim non dicta repetere, ſed recentes ſemper, & floridos ſapientiæ fructus debent addere; *juxta ea quæ Caſſaneus in Cathal glor. mundi, p. 10. conſider. 28. verſ. 1.* IV. *Actio Antonii ex electione.*

34 At repellebatur, quoniam ſtantibus legitimis ſucceſſoribus, non erat locus electioni; prout demonſtravimus eodem *cap. 3. ex n. 7.* *Repellitur.*

35 Præterea, caſu (negato) quo Regnum poſſet ad electionem procedere, debebant in eâ obſervari ſubſtantialia, & requiſita de jure communi in electionibus; *de quibus gloſæ, ac Doctores per textus ibi, in cap. auditis, 19, cap. bonæ, 36; cap. quia propter 42; cap. eccleſia 48; cap. Cumana 50 cap. in geneſi 55; cap. eccleſia 57, & ferè per totum tit. de elect;*

item, & principaliter requiſita per leges ac conſuetudines Luſitanas; quod ſcilicet tres ſtatus vocarentur, & popularis conſtitueret procuratores per voces in domo publicâ cujuſcumque oppidi certis ſolennitatibus; cunctique in comitiis deliberantes Regem eligerent; ut vidimus, *procœm.*2. §.2.*n*.42. in Regio titulo Alphonſi 1; & narravimus *eodem procœm.*§.3. *n* 4. de electione Joannis 1. Antonius autem, 36
his omnibus deficientibus, à minori parte populi, pauciſſimis accedentibus nobilibus, Rex fuit ſalutatus in confuſione maximi tumultus, atque ita invalidè, tam quòd non fuerit ſervata forma legum, *ad notata in l.obligare* 9. *§. tutor de aut. tut*; *l. hæredes palam § in teſtamentis de teſtam*; *l.hac conſultiſſimâ, & l.cum antiquitas C.eodem*; *Roman.conſ.*203. *quoad primum*, *Cardinal. Tuſc. verbo lex concl.* 269. *n.*25; quàm quod electio ad clamorem populi eſt reprobanda, *l.ſi conſtet* 12. *ff.de appell*; *cap.*2. *de elect. ubi gloſa* 1; ex ratione *textus in cap. ſi ergo* 8. *q.* 1; illud ergo nil erat aliud quàm vana vox populi, quæ non audienda, *l. decurionum* 12. *C.de pœn*; *facit Bald. per textum ibi in l.*3. *C. qui man. non poſſ.*

Quare, ſi fas eſt dicere, creditum fuit Principes qui Antonio ſuppeditarunt auxilia, magis fuiſſe motos ex ratione ſtatus amputandi Caſtellani ambitionem, quàm ex opinione juſtitiæ in Antonianâ cauſâ; infeliceſque eventus ſortitæ ſunt ſuppetiæ cuſtodiebatur enim jus, quod cernimus reſtitutum, Regiæ domus Brigantiæ. Et repetam de Antonii jure pretenſo nil jam curandum cùm legitimam prolem non reliquerit. 37

CAPVT.

CAPVT. V.

Chriſtianiſſima Regina Galliæ Catharina de Medicis opponit de jure ſanguinis ad coronam Luſitaniæ; ſed excluditur.

1 SVppoſito quod Regnum non erat vacans, nec dabatur locus electioni, ut hucuſque vidimus; inter proximiores conſanguineos ultimi Regis Henrici de ſucceſſione diſceptabatur; cùm, inceptâ causâ, ad eos excludendos, ſe oppoſuit, Chriſtianiſſima Regina Catharina de Medicis vidua Henrici 2, Regis Galliæ. Ergo de illius jure videndum, priuſquam ad alios procedamus.

2 Caſtellani dicunt, Henricum ipſum eam admiſiſſe ad litem, ut potentem adverſarium Catholico Philippo daret; ſed nulla alia fuit ratio, niſi quod judici; porta nemini clauditur.

3 Fundamentum Reginæ Chriſtianiſſimæ erat aſſerere, ſe deſcendiſſe ex Roberto filio primogenito Regis Luſitaniæ Alphonſi 3, ex Matilde Comite Boloniæ priori uxore; quam deſcendentiam offerebat probare per ſcripturas archivorum Galliæ, ut refert Coneſtag. *in unione Portugall. lib. 3. ad med*; de eâ autem, ut opinor, ſcriptor nullus mentionẽ tunc faciebat, fecerunt verò poſtea, quamvis confuſè Galli aliqui, ut videbimus. *Fundamentum actionum Reginæ Chriſtianiſſimæ.*

4 Ex hoc duplicem derivabat actionem; prior ita argumentabatur: Succeſſio Regnorum non defertur jure *Prior actio Reginæ.*

hæreditario,

hæreditario, ſed jure ſanguinis; probatur, quia, in bonis quæ ex inſtitutione debent ſequi in certâ familiâ certam normam ſucceſſionis, non ſucceditur ultimo poſſeſſori, ſed primo acquirenti, vel inſtitutori, *juxtà textus ſupra citatos cap.*1. *n.*7. *ad fin*; ſic eſt in Regnis & ſpecialiter in Luſitano, *ut probavimus eodem n.*7; ergo in eo ſucceditur inſtitutori primo, non poſſeſſori ultimo, ſeu (quod eſt idem) jure ſanguinis, non hæreditario; unde ita tenent multi DD. *apud Tiraq. de jure primogen. q.*35. *n.*2; *& Molin. de primogen. lib.*1. *cap.*8. *n.*9. & demonſtratur in practicâ;

I. Quia Rex non poteſt in vitâ alienare Regnum, 5
ut poſſet ſi eſſet ejus patrimonium, *ad tx. in l. in re mandatâ* 21. *C. mand. l.* 2. *in fin. ff. ſi quis à par. fuer. man.* ibi: *Nam ſuæ quidem quiſque rei moderator, atque arbiter.* Sed debet illud conſervare, quod eſt de naturâ contrarii, *ad l. peto* 69. §. *prædium ff. de legat.* 2; *Auth. res quæ C. commun. de legat.* II. Quoniam carens aſcendentibus, & 6
deſcendentibus non valet coronam relinquere cui velit, ut valeret ſi ejus foret hæreditas, *ad l.*1. *C. de ſacroſ. eccleſ*; *l. fratris* 21, *& l. fratres* 27. *C. de in off. teſtam*; ſed intrat à legibus vocatus, *ut notavimus d. c.* 1. *n.*7; quod eſt proprium ſucceſſionis ſanguinis, *ad tx. in cap. un. in princ. de ſucceſ. feud. in feudis*, ibi: *Nullâ ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente.* III. Ad ſucceſſionem Regni 7
admittuntur collaterales ultimi poſſeſſoris uſque in infinitum, dummodò deſcendant ex Regiâ illâ domo: *Bald. in cap.*1. *de feud. March. n.*6, *ubi Alvarot. in* §. *ſi capitanei verſ. & ſupradicta ſunt valdè notanda*; *Jaſ. in l. fin. C. undè legit. n.*3; *Cæpola caut.*95. *Guillielm. de Monteferr. de ſucceſ. Regum fol.*3. *verſ. ex quibus. Suar. in l. quoniam fol.*86.

verſ.

verſ. in ſucceſſione Regni C. inoff. teſt. Dec. Joan. le Cirier, Jacob. de S. Gregor. & alii, quos referens ſequitur Gom. in l. 8. Taur. n. 6; & in l. 40. n. 5; quod eſt ſecundùm ſucceſſionem ſanguinis, *ad l. fin. & ibi notata C. de verb. ſign;* & contra hæreditariã, quæ ab inteſtatò præter decimũ gradũ non extenditur. §. *ult. ubi gloſa ult. Inſt. de ſucceſ. cogn; gloſ. verbo, longiſſimo, in* §. *cæterũ, de leg. agn. ſuc. gloſa ult. in Auth. in ſuis C. de leg. hæred; Azo in ſummâ, ſub eodem tit. n. 13; Bart; Angel; Salic; Bald; Alex; Corn. & Dec. in l. fin. C. unde leg; & eſt commune, ut ait alios citans Gom. in d. l. 8. n. 5; de quo plura Tiraq. de retr. lignag.* §. 1. *gloſ. 9. n. 23.*

8 Quod habet particularem rationem in Regno Luſitaniæ, quia incæpit à donatione Alphonſi 6 Regis Legionis, *ut vidimus in 2 Proœm.* §. 1. *n. 22;* at in habitis ex conceſſione alterius ſucceditur jure ſanguinis; *juxtà ſententiam Bart. in Auth. poſt fratres 2. C. de legit. hæred; quam ibi probarunt, fulgos; Paul. & Corn. quos, ac Cuman. refert Valaſc. de jure emphit.* 1. *p. q. 50. n. 6.*

9 Planè ad ſuccedendum jure ſanguinis primo inſtitutori, illius, (non ultimi poſſeſſoris, cui non ſucceditur,) proximior debet vocari, *ex reg. txs. in princ. &* §. *ſi plures, Inſt. de leg. agn. ſucceſ; & in princ. de ſucceſ. cogn; & in l. 1.* §. *proximus, &* §. *gradatim ff. undè cognati.* At verò Regina intendebat probare ſe proximiorem primo Alphonſo, Luſitaniæ primo Regi, ſeu patri ejus Henrico, in quo Regnum habuit principium, *ut narravimus d. Proœm.* 2. §. 1. ideóque cæteris anteponendam fore, cùm fœminæ à Luſitanâ non excludatur coronâ, *ſicut oſtendimus cap. 3. à n. 7.*

10 Attamen nil probavit; (quod eſt primum reſponſum *I. Reſp. ad 1 actionem Reginæ Chriſtianiſſ.*

ad

ad propoſitam actionem,) nam nec præſentavit, quas diximus, ſcripturas; nec hiſtorici, aut genealogici concludunt aliquid; etenim, ex Luſitanis, Ferdinandus Lopez *in chron. antiquâ d. Alphonſi* 3, *cap.* 3, ſolùm refert famam eſſe, Regem illum, ex Mathilde priori uxore, genuiſſe filium, (cujus non declarat nomen,) qui in Luſitaniâ uxorem duxit filiam Petri Infantis Caſtellæ, (quem haud novimus,) neque aliam de ejus vitâ, morte, vel prole mentionem facit. Eduardus Nunez *in moderniori chron. ejuſdem,* negat omninò eum ex Mathilde, aliquem procreaſſe; & prætenſum Robertum dicit nepotem Mathildis ex ſorore, vel fratre; Petrus de Maris *in dial. var. hiſt. dial.*2. *cap.*15. narrat Alphonſum duxiſſe Beatricem, & reliquiſſe Mathildem uxorem, ut ex illâ ſuſciperet Regni hæredem, quem ex hac non habebat, nec poterat ſperare, propter ſenectutem ejus. Fr. Antonius Brandão *in Monarch. Luſit.* 4. *p. lib.*15. *cap.*22; diſputans pro utráque parte, unam, & alteram probabilem appellat. Ex Hiſpanis; Garibay *lib.*34. *cap.*20 ſcribit, Alphonſum è Mathilde habuiſſe filium qui in patris vitâ obiit Vlyſſippone, ibique fuit ſepultus in monaſterio Sancti Dominici. (fortè illum æquivocat cum Alphonſo ex uxore poſteriori genito, ibidem ſepulto, ſecundùm Maris *ſupra.)* Ex exteris Ælias Reuſnerus *in Genealog. pag. mihi* 99. *in ſtirpe Luſitaniæ* præfato Regi filium non tribuit ex Mathilde. Ex Gallis ipſis, poſt agitatam Reginæ Chriſtianiſſimæ cauſam, Claudius Paradinus *in genealog. Principum Gall*; *in genealog. Comitum Flandr. anno* 1255. *pag. mihi* 87. nominat Guidonem Comitem Flandriæ habentem uxorem Mathildem filiam Regis Luſitaniæ, quem ego, ob temporis convenientiam,

puto

puto intellexiſſe de dicto Alphonſo 3, &, ex ſimilitudine nominis, fuiſſe (ſi tamen fuit) genitam ex uxore Mathilde; hujuſque Guidonis, & Mathildis nominat filium Robertum (forſan eſt idem de quo in hâc causâ) cognominatum, *de Bethune*, qui fuit Flandriæ Comes hujus nominis tertius, &, in numero Comitum, 24; ex quo copioſiſſima extat proles in principalioribus Europæ domibus, ut deduxi *in 3. p. meæ Genealogiæ Regum Luſitaniæ*, ſemper tamen ſub dubio an ea Mathildis Alphonſi noſtri fuiſſet filia. At Andreas Favinius *in tract. de honor. tit. Reg. Luſit. lib.* 20. *fol.* 1020, dictum Robertum inquit non jam nepotem Alphonſi, & Mathildis, ſed filium, eique Ferdinandum fratrem aſſignat; idemque de Roberto affirmant Scævola, & Ludovicus de Sanctâ Marthâ *in Genealog. Reg. Gall. in ramo Luſit. Reg.* diſcrepant autem Petrum vocando fratrem, quem Favinius Ferdinandum appellat; & tandem in ſimili confuſione ambulat Jacobus Caſſanus, & cæteri moderni.

11 Iterùm, ſuppoſito, (abſque præjuditio veritatis,) illum Robertum fuiſſe noſtri Regis Alphonſi vel nepotem, vel filiũ, alia reſtat incertitudo, verificandi an, quomodò, & in quo gradu Chriſtianiſſima Catharina, ex eo deſcenderet; ego ſanè, maximâ datâ operâ, non potui continuare illius lineam uſque ad Joannem Comitem Bononiæ, ſeu Boloniæ, & Averniæ, patrem Magdalenæ, quæ fuit mater Chriſtianiſſimæ; imo eam negat omnino *Caram. in Philip. l.* 1. *tit. Alphonſi* 3. *q.* 2. dans ſchema geneal. ſed eſt author nullius fidei, vel momenti; deſcendentia verò non nudis adſeverationibus eſt probanda, *l. non nudis* 14. *C. de probat*; ſed probationibus legitimis, *ut notatur in cap. licet ex quadam* 47.

de teſtib; ideò non ſufficit fama, *ex doctrinâ Bart. in l. de minore* 10. §. *plurimum ff. de quæſtion. n.* 30; *quem multis relatis ſequitur ibi Hypolit. n.* 50, *&* 54; cum ergo nec Chriſtianiſſima Reginâ oſtenderit, nec nos poſſimus verificare gradum in quo illa erat, (ſi in aliquo erat,) cum Luſitani Regni primo Principe, non potuit procedere intentata actio in quâ præcedere volebat alios tanquã illi proximior.

II. *Reſp. ad d. actionem.* Secundò, etiam ſi probaſſet, non obtineret, in Regno 12 enim ſucceditur ultimo poſſeſſori jure hæredetario; *ut veriùs ſcripſit Oldradus conſ.* 94. *n.* 8; *quem ſequuntur Abb; & alii DD. in cap. licet de voto; Alberic. in procem. ff. vet.* §. *diſcipuli, col.* 4. *verſ. & ex prædictis ſubjicio, & in l. pen. col.* 2. *verſ. nunc tranſeamus, C. de don. inter. vir; & in l.* 3. *ff. de interd. & releg; decem, & novem Doctores pro hac parte allegat Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1; *tenet, & communem dicit Ant. Gom. in l.* 40. *Taur. n.* 72; *pro quo additio ibi ad eundem, ultra citatos à Molinâ, citat alios quatuor; & pluribus de more confirmat Tiraq. de jure primogen. q.* 23. *n.* 5, *& q.* 35. *per tot.* & probat optimus tx *in d. cap. licet de voto*, ubi Sum. Pont. Innocentius 3, minatur privare Regno filium Re- 13 gis Hungariæ ultimi poſſeſſoris ſi non adimpleat patris obligationem, quod ex eo facit, quia filius Regnum accipit tanquam patris hæreditatem, atque ita debet ejus adimplere voluntatem ſub pæna privationis hæreditatis ipſius, juxta regulas ordinarias in hæredibus, *Auth. hoc amplius, C. de fidei commiſ. ubi Salycet; cap. Sylveſter* 11. *q.* 1; *cap. ſi hærædes* 6. *de teſtam*; non poſſet autem fieri, ſi in Regno ſuccederet jure ſanguinis, quia tunc, primo inſtitutori ſuccedens, non teneretur (in Regno) ad debita ultimi à quo illud non habuit; *juxta reg. txs in l. unum ex familiâ* 67. §. *ſi de falcidiâ, ff. de legat.* 2; *l. ab eo* 9. *ubi Bald. C. de fidei com*;

& hic eſt verus intellectus txs illius ſecundùm, *gloſ. ibi, verbo, privandum, & plurimos relatos à Molin. d. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. Quin obſtet dicere illum tx. procedere in favorem piæ cauſæ, ut putant aliqui citati à Molinâ, *ibi, n.* 3. (recurrentes, quod eſt miſerrimum, ad ſpecialitatem ;) vel quod filius (ut txs enuntiativè narrat) patri ad implementum ſe obligaverit, ut ipſe Molina affirmat *n.* 5 ; nam, ſi hoc eſſet, alio modo filius compelleretur ad ſatisfactionem ; ſed privari Regno eſt proprium de hæredibus, juxta txs citatos ; quod & declarat txs ipſe in ratione decidendi, ibi : *ne paternâ te reddas ſucceſſione indignum, & hæreditatis emolumento priveris, cujus recuſaveris onera ſupportare*, quod quidem nil continet aliud niſi quod per viam regulæ in omnibus hæredibus, per eadem quaſi verba, dixerat tx. *in d. cap. Sylveſter* 11. *q.* 1 ; ibi : *ut indignis hæreditas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris ſui proſilire judicium*, unde prædictos intellectus ex aliis etiam meritò reprobat Joann. Garcia. *de fruct. & expenſ. cap.* 16. *n.* 31.

14 Ratio eſt, quia Regnorum inſtitutio eſt de primævo jure gentium, *ex adductis in* 2. *proœm.* §. 3. *n.* 4, ſed eo jure, & etiam multo moderniori, ſola hæreditaria ſucceſſio vigebat, §. *cæterum Inſt. de legit. agn. ſucceſ* ; *ibi : omni aliâ ſucceſſione incognitâ* (aliæ etenim nouiſſimis temporibus introductæ ſunt, *princip. Inſt. de fidei com. hæred.*), ergo populi Regna condentes, de uſitatâ, hæreditariâ ſcilicet, ſucceſſione egerunt ; *arg. l. quod ſi nolit* 31. §. *quia aſſidua, ff. de ædil. edict* ; *l. ſemper* 34. *de reg. jur. & quæ Everard. in loc. argum. loco* 104. *ab uſitato* ; neque de incognitâ cogitarunt, *arg. l.*
15 *Rutilia Polla* 69. *de contrah. empt.* Accedit quod quando

non conſtat de formâ conceſſionis bonorum, regulantur ſecundùm ſucceſſionem hæreditariam, *ex cap. un. §. fin. in quibus cauſis feud. amit; ibi: ut ad eum, hæredeſque ſuos, &c. in uſib. feud; notatur per tx. ibi in cap. un. de ſucceſ. fratr. in eiſdem uſibus; ad quod alia refert Cov. pract. cap. 38. n. 13; dicit commune Burſat. conſ. 3. n. 4. lib. 1; & mihi ſubtiliter probatur arg. l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio*; ergo ſic erit in Regnis, ſiquidem populi in erectione illorum nihil de ſucceſſione declararunt.

Confirmatur praxi (quæ optima interpres legum, ac contractuum; *l. ſi de interpretatione 37. ff. de legib; cap. cum dilectus de conſuet; l. in obſcuris* 114. *de reg. jur. Gama deciſ.* 16. *n.* 7. *Rebuff. ad tit. de verb. ſign. l. 87. verſic. ex conſuetudine*; dixi *in tract. Perfectus Doctor qualit. 23. n. 36.*) Nam I. Rex poſſeſſor poteſt exhæredare primogenitum, privando eum Regno, ex cauſis ordinariis contentis *in Auth. ut cum de appell. cogn. §. cauſas coll.* 8; ut notatur in *d. cap. licet de voto*; tenet *Oldrad. d. conſ. 94. n. 16. plures relati à Molinâ, d. tract. lib.* 1. *cap. 9. n.* 1; *Guillielm. Bened. in repet. cap. Rainuntius, verbo, in eodem teſtamento relinquens (in* 1.*) ex n. 207. de teſtam; affirmans ſe vidiſſe ſecundùm hoc judicari; dicit commune Coſta de ſucceſſ. Regni, pag.* 149; *plura refert Tiraq. de jur. primogen. q. 21. n. 4, & 10; tenens idem*; quod eſt proprium ſucceſſionis hæreditariæ, *ut advertunt communitèr Doctores per tx. in l. quidam cum filium in fin. ff. de hæred. Inſt; teſte Molinâ, d. cap. 9. n.* 2; & contra ſucceſſionem ſanguinis, *l. filius familias* 114. § *cum pater de legat.* 1; *ibi: poſſe exhæredatos petere fidei commiſſum. Philip. Corn. in l. 1. col. 3. verſ. præterea C. de cond. inſert, & ex multis defendit Molina, d. n.* 2.

16

17

II. Vidimus ſæpè Regnorum poſſeſſores diviſiſſe Regna 18
inter

inter filios; quorum aliqua exempla retulimus *in 2 proœm. §. 1. n. 26*; quod eſt ſecundùm ſucceſſionem hæreditariam, *l. 2. §. hæc hæreditas ff. de ſuis, & legit*; *l. lege 14. in fin. C. de legit. hær. cũ concordantibus*, & contra ſucceſſionẽ ſanguinis; quæ eſt indiviſibilis, *Cyn. in l. ſi viva C. de bon. matern. Bald. in Auth. ex teſtamento, C. de collat: n. 16*; *Tiraq. de primog. q. 51. à n. 1*; *Molin. alios allegans, d. lib. 1. cap. 6. n. 2.*
19 III. Filius non poteſt in vitâ patris ſine illius conſenſu paciſci de ſucceſſione Regni, *juxtà Bald. in Auth. hoc ampliùs n. 10. C. de fideicom*; *Coſta de ſucceſ. Regni pag. 139*; *Garcia d. tract. de expenſis, cap. 16. n. 31*; quod eſt ordinarium in hæreditate, *l. ult. C. de pact. ubi Alex*; *Salycet*; *& omnes, l. 3. ubi gloſ. penult. C. de collat*; *cap. quamvis pactum de pact. in 6*. & contra ſucceſſionem ſanguinis, de quâ valet conventio vivente poſſeſſore abſque ejus conſenſu; *l. 1. C. de pact. Jaſ. in d. l. 3. n. 4. C. de collat. Dec. conſ. 445. n. 29*; *& alii quos ſequitur Molin. d. tract. lib. 3. cap. 2. n. 22.*
20 IV. Qui vult ſuccedere ultimo Regi in Regno, non poteſt repudiare reliquam ejus hæreditatem, ſed ſi eam repudiet, eo ipſo repudiat Regnum, tanquam ejus partem, quod tranſibit ad ſequentem ſucceſſorem; *Oldrad. d. conſ. 94. n. 15. in fine, Alberic*; *& Ancharran. quos ſequitur Coſt. ſupra pag. 137. verſ. hinc*; quod eſt proprium ſucceſſionis hæreditariæ, *l. 1, l. 2, l. ſi ſolus 80 ff. de acquir. hæred*; *l. quidam elogio 20 C. de jure deliber*; & contrarium ſanguinis ſucceſſioni, in quâ quis, hæreditate repudiatâ, poteſt retinere quod ſibi venit eo modo; *l. ſi operarum 29. ff. de oper. libert*; ibi: *Filio autem, & ſi hæres non extet, --- tamen omnimodò competit*; *l. pro hærede 20. §. ſi quid tamen, ubi Bart. ff. d. tit. acquir. hær*; *idem Bart. per tx. ibi in l. ut jurisjurandi 7. §.*

ſi

ſi liberi d. tit. de oper. libert; *latè Molin. d. lib.*1. *cap.*8. *à n.*4. *Clar. in* §. *emphiteuſis q.*37. V. In ſucceſſione Regni 21
habet locum repræſentationis jus, *ut dicemus hoc lib. cap.*9, quod item eſt naturale hæreditati, *ut in* §. *cum filius Inſt. de hæred. quæ ab inteſt*; *quod planum eſſe ait Valaſc. de jur. emphit.*1. *p. q.*50. *n.*2.

Quare de Regno Luſitaniæ ita intellexerunt Summi 22
Pontifices in bullis tranſlatis, *Proœm.*2. §.2. *n.*15, *&* 16; ubi multoties loquuntur de hæredibus; & clariſſimè diſpoſitum fuit in electione Regis Joannis 1; ut conſtat ex verbis inſtrumenti illius relatis *ſupra cap.*3. *n.*3; quam in eâdem formâ Summus Pontifex confirmavit, ex quibus omnibus cùm videamus primos illos Reges ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituiſſe Regnum, non eſt dubium quod hæreditarium ſit, *l. familiaria* 5. *ff. de religioſ*; *& ſumpt. fun.* ibi: *Familiaria ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi, familiæque ſuæ conſtituit*; *hæreditaria autem quæ quis ſibi, hæredibuſque ſuis conſtituit:* Secundùm quod plures Luſitaniæ Reges diſpoſuerunt per mortem, & inter vivos, cujus rei teſtimonia omitto, ne procedamus prolixiùs.

Neque aliud convincunt adducta in contrarium: nam 23
ad primum *n.*4. reſpondetur, textus in quibus fundatur conſideraſſe, capientem ſuccedere primo inſtitutori ſolùm ad effectum ne poſſet gravari ab ultimo poſſeſſore, & ad alios de quibus agunt, at verò quoad computationem conſanguinitatis eſt diverſum, *ut videbimus n.*27. Quod au- 24
tem deſumitur ex practicâ è *n.*5. diluitur facilè. Si advertamus, quod quamvis ſit verum, Regna hæreditario deferri jure, tamen, in eis ſunt introducta quædam redolentia jus ſanguinis; Nam populi (apud quos omnis poteſtas

erat,

erat, *l. 1. ff. de conſt. Princ.* & qui ex tali poteſtate valebant ponere quas vellent conditiones in Regno quod dabant, *juxtà reg. l. in traditionibus* 48. *ff. de pact.*) adjecerunt, vel præſumendum eſt adjeciſſe aliquas conditiones, ſeu qualitates, quæ plus conveniebant publicæ utilitati; unuſquiſque enim facit actum meliori, & ſibi utiliori modo quo poteſt, *l. 3. de teſtam. milit*; induxerunt ergo notata ſupra *ex d. n.* 5, quod ſcilicet Rex non poſſet regnum alienare, ex hoc enim reſultaret notorium præjudicium; quod nequiret quem liberet ſucceſſorem nominare, ne ex ſelectis à populo exiret ſucceſſio, fortè in indignum; & tandem ex eâdem ratione, quod collateralles admitterentur uſque in infinitum; erat autem impoſſibile quod Regnum ſubjicerent ſucceſſioni ſanguinis, eam ſiquidem non agnoſcebant, *ut notavimus n.* 14.

25 Denique ad ultimum *n.* 8. Reſpondetur procedere in his tantùm quæ per conceſſionem dominicam poſſidentur, ut loquuntur Doctores ibi citati; quod non eſt in Luſitaniæ Regnis, ut eſt notiſſimum; nec fuit unquam, pro ut demonſtravi *in 2 Procem.* §. 1. *ex n.* 24, quin imò, ut ibi oſtendi *ex n.* 20, ad Thareſiam noſtram pertinebat non ſolùm Portugallia, ſed & Regna Caſtellæ, ac Legionis, quâ veritate cognitâ non eſt opus recurrere ad dicendum, Reges noſtros armis ſibi liberè conquiſiiſſe à Sarracenis maiorem Luſitaniæ partem, *de quo agemus hoc lib. cap.* 8, & in totâ Regium titulum ſupremè obtinuiſſe, atque ita magis dignum atrahere ad ſe minus dignum, *ex juribus allegatis d. 2 Procem.* §. 2. *n.* 29. *in fine.*

26 Cum igitur Regnum deferatur tanquam hæreditas ab inteſtatò ultimi poſſeſſoris, pertinebat ad proximiorē conſanguineum Henrici Luſitani, *ex reg. l. 2. §. hæc hæreditas ff.*

de

de ſuis, & legit, & aliorum textuum de quibus ſupra n.9; ac conſequenter Galliæ Regina, (quamvis foret conſanguinea,) cum eſſet in gradu remotiſſimo, præcedebatur à proximioribus quos vidimus ad principium hujus libri in genealogica arbore.

III. *Reſp. ad dictam actionem.* Tertiò principaliter, dato (non conceſſo) Regnum deferri jure ſanguinis, adhuc non præfata Regina, ſed prædicti proximiores ultimi ſuccedabant, namque minùs bene actio ſupponit, in ſanguinis ſucceſſione, primi poſſeſſoris proximiores quæri, cùm ſit verius contrarium, probatumque eiſdem juribus, quibus (malè intellectis) pars adverſa niti conatur; videantur txs fortiores *in l. cum ita legatur, aliàs l. omnia 32. §. in fideicommiſſo ff. de legat 2*; & *in l. fin. C. de verb. ſignif*; in quorum priori juriſconſultus ait ad fideicommiſſum relictum familiæ, poſt nominatos à teſtatore, & proximiores defuncti tempore mortis ipſius, vocandos illos qui ab iſtis proximioribus fuerint procreati; ergo jam non conſideratur proximitas reſpectu teſtantis, ſed ultimi poſſeſſoris, cùm poſſint ſupereſſe eo tempore plures alii teſtanti proximiores, quibus præferuntur hi qui ex proximioribus deſcendunt. In poſteriori habetur, quod in eodem fidei commiſſo ſucceditur eo ordine quo in ſucceſſione ab inteſtato, in quâ proximitas conſideratur reſpectu ultimi morientis; *ut ſupra n.26*; quam declarationem ad dictos textus bene advertit Molina, *d. lib.* 1. *cap.9. n.*11, & 12. amplectens noſtram partem per illos, ac per *cap. un. de nat. ſucceſſ feud. in uſib. feudor*; addenſque latè alia fundamenta; inter quæ eſt illud quod ſi proximitas reſpectu primi conſideranda foret, eam verificare, à communiter accidentibus eſſet in poſſibile, cùm Regna (imo & 27

maioratus

maioratus multi,) antiquiſſima ſint; quare eandem partem redegit in legem pro Caſtellanæ Coronæ ſucceſſione *l.* 2, *tit.* 5. *part.* 2; *ubi Gregor. verbo, el mas propinquo pariente*; obſervantque omnia judicia in cauſis maioratuum.

IV. Reſponſ.

28 Quartò, non eſt omittendum, quod (quamvis ſupra notata deficerent,) actio Reginæ ſolùm intendit ſuccedere Alphonſo primo Regi Luſitaniæ, à quo proteſtatur ſe ſanguinem ducere per tertium Alphonſum pronepotem illius, at verò ſeries Regni primi Alphonſi, ac tertii, expiravit in Rege Ferdinando, per cujus obitum vacaſſe Coronam fuit judicatum, ideóque noviter electus Joannes 1, *ut ſup.* 2. *Proœm.* §. 3. *n.* 4, in quo licet antiquum Regnum continuatum fuerit cum antiquis legibus, & qualitatibus, *ut diximus cap.* 3. *n.* 17; nova tamen incœpit ſucceſſio in novâ lineâ; & cùm Regina Chriſtianiſſima non deducat ſe ex eâ procedere, ad Regnum in eâdem reſtitutum (ne dicam conſtitutum) non videtur rectè argumentari.

II. Actio Reginæ Chriſtianiſſimæ.

29 Sed jam ſumebat aliam viam; inſiſtendo adhuc in deſcendentiâ ab Alphonſo 3, per nominatum Robertum ex Mathilde priori uxore filium, inquiebat, ad hunc (cujus illa juris erat hæres,) tanquam ad primogenitum, Luſitaniæ Regnum pertinuiſſe, injuſtéque præpoſitũ fuiſſe Dionyſium, cùm & ſecundò, vel tertiò genitus fuerit, & non ex legitimâ uxore, ſed ex Beatrice filiâ Regis Caſtellæ, cum quâ vivente Mathilde prædictus Alphonſus contraxerat matrimonium tantùm de facto; propter quod Summus Pontifex in eum, ac in Regnum fulminarat cenſuras, ut totum eſt in confeſſo; neque le-

gitimationem Pontificis Vrbani 4 poſtea obtentam potuiſſe habilem reddere præfatum Dionyſium ad coronam ſæcularem, *ut concluſum eſt ſupra cap.* 4. *n.*24, maximè in præjudicium alterius; ſicque omnes poſt tertium Alphonſum Reges, fuiſſe intruſos, & in comitibus Boloniæ Roberti deſcendentibus verum Luſitani ſceptri jus conſtitiſſe, idque ſemper communem vocem prædicaſſe.

Ad obviandum exceptioni provenienti ex curſu pluſquam trecentum annorum, allegabat. I. Præſcriptionem non habere locum in regnis; *argumento eorum quæ notantur in cap. cum vobis de præſcript.* 30

II. Quod ſi haberet locum, nunquam poterat procedere cum malâ fide, *cap. ſi vigilanti* 5. *cap.ult. de præſcript*; *reg. poſſeſſor, ubi latè Covaruv.de reg.jur.in* 6; ſed Dionyſius ſciens regnum pertinere ad fratrem ſeniorem Robertum, *ut n.*29, regnavit cum malâ fide, *l. fin. verſ. omnes C. unde vi*; *cap. ſi virgo* 34. *q.*1; quæ ex illo tranſiit ad hæredes, *l. cum hæres* 11. *ff. de diverſ. & tempor. præſcr*; *dicam latiùs, lib.*3. *cap.*5; imo ipſos hæredes conſtituebat in malâ fide fama, & vox communis, *de quâ d. n.*29. *in fine*, ut probatur *arg. txs in l. fin.* §. *ſi verò C. ſi ſerv. aut libert. lib.*10; *l. fin. ibi: rumore perlato, ff. de hæred. Inſt*; *& eorum quæ notantur in l. ait prætor* §. *ſi quis particeps ff. quæ in fraud. cred*; *& in l. ſi fundum C.de rei vindic.facit cap.*2. *de purgat. canon*; ergo non poterant præſcribere. 31

III. Quod, etiam ſi poſſeſſores non eſſent in malâ fide, præſcriptio nunquam curreret adverſus comites Boloniæ, ſiquidem conſtat non fuiſſe ſatis potentes ut à Regibus Luſitaniæ poſſent exigere ſuũ; quod impedimentũ impedit tempus præſcriptionis, *ut aptiori loco oſtendam, lib.*3. *cap.*5. 32

Verum-

33 Verumtamen non potuit evadere quam timebat præſcriptionẽ, quæ per trecentos annos, (imò ſufficiebant centum,) inducta eſt immemorialis, *DD. communiter in cap.* 1. *in fine de præſcript. lib.* 6; *Ant. Gabr. commun. lib.* 5. *tit. de præſcript. concl.* 1. *n.* 71. *ubi multos citat*;& talis acquirit bona maioratus, dignitates, jurisdictiones, ac omnia jura quamvis regalia; *l.* 3. §. *ductus aquæ, ff. de aquâ quot*; *l.* 1. §. *fin. ver. ſi tamen de aquâ pluv. cum gloſ. ibi, verbo, vetuſtatem, in primo dicto*; *d. cap.* 1. *in fin. de præſcr. in* 6; *cap. ſuper* 26. §. *præterea de verb. ſign*; *ubi gloſa, verbo: memoria, allegat alia jura, Burſat. conſ.* 41. *n.* 7, *& alii apud Ant. Gabr. d. concl.* 1. *à n.* 1, *& Molin. de primogen. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 9. per eam enim præſumitur neceſſarius titulus; *ut ex dictis juribus deducunt Bald. in cap.* 1. *n.* 3. *quæ ſint regalia*; *Jaſ. in repet. l. de quibus n.* 43. *ff. de legib*; *cum pluribus congeſtis per Covarruv. in d. reg. poſſeſſor* 2. *p.* §. 7. *n.* 3; *per Molin. ſup. lib.* 2. *cap.* 6. *à n.* 11. *& Ant. Gom. in l.* 40. *Taur. n.* 90. *in fin.* qui omnes
34 idem tenent. (pro Luſitanis autem advocatis memoro, quod apud nos vaſſallus nullo tempore, etiam immemoriali, præſcribere poteſt Regalia, & Principi reſervata; ſed ſemper debet oſtendere juſtum titulum *per Ordin. lib.* 2. *tit.* 45. §. *ult*; *declarat Valaſc. de jure emphit.* 1. *p. q.* 8. *n.* 36, *& vide Cabedo de patronat Regiæ coronæ: cap.* 7. *n.* 4.)

1. Reſp. ad 2. actionẽ Chriſtianiſſimæ.

35 Neque obſtant quæ præſcriptioni opponebantur. Nam ad 1. *n.* 30, (quamvis ego aliquando dubitaverim,) jam verum puto, regna præſcriptioni ſubeſſe; nec, quamvis ſint condita à jure gentium, *ex ſæpe repetitis*, eſt inconveniens quod regulentur per modos civiles (qualis eſt præſcriptio, *princip. Inſt. de uſucap*) ut in pluribus gubernari vidimus, *hîc ex n.* 16; quod, ſi non ex rigore ſcriptarum legum, venit

ſaltem ex populorum conſuetudine; hæc autem apud omnes gentes introduxit (ut cernimus) actionem ad regnum per longiſſimam poſſeſſionem præſcribi; cumque per generalem uſum conſtituatur jus gentium, §. *jus autem gentium Inſt. de jur.nat*; jam dicere poſſumus per jus gentium regna præſcribi; & meritò, in eis namque viget æqualiter ratio quæ præſcriptiones introduxit, in bonum publicum, *ut ait l.1. ff. de uſucap.* ſcilicet, ne dominia rerum eſſent in certo, *d. l.1; d. princ. de uſu cap; d.cap. vigilanti cum gloſâ verbo, ſegnitiem, de præſcr*; & ut litibus finis imponeretur, *l.fin. ff. pro ſuo*; in hac tamen præſcriptione militabunt, propter vim rationis, regulæ, & conditiones juris civilis, quemadmodum militant in dando legem contractibus, qui etiam à jure gentium procedunt, *l. ex hoc jure de iuſt. & jur.* & in præſcribendis dominiis quæ ab eodem jure in multis provenerunt, *l.1. de acquir. rer. dom*; §. *ſingulorum Inſt. de rer. diviſ.* Nec tx. *allegatus in cap. cum vobis de præſcr.* hoc negat, imo adverſus Eccleſiam Romanam, quamvis ſub formâ certâ, præſcriptionem admittit.

Ad ſecundum, *n.31*; non probatur, ut neceſſe erat, in noſtris mala fides; nec præſumitur, niſi bona, *ex allegatis in 2. procæm.* §.1. *n.9*; *quibus addo gloſ. verbo: bonâ fide, in cap. ult. de præſcr; Cov. in reg. poſſeſſor 2.p.* §.8. *n.2*; quin imo bonam habuiſſe probatur, quia, *ex dictis, n.10.* communis opinio erat non extare prolem ex Alphonſo, & Mathilde; confirmata, *(ut infra.n.42.)* quòd, defuncto Ferdinando Rege, electus fuerit Joannes 1. ob defectum hæredum, *ut in d. 2.procæm.* §.3. *n.4*, quin aliquis ſe opponeret; Dionyſius autem erat legitimus, *ut inferiùs n.43.* & genitus poſtquam pater regnabat, unde in ſucceſſione Coronæ, quamvis

36 37

vis minor natu, præcedebat procreatos (ſi eſſent) à patre non dum Rege, hi enim non propriè ſunt filii Regis; *ſecundùm opinionem gloſæ, verbo: natæ, in l. imperialis, §. his illud C. de nupt; quam ibi ſequuntur Bart; & Bald. n.3; idem Bart. per tx. ibi in l. ſi Senator. 11. C. de dign. lib. 12; & in l. cum ſatis 22. C. de agricol. lib. 11; & ex multis dicit communem Gom. in l. 40. Taur. n. 67*; quæ omnia (licet hoc ultimum non judico verum, ut dicam, *n.* 45,) ſatis, ſuperque erant ad conſtituendam bonam fidem in d. Dionyſio; *l. igitur 12. §. & generaliter ff. de liber. cauſ; ubi Bart; l. Celſus 27. ubi etiam Bart. n. 13. de uſucap. l. fin. §. 1. ubi gloſa, verbo, poſſederit, & verbo, non obſtat, ff. pro ſuo; gloſa fin. in l. fin. C. de uſucap. pro donato; dicit communem Menoch. de recuper. remed. 13. n. 34*, quæ bona fides in hæredes tranſiit,
38 *juxtà l. qui in alterius 42. ff. de reg. jur.* Vlteriùs quod dicitur, malam fidem tranſire ad hæredes, procedit quoad præſcriptionem decem, & viginti annorum, (quam ſolam Juriſconſulti cognoſcebant, *ut inquit gloſa, verbo, veteres leges, in l. ſi quis 8. C. de præſcr. triginta,*) non autem in immemoriali, (qualis noſtra,) hæc enim facit præſumere bonam fidem, & titulum præſumptione juris, & de jure, contrà quam regulariter non admittitur probatio; *Salicet. in l. 2. n. 8. C. de ſervit; Jaſ. Dec; Felin; & alii relati à Burſat. conſ. 48. n. 8. lib. 1; Ant. Gabr. commun. d. lib. 5. tit. de præſcr. concl. 1. n. 56; Otalora de nobilit. 3. p. cap. 7.*
39 *n. 16. Garcia de expenſ. cap. 9. n. 22.* Repeto etiam Portugalliæ Reges à plus quàm ducentis annis poſſediſſe non tanquā hæredes Dionyſii, (in quo arguitur de malâ fide,) ſed tanquam hæredes Joannis 1, ex novâ electione, *ut n.* 28, non ergò procedit argumentum de illâ malâ fide.

Ad

Ad tertium, *n.32*, Reſpondetur, quod, tempore electionis præfati Joannis 1, quæſiti fuerunt legitimi hæredes, &, quia non inventi, multò ſeriò ad eam electionem fuit deventum, *ut d. Proœm.2. d.* §.3. *n.*4, de quo, propter vicinitatem, ac commerciũ regnorum Galliæ (ubi eſt Bolonia,) & Luſitaniæ, præſumuntur Comites Bolonienſes ſciviſſe, *ut præſumunt txs in cap. quoſdam* 7. *cum ſeq. de præſumpt*; imò quod ipſa Gallia, (ut eſt notum in hiſtoriis,) juvaverit Caſtellanum Regem ad Luſitanam aſpirantem Coronam, probat in Gallis plenam negotii notitiam, *arg. cap. ult.* 16. *diſt*; *& cap.*1. *verſ. cùm, & contrà quoſdam de poſtul. prælat*; Non ergò poſſunt dicere Boloniæ Comites, ſibi defeciſſe poteſtatem ad allegandum jus in Regno vacanti, & quærente ſucceſſorem. 40 Item, cùm in præſenti agatur de immemoriali præſcriptione, hæc tollit allegationem defectus potentiæ, facit enim præſumptionem juris, & de jure pro poſſidente, *ut ſupra n.* 38, & conſenſus liberi contrà jus habentes; *Joan. Andr*; *ac alii quos referentes ſequuntur Burgos conſ.*15. *n.*34. *Cov. in d. reg. poſſeſſor* 2. *p.* §.4. *n.*5. *Garc. de expenſ. d. cap.*9. *n.*23. 41

II. Reſponſ. ad eandem actionem.

Ita peremptum erat jus Roberti, ſi foret; attamen, quamvis illa exceptio deeſſet, reſpondebatur directò actioni, eam in fundamento deficere, non enim eſt probatum quod fuerit talis Robertus, & talem deſcendentiam reliquerit, ut oſtendi *n* 10, *&* 11, & addo hìc, quod, cùm in occaſione electionis Joannis 1 ob defectũ hæredum, Boloniæ Comites habentes perfectam de re notitiam, de aliquo jure ſuo non oppoſuerint, (maximè Galliâ pugnante, adverſus dictam Joannis electionem, quo caſu ad arma juſtificanda multùm inſerviret ea allegatio,) reſultat optima 42

conjectura

conjectura quod non habebant tunc notitiam deſcendentiæ præfatæ, *arg. txs in l. cum de indebito* 25, *verſ. qui enim ſolvit, ff. de probat*; ſi ergo ignorabant illam eâ ætate Alphonſo 3 proximiori, eſt ſignum nullam fuiſſe, & poſt tot ſæcula faciliùs poſſunt errare.

43 Sed, quamvis ex Alphonſo, & Mathilde extitiſſet proles, adhuc reſponderetur; præmittendo, quod defunctâ Mathilde Summus Pontifex Vrbanus 4, (non Clemens, ut aliqui exiſtimant,) ex juſtis rationibus diſpenſavit in ſecundo matrimonio invalido, illud revalidando ac ſi à principio legitimum fuiſſet, mentionem faciendo de Dionyſio, aliâque prole ſuſceptâ, eamque ad Regni ſucceſſionem expreſsè legitimando; *ut conſtat ex Chron. ipſius Alphonſi* 3, *cap.*4. *Garibay lib.*34. *cap.*20, *& ſeq. Maris d. dial.*2. *cap.*15. *Brandão d.* 4. *p. lib.*15. *cap.*27; *& reliquis de materiâ ſcribentibus*; quæ legitimatio non eſt ſimplex, ut illa quam *cap.*4. *n.*24. diximus ad ſæcularia non ſufficere, ſed cadit ſuper radice matrimonii illud approbando à principio, & in conſequentiam filios, quæ forma in jure eos reddit ad omnia verè legitimos; *Joannes Andr. & Cardin' per tx. ibi in cap. per venerabilem qui filii ſint legit*; *ubi Abb. n.*22; *probat ex pluribus Præpoſitus ibidem* §. *quod autem n.*74, *latè Anchar. conſ.*409. *col.*2; ubi extendit etiam ſi alter ex conjugibus mortuus ſit; *Anton. de Roſſel. in tract. de legitimat. lib.*2. *in princ. n.*22; *meliùs quàm alii Celſus conſ.*31. *n.*7, 8, *&* 10; *Boer. deciſ.*264. *n.*26; *Cov. de ſponſ.* 2. *p. cap.*8. *n.*13. *III. Reſponſ.*

44 Contra quod tamen non me latet poſſe argumentari, illud procedere, ſi impedimentum matrimonii jam approbati veniebat ex jure poſitivo, quod Pontifex poteſt removere, ſicut poſſet à principio; ſecùs ſi

ſi veniebat ex divino vel naturali jure, quod non ſubeſt Pontifici; ut declarant *Roſel; Præpoſitus, Joan. Andr*; *& Abb. citati*; impedimentum verò ligaminis (quod erat in matrimonio noſtro,) eſſe de jure nat; ac divino, *ut probatur Luc. cap.16. n.18; & Matth.19. ex n.5; & Paul. 1. ad Corinth. cap.7. n.3,4, & 10. cap. gaudemus, verſ. quia verò cum ſeq. de divort; & ex Concil. Trident. Seſſ. 24. de Sacram. matrim. can.7*; proindéque Pontificem Summum non poſſe in uxorum pluralitate diſpenſare, *ut concludit Bonacina tom.1. tract. matrimon. q.3. puncto* 10. *n* 4. & conſequenter diſpenſationem valuiſſe in futurum ex tempore mortis prioris uxoris impedientis, non autem potuiſſe legitimare filios natos ex adulterio dum vivebat illa. Sed reſpondeo quod ad huc in matrimonio jure divino impedito poteſt Papa modo notato diſponere, (fortè erit, declarare,) *ſi dubiũ eſſet utrũ impedimentũ ſubſiſteret, an non*, ita ex relatis D D. loquitur Molin. *de primog. lib.3. cap. 2. n.12. verſ. ſi impedimentum.* Et ſanè quod fuerit aliquod dubium de validitate prioris matrimonii de quo agimus, ſuadetur. I. Ex bonâ opinione quam debemus formare de tanto Rege: II. Fortiùs, quia videtur, aliter Sum. Pontificem non diſpenſaturum; III. Quoniam, teſte Brandão, *d. lib.15. cap.27*, Alphonſus filius dicti Regis Alphonſi, natus ex matrimonio jam (mortuâ priori uxore) diſpenſato, oppoſuit de allegato jure ad excludendum à Regni ſucceſſione Dionyſium, tanquam illegitimum quòd natus fuiſſet ante diſpenſationem vivente dictà priori uxore; & tamen ſuccubuit; ſignum quod Dionyſius erat verè legitimus.

Hoc præmiſſo; vel ſuppoſita proles fuit fœminina, vel maſcu- 45

maſculina; ſi fœminina, ut ait Paradin. *citatus n.* 10, notoriè præcedebatur à Dionyſio maſculo, &, ut modò notavimus, legitimo. Et certè qui aliquam ex illis Principibus concedat prolem, fœmininam ſolùm dicet veroſimiliùs; ita enim & prolem dabit ſecundùm aliquos, & videbit rationem quare illa nunquam ad ſucceſſionem aſpiraverit, ut conſideravimus, unde fortè multi eandem negant; atque hoc medio concordes fient confuſæ opiniones *de quibus ſupra d. n.* 10, ut fiendum docemur *per tx. in cap. cum tu* 16. *de teſtib; & gloſ. ibi, verbo: benignè, quæ multa cumulat.* Sic ego feci 3. *p. Genealog. Reg. Luſitan.* ſemper tamen, ut declaravi, cum partis oppoſitæ formidine.

46 Si verò proles eſſet maſculina, ſcio ſecundùm opinionem aliquorum poſſe reſponderi Dionyſium natum poſtquam pater poſſidebat Regnum, præceſſiſſe genitos priuſquam ipſe Rex foret, *ex adductis ſup. n.* 37. Ego autem ingenuè fateor meo judicio eam opinionem non ſatisfacere; procedit namque quandò pater de novo per electionem obtinet Regnum, ſecùs ſi, (ut in noſtro caſu,) defertur ei per ſucceſſionem, tanquam Regum deſcendenti; *declarat Petr. de Bella per tx. in l. ex liberâ* 6. *C. de ſuis, & legit; idem, Cyn. & Bald. in d. l. Imperialis §. illud C. de nupt; & alii relati à Gom. in d. l.* 40. *Taur. n.*67. *poſt med.* Imò, pace tantorum virorum, ego in utrâque ſpecie in favorem primi filii contrarium verius exiſtimo, *cum Salicet. in d. §. illud in fin; Joan. le Cirier de primogenitur. lib.* 1. *q.*12. *ac Gom. d. n.*67. *ad fin.* Nam filius habet jus ſuccedendi in omnibus bonis futuris patris, (nec mutatur quòd habeant anexam dignitatem;)

quod jus venit inſeparabiliter à ſanguine, & ex contrario ſequeretur quod ſi Rex non haberet alium filium, niſi natum ante dignitatem, talis non ſuccederet, quod eſſet abſurdum. Et tandem, ut inquit *le Cirier ſupra*, hoc approbat conſuetudo, cujus eſt maior authoritas, quàm gloſæ, Bartoli ac communis opinionis; quod obiter dixerim, ad contraria verò reſpondere, eſſet diverti ab inſtituto noſtro. Sed in locum iſtius inſufficientis reſponſi adhibeo aliud, ex Brandão *in. monarch. Luſit. lib.* 15. *cap.* 22; nempe Al- 47
phonſum 10 Regem Caſtellæ aſpiraſſe ad Luſitanam Coronam ex donatione Luſitani Regis Sanctii 2 volentis ſucceſſione privare Alphonſum 3 fratrem, cum quo, de regimine, habebat quæ ſcimus bella; ea verò quæ hinc inter Luſitanos, & Caſtellanos reſultarunt, compoſita ſunt tali conditione quod præfatus Alphonſus Luſitanus duceret Beatricem Caſtellani filiam, hujuſque matrimonii filii patri ſuccederent in ſceptro; quo ſuppoſito ex tali matrimonio natis, (quorum fuit primogenitus Dionyſius,) rectè deferebatur ſucceſſio, non obſtante jure (quod tamen vidimus nullũ fuiſſe) natorũ ex matrimonio priori, cùm privatorum juri publica utilitas præponi debeat, *ut ſupra in* 2. *Procem.* §. 2. *n.* 37. *ad fin*; conſiſtebat inquam publica utilitas ſeu præjuditium in eo quod ſi nepos Caſtellani non ſuccederet, ut conventum erat in pace, renovarentur graviſſima bella; quod & Luſitani Epiſcopi Summo Pontifici repræſentarunt ad obtinendam matrimonii, & filiorum relatam legitimationem; ut conſtat ex eorum epiſtolà apud eundem Brandão *d. lib.* 15. *cap.* 27. ibi: *Propter gravia, & evidentia quæ ſibi imminebant, & Regno pericula evitanda*; & inferiùs: *Citra certum ſui, & Regni periculum,*

lum, ac multorum ſtragem; atque iterùm: *Pietatem veſtram flexis genibus oramus, quatenùs ad tantum malum hinc, inde vitandum, & utilitatem non ſolùm Regis, ſed etiam totius regni procurandam pacem, & tam communem, tamque evidentem utilitatem, dignemini diſpenſare, &c.*

48 Tandem, ad tollendum (ſi remaneret) ſcrupulum, ſufficiebat Lex ſupra relata *Procœm.* 2. §. 2. *n.* 24 *verſ. ſi Rex cum ſeq.* privans jure ſuccedendi in Luſitanâ Coronâ filiam Regis nubentem non Luſitano, omnemque non Luſitanum conſanguineum Domus Regiæ, ac conſequenter Galliæ Reginam, illiuſque maiores, quamvis (quod abeſt) habuiſſent prætenſam originem; quam legem latè declarabimus *hoc libro cap.* 12. *IV. Reſponſ.*

49 Ex quibus omnibus non ſolùm prædicta Regina inſtantiam non fecit, ſed filius ejus Henricus 3 Galliæ Rex Chriſtianiſſimus, cui matris jus pertinebat, Regem Luſitaniæ Antonium agnovit, eique adverſus Caſtellanum ſuppetias dedit, ut tetigimus *præcedenti cap. n.* 2. & eſt notorium. *Ex parte ipſius Reginæ deſtitur à causâ.*

CAPVT VI.

Rainuntius Princeps Parmæ agit pro ſucceſſione Luſitanæ Coronæ, ex meliori lineâ, Repræſentatione, ac Tranſmiſſione; ſed legitimè non obtinet.

1 EXclusâ in præcedenti capite oppoſitione Reginæ Chriſtianiſſimæ, remanent in judicio conſanguinei Regis ultimi; &, ut accedamus ad verum ſucceſſorem, incipiamus

cipiamus à remotiori in gradu, qui erat Rainuntius Farneſius Princeps Parmæ.

Sanè, Principis hujus cauſa non erat,ut aliæ, ſine colore 2
juſtitiæ ; ideóque adhuc de illâ loquuntur aliqui, illiterati præcipuè, qui, ſine lege, ducuntur à confuſo lumine rationis (ut dicitur) laicæ ; pro omnibus autem demonſtrabo veritatem.

1. Actio Principis Parmæ.

Prima Rainuntii erat actio ; quod, in ſucceſſione reg- 3
norum attenditur primò melior lineâ, ut aptiori loco probabitur *hoc lib.cap.*10 *à princ ; maximè ex n.6*;quæ quidem in præſenti erat illa quam conſtituit Eduardus Regis Emanuelis filius, ut patebit *ibi n.*10, *verſ. Henrico* ; at verò ipſe Rainuntius erat nepos Eduardi ex Mariâ jam defunƈta,filiâ ſeniori,(ut vidimus in genealogicâ arbore ad principium hujus primi libri,) ergo in eâ lineâ habebat præcipuum locum, & reliquos debebat præcedere.

Ei reſpondetur.

Ad perfeƈtam reſponſionem, ut replicationibus occur- 4
ratur, eſt præmittendum,quod licet unaquæque filia Eduardi ſuam diſtinƈtè conſtituerit lineam,*juxta dicenda d.c.*10 *n.*2;hoc intelligitur quo ad ſucceſſionem bonorum quæ earum pater poſſedit, ut ibidem declarabitur ; at quo ad regnum,& alia bona poſſeſſa à Rege Emanuele patre Eduardi,in quibus ipſe nil habuit (prӕter ſpem, poſt fratres ſeniores,ut eſt notum) filiæ non fecerunt ſeparatas lineas ; ſed ipſe ſolus, in omnibus deſcendentibus ſuis, conſtituit unicam, quemadmodum unicam conſtituit unuſquiſque ex aliis fratribus ; ita apparet ex his quæ latè Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*6. *n.*30,31,35, *&* *paſſim alibi,* ubi omnes deſcendentes unius filii qui non poſſedit,unicam lineam, cum Doƈtoribus, conſiderat.

Hoc

5 Hoc ſuppoſito: ad actionem propoſitam reſpondetur, negando conſequentiam; nam, ut vidimus in eâdem arbore, etiam Sereniſſima Catharina Bragantiæ Dux, erat in eâdem lineâ, cùm eſſet filia ejuſdem Eduardi, quamvis junior; at poſt lineam, gradus inſpicitur, hoc eſt, quandò ſunt plures in eâdẽ lineâ, præcedit ille qui gradu eſt proximior ultimo poſſeſſori, cui ſuccedıtur; textus in *l. cum ita legatur, aliàs l. omnia 32. §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2.* ibi: *& qui ex his primo gradu procreati ſint*; declarat optimè Molina *d. lib. 3. cap. 4. n. 13*; ibi: *primò namque conſideranda eſt linea, &c.* & *n. 14*, ibi: *ſecundò conſiderandus eſt gradus, ut qui ſunt poſſeſſori magis conjuncti præferantur remotioribus*; dicam *d. c. 10. n. 8*; ſed D. Catharina erat proximior ultimo poſſeſſori Henrico, (quia erat filia ejus fratris Eduardi, atque ita erat cum eo in tertio gradu juris civilis, *l. juriſconſultus § tertio ff. de gradib. cognat.* §. *tertio Inſt. eodem.*) Rainuntius autem remotior, (quia erat nepos ejuſdem Eduardi, atque ita in quarto gradu cum dicto poſſeſſore, *d. l. juriſconſultus §. quarto*; §. *quarto Inſt. d. tit.*) ut totum oſtenditur in arbore; Ergo Catharina debebat præferri.

6 Sed adhuc replicatur, (& eſt ſecunda actio;) quod ſiquidem in ſucceſſione Regni habet locum jus Repræſentationis, ut oſtendemus ex profeſſo *hoc libro cap. 9*; (per quam Domina Maria, filia maior natu Eduardi, patrem repræſentando, debebat cæteros competitores excludere, quemadmodùm ipſe eos excluderet, ſi tunc viveret, *ex allegandis d. cap. 9. n. 5*,) ſimili Repræſentationis virtute Rainuntius, repræſentando etiam Mariam matrem, debebat, ſicut mater faceret, excludere juniorem Catharinam. *II. Actio Parmenſis.*

7 Hoc argumentum eſt ex eorum genere quæ conficiuntur *Vide ignorantiã*

Advocatorũ Regis Catholici. tur in Caramuelis officinâ (quod erat ſatis pro reſponſo;) ex eo inquit ille *in reſponſ. ad Manifeſt. Luſit. lib.5. cap.2*, quod ſi in Regni ſucceſſione datur repræſentatio, præferebatur Rainuntius Catharinæ; proindéque (ut loquitur) noſtri miſeretur, quòd, ignoranter admittamus jus Repræſentationis quo excluditur Rex noſter; ibi vocat hoc *dilemma fortiſſimum*, & iterùm, *lib.6. cap.3. n.18.* inquit eſſe, *robuſtum Syllogiſmum*; quod & valde placuit Antonio de Fuertes Biota (jam Caramuelis diſcipulo) *in ſuo Antimanifeſto, art.9. ad med. pag.160*; ubi dicit Rainuntium, potitum jure matris, fuiſſe in gradu æquali, &, ob ſexum, præceſſiſſe Catharinam; quod confusè applicat ad Repræſentationem, de quâ hîc, & ad lineam, de quâ infra *cap.10*; & tamen bonus vir *in libri titulo* meminit ſe in inſigni Bononiæ Academiâ Canonicum jus docuiſſe; ſed fortè, quòd talia docuerit, jam non docet, & in abjecto nunc ſtatu apud Flandros vivit; nam ut dixit Ovid. *lib.2. triſt.*

Quodque parùm novit, nemo docere poteſt.

Et ut Div. Hieronym. *in epiſt. ad Paulin. de lib. ſacr. ſcript.* ait, *Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores, imò, ut cum ſtomacho loquar, nec boc quidem ſcire quod neſcias.* Et quamvis, qui alios docuit ab aliis doceri non debeat, *ſecundùm textũ in Auth. de ſanctis Epiſc. § ſancimus, coll.9*; nihilominùs hîc oſtendã huic Doctori veritatẽ puncti iſtius, quoad Repræſentationẽ; & infra *d. cap.10. n.26*, idem ei oſtendã quoad lineam. Et quæſo recordetur Pomponii Juriſconſulti, *in l. apud Julianũ 20. ff. de fideicom. libert.* inquientis: *Ego diſcendi cupiditate, quã ſolã vivendi rationẽ optimã in octavũ, & ſeptuageſſimũ annũ ætatis duxi, memor ſum ejus ſententiæ, qui dixiſſe fertur: & ſi alterũ pedem in tumulo baberẽ, non pigeret aliquid addiſcere*; juxta quod Mar.

Tul.

Tul. *de ſenect.*8. Solonem inducit gloriantem quod aliquid quotidie addiſcendo ſeneſceret; quia minùs eſt culpabile mori diſcendo, quàm ignorando, notat Franc. Gurmendi *in doctr. Princip. cap.*2. ideò *qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam, qui autem odit increpationes inſipiens eſt:* habetur *Proverb.*12. *n.*1.

8 Sciat igitur, quod licet Repræſentatio in deſcendentibus, ut aſcendenti ſuccedant, detur in infinitum, §. *cum filius, & §. fin. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt*; ibi: *& aliàs deinceps perſonas, Auth. de hæred. ab inteſt. ven. in princ*; ibi: *in hoc enim ordine gradum quæri nolumus*; *Joan. Fab. in §. multis n.*1. *Inſt. de ſucceſ. libert*; *Molin. qui plura refert. d. tract. de primogen. lib.*3. *cap.*7. *n.*6; tamen, in collateralibus, ut collaterali ſuccedant, non extenditur ultrà primum & ſecundum gradum Juris Canonici, ſeu, (ut propriùs loquamur quandoquidem ſumus in ſucceſſione) ultrà ſecundum, & tertium gradum juris civilis; hoc eſt, non extenditur ultrà fratres, fratrumque filios, poſt iſtos autem ſuccedit verus proximior, ſunt textus capitales, & expreſſi *in d. Auth. de hæred. ab inteſt.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. hujuſmodi*, ibi: *Hujuſmodi verò privilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fæminarum filiis, aut filiabus, ut in ſuorum parentum jura ſuccedant; nulli alii omninò perſonæ ex hoc ordine venient, hoc jus largimur*; & proſequitur *in* §. *ſi neque*, ita; *Si verò neque fratres, neque filios fratrum, (ſicut diximus) defunctus reliquerit, omnes deinceps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus, ſecundùm uniuſcujuſque gradus prærogativam, ut viciniores gradu ipſi reliquis præponantur.* Repetit *Auth. poſt fratres* 2. *C. de legit. hæred.* ibi: *Poſt fratres fratrumque filios vocantur*

Rejicitur d.2. actio

cantur quicumque gradu ſunt proximiores. Notat *gloſa in d. verſ. hujus modi, verbo: nulli, ubi Contius in gloſa margin; & Bart. ibi in* 1. *notabili; idem Bart. in l.*2. §. *hæreditas in ult. verbis, ff. de ſuis, & legit; &* in *d. Auth, poſt fratres, ubi etiam Cyn. Alber. Bald. Angel. Salicet. Paul. & Phil. Corneus; Azo in ſummâ illius tit. col.*2.*n.*1. *& in ſum. C. commun. de ſucceſ. in fin. Petr. de Bella; Fab. & Jaſ. quos refert Gom. in l.*8.*Taur.n.*18. deſumens pro concluſione: *Item addo pro complemento hujus materiæ, & lineæ collateralis, quod in eâ non habet locũ Repræſentatio ultra filios fratrũ, unde, poſt eos, in nullâ aliâ perſonâ, nec gradu habet locum Repræſentatio, ſed qui proximior eſt in gradu, ille prefertur in ſucceſſione*; idem de jure fatetur Molina, *d. lib.*3.*cap.*7. *n.*11. ubi, in terminis particularis legis Caſtellæ, admittens Repræſentationem tranſverſalium inter remotiores gradus, declarat: *non enim Repræſentatio iſta regulis juris communis ſubjicienda eſt, quibus, poſt fratres, fratrumque filios, inter tranſverſales Repræſentatio non admittitur, tx. in Auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. cum ſimilibus.* Pro indubitato ſcribit Valaſc. *de jure emphit.* 1.*p*,*q*.40.*n*.3. concludens: *Eſt igitur (ut uno verbo concludamus) jus Repræſentationis in lineâ rectè deſcendentium in infinitum uſque etiam in feudis, ſicuti in allodialibus, §. fin. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. ---- in collateribus verò uſque ad filios fratrum incluſivè, d. Auth. poſt fratres, ſive inter ſe ſuccedentes, ſive cum patruis, ſecundùm Accurſ. & ſequaces; poſt fratrum autem filios, non repræſentat filius perſonam patris nec in feudis, nec in aliis bonis, ut receptum eſſe ſcribit Covarruv. practic. q.*38.*n.*7.*verſ. tertiò, ad intellectum; Paul. in d. Auth. poſt fratres* 2, *& alii*; multos alios allegat, *n.*30; plura, *Tiraq. de jur. primog. q.*41. *n.*4; *Ant. Gabr. commun.*

commun. tit. de ſucceſ. ab inteſt. concl. 1. *n.* 13; & alii propemodùm infiniti.

9 Planè in caſu noſtro agebatur de ſuccedendo Henrico ultimo Regi, ut latè dixi *præcedenti cap. ex n.* 12, & fatentur adverſarii; Princeps Rainuntius non erat frater, nec fratris, vel ſororis filius, ſed nepos; ergo non gaudebat jure Repræſentationis, quod ad nepotem fratris non extenditur, imò ad ſucceſſionem vocabatur proximior, ſecundùm indubitatos txs, & DD. quos vidimus; illo autem, uno gradu, proximiores erant cæteri prætendentes, quia non nepotes, ut Rainuntius, ſed filii fratrum, & ſororum Henrici; *cap. ad ſedem* 35. *q.* 1; *l.* 1. §. *tertio, &* §. *quarto. ff. de gradib. cogn*; §. *tertio, &* §.

10 *quarto Inſt. eodem.* Igitur, Rainuntio excluſo, inter cæteros gradu æquales remanebat quæſtio. Sic Rainuntii actioni reſpondebat tunc Philippus 2 Rex Caſtellæ; referente Coneſtagio in lib. quem ſcripſit Regis ipſius juſſu, *de unione Portugal. lib.* 3. *ad med.* ac nunc repetivit Joſephus Pellizer in Manifeſto pro Catholico Philippo 4 contra Portugalliam; & eſt mirum quod Caramuel, ac Fuertes Biota ita fuerint pigri, ut non legerint quæ extant ſcripta pro Rege ſuo, ne eis contradicant; atque ita inſcii, ut non perceperint quæ perceperunt illi juris ignari, & tamen ipſi videri cupiant literati. *Nota ſcribentes pro Rege Caſtellæ inter ſe contrarios*

11 Non erant Parmenſes Advocati Caramueles, nec Biotæ, ſed inclytæ Paduæ Academiæ Doctores eximii, ideò non inſiſtebant ineptiis, ſed judicioſè tertiam aſſumebant viam; ſic arguentes. Hæreditas aſcendentium etiam non adita, ſeu fideicommiſſum quod ab eis venit, tranſmittitur ad poſteros, *l. un. C. de his qui ante apert. tab*; *III. Actio d. Principis ex tranſmiſſione.*

qui textus quamvis loquatur de hæreditate ex teſtamento, militat quoque in hæreditate ab inteſtato, *ut ibi declarat gloſa, verbo; in liberos, in fine; & eſt tx. in l. apud hoſtes* 8. *C. de ſuis, & legit. liber*; & procedit tam circà filios in poteſtate parentis, quam in aliis extrà poteſtatem, *ut benè notat eadem gloſa, verbo: filios, latè Ant. Gom.* 1. *var. cap.* 9. *à n.*41. Sed in Regno, (vel conſideretur hæreditas, vel fideicommiſſum,) ſucceditur Regibus aſcendentibus Eduardi, juxtà conſiderationes de quibus *ſup. cap.*5. *à n.*4; ergo quemadmodùm ipſe Eduardus, ſi viveret, deberet in ſucceſſione alios præcedere, ut eſt in confeſſo, ita eandem præcedentiam tranſmiſit ad Mariam filiam primogenitam, & illa, ex eiſdem regulis, ad Rainuntium filium.

Non poteſt procedere. Reſpondebatur negando minorem; nam Regnum 12 non defertur ut hæreditas primi, ſed ultimi poſſeſſoris, prout, contrariis ſatisfaciendo, dilucidè probavimus *d. cap.*5. *ex n.*12; cum igitur ultimus poſſeſſor fuiſſet Henricus non aſcendens, ſed collateralis, frater ſcilicet Eduardi, non habent locum adducta jura, quæ in ſolà aſcendentium ſucceſſione tranſmiſſionem præſtant; imò ſumus in generali regulâ quæ dictat hæreditatem non aſcendentis non aditam tranſmitti non poſſe; *l.un.§.in noviſſimo C.de caduc.toll. l. quoniam ſororem* 7. *C. de jure de lib*; (ubi agitur de fratris hæreditate, quæ eſt noſtra ſpecies,) niſi in certis caſibus de quibus *in l. cum in antiquioribus C. proximo tit; in gloſâ in d. §. in noviſſimo, verbo: patimur; & in l. ventre* 84; *verbo: relinquere nihil, & ibi Bart. ff. de acquir. hæred. Gom. d. cap.*9. *n.*51. *Tiraq. in tract. le mort. p.*2. *declar.*5. *n.* 21. in quorum terminis noſter caſus non eſt.

Quod hìc etiam ex eo, vel maximè, procedebat, quo- 1 niam

niam tempore mortis Eduardi, vivebat adhuc Henricus, imò in Coronâ non intravit niſi poſt quadraginta circiter annos; unde ſubintrat vulgare, neminem poſſe quidquam agere de hæreditate viventis; *l. qui hæreditatem* 19; *l. neminem* 27; *l. qui ſuperſtitis* 94. *ff. de acquir. hæred*; *l.*2. §. *ſi dubitetur ff. quemadm. teſt. aper*; *l.*1. *ff. pro hærede*; *l. nec nos* 4. *C. de captiv. & poſt lim. rev*; *cum multis aliis*; unde etiam in deſcendentibus (qui in vitâ parentis quodammodo exiſtimantur domini bonorum ejus, §. *ſui Inſt. de hæred. qual. l. in ſuis* 11. *ff. de liber*; *& poſthum*: quia eis eſt quaſi debita legitima, *d. l. un. C. de his qui ante apert. tab*; *ibi: tanquam debitam*; *l. fin.* §.1; *ibi: quaſi debita, C. cur. furioſi*; *gloſa fin*; *& margin. bona in l.*3. *C. de jur. & facti ignor.*) declarant textus eos non tranſmittere hæreditatem parentis niſi defuncti, *ut in d. l. un. C. de his qui antè apert. tab*; *ibi: antè apertas tabulas defuncti, & in d. l. apud hoſtes C. de ſuis, & leg. lib. ibi: apud hoſtes patre defuncto*; quæ omnia evidens oſtendit ratio, nam, cùm hæreditas nil ſit aliud quàm ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit, *l. nihil* 24. *de verb. ſign*; *l. hæreditas* 62. *de reg. jur*; non dicitur niſi poſt mortem, & nulla eſt hæreditas viventis, *gloſa fin. in d. l. neminem* 27. *de acquir. hæred*; *gloſa verbo: vivo, in l. is cui* 5. §. *ſi ex duobus verſ. ſi ab impuberis ff. ut in poſſeſſ. legat*; *gloſ.*1. *in d. l.*1. *ff. pro hærede*; ac per conſequens loqui de hæreditate viventis, eſt loqui de re quæ non eſt in rerum naturâ, ait tx. *in l.*1. *ff. de hæred*; *vel act. vend.*

14 Sed inſtabant ſubtiliter duplici medio. Vnum, quod ſicut filius primogenitus Regis, vel cujuſlibet maioratus poſſeſſoris, habet in habitu propter certam ſpem ſucce- *1. Inſtantia.*

 dendi,

dendi, quoddam jus ſuſpenſum ob vitam patris, ſed in commutabile ad ſucceſſionem ſuo loco & tempore, quod tranſmittit in ſuum primogenitum, non ut hæreditatem, ſed ut jus primogenituræ; *ſecundùm Oldrad. conſ.224. n.27. cum ſeq; Alber. in proœm. ff. §. diſcipuli, n.22; & alos quos ſequitur Molin. de primog. l.3. c.6. n.37; pro quo eſt Bart. in l. is poteſt, n.8. de acquir. hær. allegatus communiter*: ita Eduardus, quamvis jus primogenituræ Regis Emanuelis non habuerit, præcedebatur enim à multis fratribus, tamen (argumentando ex paritate rationis, à jure primogenituræ, ad aliud) eodem modo tranſmiſit qualecumque habuerit jus in Mariam primogenitam, & illa in Rainuntium filium; ſeu (quod magis adhæret doctrinæ relatæ,) idem jus primogenituræ quod filius habet reſpectu patris, in lineâ deſcendentium, habebat Eduardus in lineâ colateralium reſpectu fratris Regis Henrici, in cujus ſucceſſione primus erat; *cap. licet ad fin. de voto, ibi: ordine genituræ, junctâ gloſ. verbo: ſi dictus Rex*; ubi tx. in colaterali, hoc eſt fratri Regis, conſiderat primogenituram; ut notat *ex Paul. Pariſ. & aliis Tiraq. de jur. primogen. q.41. in princ; Cov. pract. cap.38. n.9. verſic. tertiò ad intellectum*; ergo hoc tranſmiſit in liberos ad inſtar primogeniti; ac per conſequens, Rainuntius, qui habet primogenituram Eduardi, excludit omnes, quemadmodum Eduardus excluderet.

II. Inſtantia. Alterum, quod, ſuppoſitâ electione Joannis 1. *de quâ in 2. proœm. §.3. n.4*, jus ſuccedendi in hoc Regno videtur ortum ex contractu, ſed jus ex contractu, quamvis conditionale, atque ita incertum, in ſpe tranſmittitur ad hæredes, *§. ex conditionali Inſt. de verb. oblig; gloſa 1. per tx. ibi in l. is cui, 41, aliàs 42. ff. de act. & oblig. Belam. conſ.39. Dec. conſ.* 15

*conſ.*247; *& paſſim DD.* ergo Eduardus quamvis certum jus ſuccedendi non habuerit, tranſmiſit nilominus ſpem ſuccedendi in aliquâ conditione, vel caſu, qui jam venit.

16 Confirmatur iſta conſideratio, quia ille cui res donata reſtituenda eſt poſt mortem prioris donatarii, ſi vivo priori decedat, in filium tranſmittit ſpem actionis, *l. quoties in fine, C. de don. quæ ſub modo, unde hoc deducunt Oldrad. d. conſ.*224. *n.*28. *in fine*; *Abb. conſ.*85. *n.*2, *&* 3. *lib.*1; *Paul. conſ.*164. *in cauſâ, n.*7. *lib.*2; *Dec. conſ.*443. *col. fin. verſ. & ita etiam Afflict. in cap.*1. *n.*26. *verſ. undecimò arguitur de ſucceſ. feud*; ſic, quaſi, eſt in propoſito, nam, juxta leges donationis populorum, Regnum per obitum Henrici abſque deſcendenti, debebat venire ad Eduardum fratrem; ergo hanc ſpem Eduardus tranſmiſit ad Mariam, & Rainuntium jam dictos.

17 Prior autem inſtantia ſolvitur, negando, filium primogenitum tranſmittere in filios jus primogenituræ in ſucceſſionibus quæ deferuntur jure hæreditario (qualis eſt Regnorum ſucceſſio, ex latè dictis, *d. cap.*5. *ex n.*12.) imo eſt verius talem primogenituram non tranſmitti; *ex gloſâ, fin. in l. un. C. de his qui ante apert. tab*; quam communiter receptam ad noſtrum caſum tranſmiſſionis vocat, idem tenens, *Valaſc. de jure emphit.* 1 *p. q.*50. *n.*44. *ante verſ. comprobatur*; & ante eum *Jaſ. in l. ſi cui legatur*, §. 1. *n.*5. *de legat.*1. ſupponit certum *Joan. Andr. ad ſpecul. tit. de feud. ad fin*; Senſit *Abb. conſ.*85. *col.*2. *lib.*1; *Præpoſ. in cap.*1. *col. antepen. de feudo Marc.* tenent expreſsè *ex Luc. de penâ, Math. de Afflict. & alijs. Coſta de ſucceſ. Regni, pag.*22. *verſ. unde, & pag.*109; *& pag.*185; *Ant. de Gama deciſ.*174. *n.*19, *& deciſ.*93. *n.*2. adſtipulatur, *Ant. Gom. in l.*40. *Taur. n.*68. *verſ. ſextò*, *Solvitur* 1 *Inſtantia.*

ſextò, dum fatetur in Regni ſucceſſione nepotem præferri patruo non ex tranſmiſſione, ſed ex Repræſentatione; ut etiam fatentur cæteri omnes qui pro nepote ſcribunt.

Hæc pars probatur I; quia ſi daretur hoc jus tranſmiſ- 18
ſionis, non indigerent nepotes peculiari Repræſentationis privilegio (ut illud vocat *Auth.de hæred.ab inteſt. ven. §. ſi igitur 2 verſ. bujus modi, ibi: hujus modi verò privilegium, coll. 9.)* quo ſuccedunt avo; nam ſi communi auxilio, & mero jure muniti forent, non deberet eis tribui extraordinarium auxilium; *ut ait tx.in l. in cauſæ* 16 *ff. de minor*; ſed opus fuit eis ſuccurrere per Repræſentationem, §.*cum filius Inſt.de hæred. quæ ab inſt.def. cum concordantibus*, ergo non gaudebant tranſmiſſione. Quinimo filii, morientes etiam defuncto jam patre, ante apertas tamen tabulas, non tranſmittebant hæreditatem patris ad proprios filios ante privilegium, de quo in *l. un. C. de his qui ante apert. tab*; ergo minùs habebant jus tranſmiſſionis decedentes patre adhuc vivo. II. Quòd filius adrogatus, vivo patre adrogante, 19
non tranſmittit in filios ſuos jus adrogationis ad conſequendam quartam Divi Pii, *l.1. §. ſi impubere, de collat bon*; ubi tx.dat rationem, *præmatura eſt enim ſpes*; ut ex eo tx. notarunt *Bart*; *Alber*; *ac alii quos ſequitur Coſt. de ſucceſ. Regni pag.*22, *&* 23. ubi *ait eſſe communem intellectum*; *& in l. qui duos §. cum in bello n.*4. *col.*4. *verſ. ego tamen, de reb. dub*; *idem Bart. in l. ult. n.*2. *de lib. agnoſc*; cum tamen dicta quarta veniat ex quaſi contractu facto in adrogatione, *ad tx. in l. ſi adrogator* 22. *de adopt*; *& quæ Alber. in d. §. ſi impuberi n.*2; *Bald. & alii apud Coſt. in d. §. cum in bello n.*4. *col.*2. *verſ. poſtea*; præponderat autem quod debeatur quaſi hæreditas, in qua non datur tranſmiſſio.

III. Quo-

20 III. Quoniam, actio ſeu jus ad relictum ſub conditione caſuali, poteſtativâ, vel mixtâ, cujus eventus pendeat ex incerto die, ante diem cedentem non tranſmittitur, *l. un. §. ſin autem C. de caduc. toll*; ſed tale eſt jus primogenituræ, quod non obtinebit niſi ſub conditione caſuali, ſi pater præmoriatur, quæ, etiam ſi veniat, pendet tamen ex die incerto, ut tx. ait, qui conditionem facit, *l. dies incertus* 75. *l. hæres meus* 76. §. 1. *de condit*; *& dem*; ergo illud tranſ-
21 mitti non poteſt. IV. Confirmatur; nam primogenitus non habet certam futuram ſucceſſionem in Regno, nec ad eam radicatum jus invariabile, *ut notat Molin. de primogen. lib.*1. *cap.*13. *n.*31; multa enim poſſunt accidere ne conſequatur ſucceſſionem, *ut ait l. prætia rerum* 63; *ibi: cum multis cauſis accidere poſſit, &c.* ideóque Plato appellabat hanc ſpem, ſomnium vigilantium; *ut refert Philip. Portius conſ.* 23. *n.* 46; ergo parùm, vel nihil eſt quod tranſmittat.

22 Neque Doctores in contrarium allegati *n.*14. deſtruunt hanc veram concluſionem; nam Bart. (qui maiorem habet authoritatem,) *in d. l. is poteſt n.*8. *de acquir. hæred.* non docet quod adverſarii dicunt, ſolùm ait filium habere quoddam jus ſuccedendi patri, diſtinctum à filiatione, & probat ſic: *Quod apparet, quia, mortuo filio, primi gradûs nepotes ſuccedunt in illud, quia jus patris ſumunt*; quibus verbis non voluit dicere de Tranſmiſſione, ſed de Repræſentatione, ut patet ex tx. quem allegat, *in Auth. de hæred. ab inteſt.* §.1. *coll.*9. qui loquitur clarè de Repræſentatione; at verò Doctor intelligendus eſt ſecundùm jura quæ allegat, ut docuit ipſe Bart. *in l. non ſolùm*, §. *ſi liberationis verba ff. de liber. leg. ac ex aliis* advertunt *Jaſ. in l. ſi quis*

in

*in conſcribendo, n.*18. *in fine, C. de pact; Mantic. de conjectur. ult. vol. lib.*8. *tit.*18. *n.*74. unde Everard *in locis arg. leg. in præambul. verſ. decimò ad fin.* commendat quod legens Doctorem, *ſit præcipuè diligens in videndo, & ponderando allegationes quas dabit; intelligentia enim dictorũ ex cauſis eſt ſumenda dicendi; ut eleganter dicit tx. in cap. intelligentia de verb. ſign*; dixi ego *in tract. Perfectus Doctor, qualit.*19. *n.*4.
Alii autem DD. vel agunt etiam de Repræſentatione, 23
quam, æquivocatione confuſâ, appellant Tranſmiſſionem, vel intelliguntur in materiâ in quâ Tranſmiſſio poteſt procedere, ſcilicet in delatis ex contractu, juxta citata, *ſupra n.*15; vel, ſi neutrum verbis eorum queat accommodari, dicemus: *amicus Plato, ſed magis amica veritas*; & proferemus tx. *in l. nemo* 13. *C. de ſent. & interlocut*; ibi: *omnes judices noſtros veritatem, & legum, & juſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus.* Et in Luſitaniâ eſt Lex, *in Ord. lib.*3. *tit.*64. jubens primò ſequi leges juris civilis (quas, *ex n.*18. pro nobis vidimus,) & quando iſtæ deficerent tunc communis opinio haberet locum; contra nos tamen non eſt communis opinio, ſuperamus enim Doctoribus citatis, *n.*17; & denique, multa deficiunt quæ pro verificandâ communi opinione requiruntur; *de quibus Ant. Maria Coraſius de comm. opin. lib.*1. *à tit.*1. *in* 1. *vol. com. opin. Macagnan. Azoguid. eodem tract. lib.*3. *ex cap.*5. *in d. vol; Joan. Nevizan. lib.*5. *ſilvæ nupt. per tot; Cævallos commun. contra commun. lib.* 1. *in præfat. ex n.* 8.

Cum igitur filii non ſuccedant in locum demortuorum 24
patrum, niſi, vel ex Repræſentatione, (quam *n.*8. vidimus ad Rainuntium non extendi;) vel ex Tranſmiſſione particulariter conceſsâ liberis in parentum defunctorum hæ-

ræditatibus

reditatibus (quam *n.*12. vidimus etiam in præſenti caſu non habere locum;) nec filius poſſit in ſuos tranſmittere (ut arguebatur) jus primogenituræ circa ſucceſſionem patris, ut modò eſt concluſum, minùs potuit Eduardus tranſmittere jus primogenituræ conſideratum ad Henrici collateralis ſucceſſionem, quæ non eſt ita naturalis, ut patris ad filium; atque ita reſoluta eſt prior inſtantia, *d. n.*14.

25 Ad poſteriorem, *n.*15. declaramus antecedens, advertendo, quod licet Regnum ab actu inter vivos proceſſerit, fuit tamen conceſſio facta à populis ut in eo ſuccederetur modo hæreditario; juxta latè dicta, *d. cap.*5. *à n.*12; in quibus terminis non datur tranſmiſſio, ut probant jura citata in præſenti, *n.*12 ; at illa quæ eam admittunt in contractibus, procedunt in contractibus ſimplicibus qui incipiunt, & finiuntur tanquam tales, & nihil participant hæreditariæ ſucceſſionis, hi enim ſunt verè contractus, *arg. l. verba* 20 *ff. de* *Solvitur II. Inſtantia.*

26 *verb. ſign*; & ſic etiam procedit *l. quoties in fin. C. de don. quæ ſub modo*, in confirmationem ponderata, *n.*16, quòd ſcilicet in illâ donatione verſetur contractus merus; & tamen (quidquid DD. eo loci relati,) alii ſunt quæ ex eo tx. non deſumunt concluſionem quam argumentum ſupponit, imo defendunt quod jus poſterioris donatarii, ſi ille deceſſerit in vitâ prioris, expiret, nec ad hæredem tranſeat ; *ita Joan. Andr. ad ſpecul. tit. de inſtr. edit.* §. *nunc aliqua, verſ. per ſuperiora, in fin. & Gregor. Lop. gloſâ pen. in l.* 7. *tit.* 2. *part.* 5; & certè gloſâ non declarat tx. illum in favorem prioris ſententiæ ; Ego verò, cum reſponderim quantum ſufficit ad punctum meum, de quæſtione non judico ; in eâ aliquo modo diſtinguit *Valaſc. de jure emphit.* 1 *p. q.*50. *n.*44. *ad fin.* ex Alciato *reſponſo* 9. *n.*17 ; abi alias declarationes remittit

*ad eundem Alciat. conſ.*11; *Covas lib.*1. *reſol. cap.*14. *n.*3; *ac alios, DD.*

Rainuntius excluditur iterum. Tandem Rainuntium in omni caſu excludebat lex illa 27
de quâ infra *hoc libro, cap.*12, ac de quâ ſæpius oportet mentionem facere, quia militat adverſus omnes competitores, exceptâ Catharinâ Bragantiæ Duce.

Quieſcit in causâ. Ex quibus omnibus ipſe Rainuntius quievit in causâ, 28
nec jam niſi imperiti illius jus excitant, ut dicebam, *n.*2.

CAPVT. VII.

Emanuel Philibertus *Dux Subaudiæ, quærit actionem ad Luſitanum ſceptrum, ſed nullam invenit.*

SEquitur agere de Subaudiæ Duce, ut poſt eum ad for- 1
tiores competitores perveniamus.

Non habebat jus (ut ſtatim apparebit;) ſed promittebat 2
arma ſumere pro Luſitanorum libertate adverſus Caſtellanam violentiam, ſi eum Regem acceptarent; & poſtea ſæpè audivi Luſitanos non inferioris ordinis dolentes, quòd ita non fuerit factum; ſuppoſito enim quod ſereniſſima Bragantiæ Dux carebat opportunitate defendendi hæreditatem legitimam; aliud non videbatur medium evadendi ſervitutem extraneam; maximè cùm fama publicaret, Sabaudum non parvas ab aliquibus annis repoſuiſſe pecunias, quibus pro belli expenſis aliquantulum reſtaurari poterat Regius Luſitaniæ theſaurus Sebaſtiani clade exhauſtus magnâ ex parte; Deus autem qui omnia juſtiùs diſponit,

diſponit, diſtulit, ex arcanis altiſſimis, ſed cuſtodivit noſtrã in vero, quem jam reſtituit, Principe libertatem.

3 Erat Dux Emanuel (ut in arbore *ad principium hujus libri,*) filius primogenitus Beatricis filiæ glorioſi Regis Luſitaniæ Emanuelis, ſororis Henrici Regis ultimi, ad cujus ſucceſſionem ex conſanguinitate ſic propinquâ aſpirabat, excludendo Antonium Priorem *do Crato* tanquam illegitimum, *ex dictis, cap.*4; Reginam Galliæ tanquam omnino extraneam, *ex notatis cap.*5; Principem Parmæ, tanquam remotiorem, *ex allegatis cap.*6; & argumentando adverſus Bragantiæ Duciſſam à prærogativâ ſexus, *ex dicendis pro Rege Caſtellæ, cap.* 9. *Ius Ducis Sabaudiæ.*

4 Verùm, (quamvis argumenta ſexus contra Duciſſam prævalerent,) reſtabat Philippus Rex Caſtellæ, qui, maſculus etiam, & in gradu æquali, Sabaudum Emanuelem præcederet, tam quia ejus mater Elizabetha erat maior natu Beatrice matre ejuſdem Ducis, quàm quia ipſe Philippus ſuperabat eum ætate; ſi ergo oſtenderim, nil obſtante qualitate ſexus, Catharinam Bragantiæ Duciſſam Philippum antecedere, per conſequentiam à fortiori Emanuelem Ducem ab eâ victum demonſtrabo; juxta vulgare juris proverbium: *ſi vincam vincentem te, à fortiori vincam te*; quod habetur *in l. de acceſſionibus* 14; §. *ſi mihi, verſ. nam qui me, ff. de diverſ; & temp. præſcr.* Philippum autem excludi patebit *ex cap.*9. luce meridianâ clariùs. *Nullum eſt.*

5 Hoc cognito, refert Coneſtag. *in unione Portugal. lib.*3. *ad med.* Ducem Sabaudiæ ex eo ſolùm veniſſe ad litem, (quæ vivente Henrico, ipſius juſſu inſtituebatur,) ut, ſi Philippus ante Henricum decederet, ipſe in ejus locum intraret, Philippi filium præcedendo, ut remotiorem uno gradu. *Dux agnoſcit ſe non habere bonam cauſam.*

 CAPUT.

CAPVT. VIII.

Excogitantur actiones Legionenſium, & Caſtellanorum Regum ad Regnum Luſitaniæ ex fictionibus decrepitis, ſed evaneſcunt.

PRiuſquam de perſonali jure Philippi diſputemus, 1
erit operæ pretium loqui de actionibus quæ in illo tanquam Rege Legionis ac Caſtellæ ab aliquibus ſimulantur.

Non allegavit ille de ſimilibus fictionibus; ſed nunc 2
(ut puto) has chimæras parturiit ineptiarum pater, id eſt Caramuel in præcitato libello, cui titulus *Philippus prudens, &c.* cujus peregrinum inventum eſt ſequutus Joſephus Pellicerius in Manifeſto Caſtellæ contra Luſitaniam; aliaque ingenia hujus claſſis.

I. Excogitatio. Arguunt primò, Portugalliam fuiſſe feudum Regum 3
Legionis (qui hodiè ſunt etiam Caſtellæ,) eorumque vaſſalitio Luſitanos ſe injuſtè abdicaſſe de facto, jus tamen ſemper apud Legionenſes permanſiſſe; quod totum probare intendunt ex his quæ retulimus *in* 2. *Proœm.* §. 1. *à n.* 24. In quo adverto, Coneſtagium in lib. de unione Portugal. quem juſſu Catholici Philippi ſcripſit, *lib*.3. *ad med*; valdè condemnare Chriſtianiſſimam Reginam Catharinam de Medicis, quòd in actione propoſitâ *ſupra cap*.5. *ex n*.29. dixerit, in accuſationem tantorum Principium, tot Luſitanos Reges illegitimè regnaſſe; ſed jam Caſtellani iſti faciunt quod reprobant in aliis; vetus eorum

Nota Caſtellanorum naturam.

rum conſuetudo, cùm tamen ſe regulare deberent menſurâ æquali, ex notatis *Proœm.* 2. §. 2. *n.* 31. *ad fin.*

4 Certè rem ſeriò tractantibus abſurdum loquellæ ſimili reſpondere; nil autem reſpondere, periculoſum pro aliquorum ignorantiâ; mediam igitur ſequendo viam, talem abſtraxi materiam à contextu juridicarum actionum in hoc libro contentarũ, & ſeparatim ejus perfectam præbui cognitionem *in d.* 2. *Proœm.* §. 1; ubi, *ex n.* 26, phantaſtica oſtendi Caſtellanorum fundamenta, ac evidentiſſimè demonſtravi Luſitani ſtatus ingenuitatem; quinimò, Legionis, ac Caſtellæ Regna ad Luſitanos pertinuiſſe Principes vidimus *in eodem* §. *ex n.* 20, eiſque violenter uſurpata. *Evanet 1 excogitatio.*

5 Sed ut iterùm appareat quo fundamento loquantur Caſtellani, hìc ampliùs dicam, eos non ſolùm feudum fingere in pauciſſimis illis terris quas, cum uxore Tharesiâ, Henricus obtinuit, verùm etiam in totâ Luſitaniâ, in quâ poſteà armis è Sarracenorum tyrannide liberatâ Luſitani Principes, juſſu Dei, & populorum acclamatione, Regium acquiſierunt titulum, ut narravi *Proœm.* 2. §. 2. *ex n.* 5. nam, (argumentantur illi,) ſoli Legionis Reges deſcendentes, ac hæredes ſunt Gothorum, qui Hiſpaniarum monarchiâ per Sarracenos ſpoliati, recuperationis jus ad poſteros tranſmiſerunt; neque alius conquirere Hiſpanias juſtè potuit; unde Rex Alphonſus 6, non tantùm præfato Henrico dedit in dotem terras jam poſſeſſas, ſed quas ipſe Henricus eriperet è Sarracenorum poteſtate; ô egregiam, & inauditam liberalitatem! hujus doctrinæ Authores jam fuerunt *Julian. de Caſtillo in hiſt. Gothor. lib.* 4. *diſcurſ.* 17; *&* *Gregor. Lop. Madera in excellent. monarch. Hiſpan. cap.* 9. §. 6; ex eâ deducentes cæteros omnes Hiſpani- *Vide Caſtellanorũ ambitionem, ſine fundamento.* *Nota liberalitatem Caſtellanorum.*

Hiſpaniarum Principes fuiſſe illegitimos, ſeu tyrannos.

Jam ergo non pro Luſitanis ſolis pugnandum, at æquè 6
pro Comitibus Barcionnæ, pro Regibus Navarræ, atque Aragoniæ, quinimò pro Judicibus quoque, Comitibus, ac Regibus Caſtellæ, quos ſuorum cæca ambitio tyrannos, ex eâdem ratione, facit per pluſquam trecentos annos quouſque Legionenſem Coronam hæreditarunt. Pro omnibus, inquam, reſpondetur, I. Nullum eſſe authorem uſque in hodiernam diem, qui Legionenſium, (hodie Caſtellanorum) Regum lineam ſciverit deducere à Gothorum Regibus tali modo, quo prætenſa ſucceſſio derivetur; quod dum non oſtenditur, vanè de lineâ argumentatur.

Vide imprudentiam Caſtellanorum.

II. Si, vel hoc oſtenderetur, vel recurratur ad electionẽ, 7
per quam Reges Gothi ſuccedebant, juxtà ſupradicta *cap.*3. *n.*5, & arguatur electionem Legionenſium primò in Aſturiis factam ſucceſſiſſe in locum Regni Gothorum, ac conſequenter jus ad totas Hiſpanias tribuiſſe; hoc negatur; non enim eſt ratio quæ convincat, paucos in Aſturiis potuiſſe ex tumultu celebrare electionem pro maiori parte abſenti, abſque requiſito ordine & ſolennitatibus de quibus ſupra *cap.*4. *n.*35, ipſis autem plurimis abſentibus non licuiſſe ſibi etiam Principem eligere in loco alio congregatis; quod ipſi Aſturienſes agnoſcebant appellando ſe Reges ſolummodo Aſturiarum, Gigonis, vel Legionis, abſque prætenſione, quam nunc aereæ imaginationes ſimulant ad totas Hiſpanias; Quinimo adeſt Caſtellanus Autor, & quidem graviſſimus Ludovicus de Molinâ, qui *in tract. de primogen Hiſp. lib.*1. *cap.*2. *à n.*7. ex profeſſo oſtendit, Pelagium Regem primum Aſturiarum, in Regno illo conſtituiſſe novum maioratum diverſum à Regno Gothico,

Vide contrarietatem Authorum Caſtellanorum.

thico; quod *n.*14 probat, ita: *quòd eo tempore Pelagius, relictis Gothorum inſigniis, Leonem rubeum in campo albo pro inſigniis aſſumpſit, ut inquit Epiſcopus Burgenſis in Anacephaleoſi, cap.*45, *& Palac. Ruv. de obtentu Regni Navarræ §.*7. *in fine* 6. *part.*

8 III. Non eſt dubium, per Sarracenorum potentiſſimorum ingreſſum, Gothorum viribus ad nihilum penè redactis, Hiſpanæ Chriſtianitatis libertate oppreſsâ in damnum irreparabile Religionis quotidie labentis, & cultus debiti divinitati, minimâ ſpe remedii, multis tranſactis annis, juſtum patuiſſe aditum quorumcumque Principum Chriſtianorum armis, legitiméque eorum fieri quæ propriâ liberabant virtute de hoſtium manibus; *ex reg. vulgari txs in l. naturalem* 5. *§. ult. ff. de acquir. rer. dom. §. item ea Inſt. de rer. diviſ. Ariſtot. lib.*1. *polit. cap.*4. *Div. Thom. de Regim. Princip. lib.*3. *cap.*11; *Bart. in l. fin. n.*1. *de act. emphit. ac alii multi Theologi, & juriſtæ relati à Covarruv. in reg. peccatum* 2 *p. §.*11. *n.*1, *&* 6. *verſ. res autem*; & ſpecialiter de acquiſitis per Hiſpaniarum Principes in bello contrà Sarracenos, eſt tx, qui loquitur de Rege Aragoniæ, *in cap. Abbate, verſ. pro parte, de re judic. in* 6; *ubi gloſ. verbo: ab infidelibus*; *Innocent. ab eâdem allegatus, Felin. in cap. non liceat col.* 5. *de præſcr. Menchac. illuſtr. cap.*81. *n. fin. verſ. ergo cùm noſtri, & multi alii*; ſpecialiúſque de Luſitaniæ Regibus affirmant *Ferret. de juſt, & injuſt. bello, n.*24. *Navarr. in repet. cap. novit notab.*3. *n.*165. *de judic*; *Fr. Seraphin. de Freitas de juſto Imper. Luſit. cap.*9. *n.*11; quam veritatem ſi negaverint Caſtellani, fatebuntur ſe ſubjectos Imperatori, ex eo namque ſolummodò ab Imperio ſunt exempti quod ſibi liberè

acqui-

acquiſierint quæ cæperunt ab infidelibus; ut inquit *gloſa, verbo: per ſingulas, in cap. Hadrianus* 22, *diſt.*63; *Oldrad. conſ.*64; *Afflict. in prælud. conſt. p.*2. *n.*3; fatentur Caſtellani *Perez ad l.*3. *tit.*3. *lib.*1. *ordinam col.*2; *Rojas in epit. ſucceſ. cap.*23. *n.*83; *Cov. qui plures refert d. reg. peccatum* 2. *p.* §.9; & tandem abſurdum eſſet hodie denegare conquiſitionem ſanctæ Hieroſolymitanæ civitatis, vel alterius provinciæ ab infidelibus poſſeſſæ, cuilibet Catholico Principi, ſub prætextu quod olim eam poſſeſſerit Princeps alius Catholicus, cujus ſperatur reſtitutio, quæ fortè nunquam veniet; ergo ſimiliter in noſtro caſu. Deus bone! eſt ne generis iſtius jus quo nituntur Caſtellanorum arma quæ per totam reſonant Europam? juſtitia veſtra judicabit.

IV. Non eſt quòd agamus de jure Gothorum, hi enim 9
non maiori ratione occuparunt Hiſpanias quàm Sarraceni; Sarraceni Machumetani ejecerunt Gothos; Gothi Arriani ejecerant Romanos; ſed jam inquit Madera *in d. tract. de excellent. Hiſp. cap.*2. Gothos obtinuiſſe poſteà donationem ab Imperatore Honorio; certè coactus donavit quod jam perdiderat; ſed eſto fuerit recta donatio, quale jus Romanos fecerat dominos Hiſpaniarum? nullum profectò; opus erit recurrere ad violentum titulum armorum, plurium annorum poſſeſſione roboratum; ſed hoc idem habebant Sarraceni, ergo gaudebant jure æquali; & neceſſariò eſt fatendum juſtitiâ tituli omnibus præcellere Catholicos Principes, qui, pugnantes pro Dei honore, ab infidelibus terras liberarunt; inter quos Luſitani Reges juſtiſſimi, ut pote electi à primorum Luſitaniam habitantium deſcendentibus, qui, tyrannibus excluſis, tunc recupe-

recuperarunt naturalem libertatem, *arg. l. ſi captivus* §. 1. *ff. de capt. & poſtlim*; quâ ſibi conſtituerunt Principes juxtà primævum jus gentium, *in toties repetitâ l. ex hoc jure ff. de juſt. & jure*; ut optimè advertit Joann. Pinto Ribeiro in allegato tract. *de injuſt. ſucceſ. Regum Legion; & Caſtellæ* §. *os Grego*. 5. *cum ſeq.*

10 Secundò principaliter, ſomniavit Pellicerius in Caſtellæ Regibus conſiſtere jus Reginæ Caſtellæ Beatricis quæ aſpiravit ad Luſitanam Coronam tanquam filia Regis Ferdinandi, ut dixi *in* 2. *Procem.* §. 3. *n.* 1. *II. Excogitatio.*

11 Verùm, Beatricem juſtè excluſam oſtendi *ibidem n.* 2; Illa inſuper, ut eſt notum, prolem non habuit dum viveret, quomodò ergo ex jam mortuâ putat Caſtellanus deſcendentiam derivare? *Inepta.*

12 Tertiò, jus fingunt participatum ab aliâ Beatrice filiâ Regis Petri ex Agnete de Caſtro, fundatum *ut d.* §. 3. *n.* 8, & 11. *III. Excogitatio.*

13 At eodem loco latè demonſtravi hanc appellatam actionem carere fundamento. *Sine fundamento.*

14 Quartò denique argumentum quærunt deductum ex Mariâ filiâ Regis Alphonſi 4, pro ut *citato* §. *n.* 15. *IV. Excogitatio.*

15 Sed ſimili infelicitate, imò loquendo contrà veritatem; ut ibi declaravi *ex n.* 16. *Contra veritatẽ.*

16 Quâ propter Antonius de Fuertes, & Biota cöadvocatus pro Catholico Rege Caſtellæ, *in Antimanif. art.* 5. *ad fin*; *& clariùs art.* 11. *ad fin.* ſocios reprobans (adhuc enim, ut ſæpè notavimus, Caſtellani ſcriptores non ſunt concordes in fundamentis juſtitiæ ſui Regis ad Luſitaniam,) fatetur omnes Luſitanos Reges legitimos fuiſſe; nec ſuprà relatæ allegationes aliud convincunt, niſi juſtam *Ipſi Caſtellani fatentur relatas excogitationes eſſe inanes. Nota diſcordiam advocatorum Regis Caſtella.*

 diffiden-

diffidentiam moderni juris in illis qui, ad obtinendum quod optant, ſubſidium expoſtulant à caduco ſcrinio antiquitatis.

CAPVT. IX.

Catholicus Philippus 2 Rex Caſtellæ agit ad Luſitaniæ Coronam ex prærogativâ ſexûs, & ætatis; ſed primò per jus Repræſentationis repellitur à ſereniſſimâ Catharinâ Duce Bragantiæ.

PErvenimus tandem ad competitores præcipuos, in 1
quibus Juſtitia, & Potentia duello pugnarunt admirando.

Prævaluit aliquandiù ſtrepitus potentiæ Philippi, vicit 2
tandem virtus juſtitiæ Catharinæ; attentionem requirit præſens theatrum hanc repræſentans veritatem.

Actio Philippi. Philippus Rex Caſtellæ (ut vidimus in caſu, & arbore 3
ad principiũ hujus libri,) erat nepos, ex ſorore Eliſabethâ, Henrici Regis, de cujus ſucceſſione agebatur; Catharina Dux Bragantiæ erat neptis, ex fratre Eduardo, ejuſdem Henrici; uterque igitur erat cum Henrico in gradu tertio; *l.1. §. tertio gradu ff. de gradib. §. tertio Inſt. eodem*; in quâ paritate gradus dicebat Philippus, ſe fore præferendum, ex prærogativâ maſculini ſexûs; juxtà doctrinam *Baldi, in l. in multis ff. de ſtatu hom; Petr. de Bella. Jacob. de Aret; Roman; Dec; & aliorum quos referens ſequitur Molina de primogen. lib.3. cap.4. n.4; plura in idem*

Tiraq.

Tiraq. de jur. primog. q.10. n.20; latè Gom. in l.40. Taur.
4 *n.62; & eſt vulgare in maioratibus*; item ex maiori (quam habebat) ætate, quæ, etiam inter perſonas ejuſdem ſexûs, prævalet; *ex his quæ Angel. conſ.281; Aretin; Alex; Xuar; Covarruv; & alii relati, & ſequuti ab eodem Molin. d. tract. lib.1. cap.11. n.9*; quod in ſucceſſione Regni probant ſpecialiter *Gom. in d. l.40. n.7; Tiraq. ſupra in præfat. à n.3.*

5 Verùm repellebatur à ſereniſſimâ Catharinâ per Repræſentationem, quæ eſt jus idemtificans patrem, ac filium, ita ut filius, vel filia ſuperſtes induendo perſonam patris defuncti, ſic intret in locum ejus, ut, eum repræſentando, habeat, & ſuccedat eodem modo in omnibus, ſine diminutione in quibus pater ſuccederet, ſi viveret; ſunt textus capitales, & expreſſi *in l.1. §.1. verſ. ſi filius ff. de ſuis, & leg. hær.* ibi: *In ejuſdem partem ſuccedunt omnes nepotes, nepteſque ex eo nati*, textus *in §. cum filius Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt.* ibi: *in patris ſui locum ſuccedere*, textus *in §. fin. Inſt. eodem tit.* ibi: *portionem ſine ullâ diminutione conſequatur*, textus *in Auth. de hæred. ab inteſt. ven. in princip. coll.9.* ibi: *Illius filios, aut filias, aut alios deſcendentes in proprii parentis locum ſuccedere, ſive ſub poteſtate defuncti, ſive ſuæ poteſtatis inveniantur: tantam de hæreditate morientis accipientes partem quanticumque ſint, quantam eorum parens, ſi viveret habuiſſet:* qui textus quamvis loquantur de Repræſentatione pro ſucceſſione aſcendentium, idem probant in Repræſentatione pro ſucceſſione tranſverſalium (de quâ agimus,) cùm ad utramque ſucceſſionem Repræſentatio inducta fuerit à jure ex eâdem æquitatis ratione, ſcilicet, quia *naturâ pater, & filius eadem eſſe perſona penè*

Repellitur ex Repræſentatione.

 intelli-

intelligantur, ut ait,*l.ult. in fine C. de impub. & aliis* ; unde Eccleſiaſticus, *cap.*30. *n*.4. dixit : *mortuus eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus : ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe* ; notant ad noſtrum propoſitum, latè *Anchar. in cap. licet de voto,à n.*19. Tiraq. *de jure primogen. quæſt.*40. *à n.*31. item ne qui patrem amiſit, alium quoque ſentiat dolorem non ſuccedendo in eo in quo pater, ſi viveret, & ipſe patri ſucceſſurus foret ; *arg. l.un.in fine,C.de his qui ante apert tab*; *ibi : habeant verò ſolatium triſtitiæ ſuæ* ; *& in* §.1. *Inſt. de Senatuſconſ. Tertyl* ; *ibi : ad ſolatium liberorum amiſſorum* ; tamen in Repræſentatione noſtrâ ad tranſverſalis ſucceſſionem, habemus etiam textus expreſſos idem diſponentes *in d. Auth.* §. *ſi igitur* 2.*verſ. ſi autem*, ibi : *tantam ex hæreditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet* ; iterum, *in verſ. hujuſmodi*; ibi : *ut in ſuorum parentum jura ſuccedant* ; & inferiùs : *ut in propriorum parentum ſuccedentes locum.* Atqui Eduardus pater Catharinæ, ſi viveret, ſuccederet in Regno Henrico fratri, excludendo, ob qualitatem ſexus, ſororem Elizabetham matrē Philippi,& à fortiori ipſum Philippum, juxta notata ſupra *n.*3. de quo nulla eſt dubitatio ; ergo ſimiliter Catharina,intrans per Repræſentationem ejus locum, ſuccedet in eo in quo ipſe foret ſucceſſurus, & præponetur dicto Philippo, *ſicut ejus parens præponeretur ſi viveret*, ut his verbis infert txs *in d.verſ.ſi autem in fine.* 6

I.Objectio Philippi.

Repræſentationem non dari in ſucceſſione Regnorum.

Hoc in jure clariſſimum, clarius, (ſi datur clarius,) remanebit reſpondendo ad argumenta, quæ tunc objecit Philippus ; atque ad alia ab ſcriptoribus partis ejus nunc formata. Primum in Regnorum ſucceſſione jus Repræſentationis negabat ; rationibus, Authoritatibus, ac exemplis.

Rationum

7 Rationum eſt prima, quod ad ſucceſſionem Regnorum ſemper vocatur proximior, *juxta dicta ſup. cap. 5. n. 9, & 26. addo l. cum ita, aliàs l. omnia 32. §. fin; l. peto 69. § fratre de legat. 2. l. fin. C. de verb. ſign.* quod debet intelligi de vero proximiori, non deficto; *arg. l. filio 23. ff. de lib; & poſth; l. 3. §. hæc verba 2. de negot. geſt; & l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr*; item de eo qui eſt proximior ex perſonâ ſuâ, non de eo qui intrat locum proximitatis ex perſonâ alterius; *arg. l. qui liberis 8. §. hæc verba ff. de vulg. ſubſt*; ſed Repræſentans eſt proximior tantùm fictè, *ut infra, n. 10*; & non ex perſonâ ſuà, ſed patris Repræſentati, *ut ſupra n. 5*, ergo non eſt ille proximior quem leges vocant.

8 II. In maioratibus, fideicommiſſis, boniſve aliis vinculatis, & tandem in eis quæ deferuntur jure ſanguinis non habet locum Repræſentatio, *ut per txs in l. tutella, §. ſi duo ff. de legit. tut, & in l. ſi libertus præterito §. 1. ff. de bon. libert. reſolvunt multi, D D. quos referunt Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. n. 40; & cap. 8. n. 11. Tiraq. de jureprimogen. q. 40, à n. 152. Valaſc. de jur. emphit. 1. p. q. 50. n. 30, & 32 verſ. ſed hoc*; atqui Regna deferuntur jure ſanguinis *ex adductis, ſup. cap. 5. à n. 4*, ac de maioratibus, & fideicommiſſis ad Regnum valet argumentum, *ex his quæ Molin. d. tract. lib. 1. cap. 1. n. 30, cap. 2. n. 10, & 16; & lib. 3. cap. 6. paſſim*; ergo quemadmodum ab illis, ita ab hoc excluditur Repræſentatio.

9 III. Beneficium Repræſentationis non datur in ſucceſſione rerum quæ poſſidentur ex conceſſione dominicâ, *juxta D D. relatos ſupra cap. 5. n. 8; & à Molinâ d. lib. 3. cap. 7. n. 12. verſ. ſed in hac re, & n. 13*; ſed Regna poſſidentur ex conceſſione populorum, *l. 1. ff. de conſt. Princip. ad*

quod

quod multa retulimus in 2.*procem*.§.3.*n*.4,ergo in eorum ſucceſſione Repræſentatio locum non habet.

IV. Repræſentationis beneficium eſt privilegium 10
contra regulas ordinarias juris, *d. Auth. de hæred. ab inteſt.* §. *ſi igitur* 2 *verſ. hujuſmodi*; ibi : *hujuſmodi verò privilegium ; & in verſ; ſi autem cum fratribus, ibi : tale privilegium dedimus*; & eſt fictio per quam filius habet perſonam patris; *Bald. in Auth. ceſſante col; fin. C.de legit. hæred. Angel ; & alii relati à Valaſc.de jur. emphit. d. q.*50. *n*.6. *verſ; & cum jus, Gama deciſ*.59.*n*.3; ſed privilegium,& fictio non extenditur ultra caſum expreſſum, *l. quod verò* 14, *junctâ l. jus ſingulare* 16.*ff. de legib. l. quod contra* 183. *de reg.jur.cum vulgar*. ergo Repræſentatio ſolummodo militabit in hæreditatibus(pro quibus invenitur conceſſa, §. *cum filius Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. d. Auth. de hæred. ab inteſt*. §.1. item in feudis pro quibus etiam conceſſa eſt, *cap*.1. *cum gl. ſolus de nat. ſuc. feud.*) non autem extendetur ad Regnorum ſucceſſiones.

V. Quod inducitur exorbitanter adverſus generales 11
regulas intelligitur tantummodo in caſu, & ſpecie propriâ in quâ fuit inductum, nec extenditur ad ſpeciem qualificatam; *ut multi probant per tx. in cap. ſtatutum* 22. *de elect. in* 6; ſed Repræſentatio contra regulas inducta fuit, *ut in præcedenti argumento eſt probatum*, igitur tantùm procedet in verâ hæreditate, non autem in Regnorũ ſucceſſione,quæ non eſt vera hæreditas, licet qualitates habeat hæreditatis.

VI. *R*epræſentatio reperitur ſolùm inducta in hære- 12
ditate diviſibili, ut *R*epræſentans non totum habeat, ſed dividat cum patruo,*d*.§.*cum filius Inſt.de hæred. quæ ab int*; *ibi : pariter ad hæreditatem avi vocantur ; idemque habetur*

in

in juribus ſimilibus; ergo non debet extendi ad ſucceſſionem indiviſibilem (ut eſt Regnum, *ad cap. Imperialem §. præterea in princ. de probib. alien. feud. per Frid. gloſ. fin. & D D. in cap. licet univerſis de voto,)* redderetur enim magis

13 odioſum omninò patruum excludere; confirmatur, quòd Repræſentatio æquitate fundatur, *d. §. cum filius, ibi: æquum enim eſſe videtur, l. 1. §. ſi filius ff. de ſuis, & legit. hæred; ibi: quod naturali æquitate contingit*; at iniquitas potiùs videtur defuncto Regi proximiorem (qui regulas ordinarias pro ſe habebat) excludi in totum per privilegium, & fictionem; igitur ceſſante æquitate (imò reſultante iniquitate) talis fictio ceſſabit: *l. nec utilem 20. ff. ex quib. cauſ. maior.* & faciliùs tollit debet privilegium, quàm jus commune; *ut notat gloſa per eum tx. & alios in l. ejus militis 34. §. militia, verſ. nec tamen: verbo quocumque modo, ff. de teſtam. milit; ubi margin. citat alias gloſas; & dicunt D D. paſſim.*

14 VII. Regna ſunt condita à jure gentium, *dixi in 2. Proœm. §. 3. n. 4*; ideò ſecundùm illud ſunt regulanda; ſed jure gentium non dabatur Repræſentatio, fuit enim inducta à Juſtiniano *in textibus allegatis hîc n. 5*; ergo nec in Regnis.

15 VIII. Noviſſimè Ant. de Fuertes Biota *in ſuo Antimanifeſto art. 7. per totum*, latiſſimè intendit probare nullam in mundo eſſe Repræſentationem, niſi in comediis (ut ipſe ait.) omneſque Doctores ſtultiſſimè de Repræſentatione agere, affirmatque ipſam legem (Tauri 40) ignorantiſſimè de Repræſentatione loqui, & conſequenter nos fore ignorantiſſimos ſi Repræſentationem admittamus cum Doctoribus, nam ejus ſolam omninò debemus

Vide ignorantiã Caſtellani ſcriptoris.

ſequi

ſequi doctrinam, quâ, communis erroris miſertus, juriſperitos noviter docet, ut in fine articuli profitetur. Addit *art.*2. Regnorum ſucceſſionem non deferri, nec regulari legibus ſcriptis.

IX. Et ultimò faciebant omnes rationes quæ in causâ 16
patrui, & nepotis allegantur pro patruo, quas non expendo, quia non ſunt particulares ad Regnum videri poſſunt latè apud *Tiraq. de jur. primogen. q.*40. *à n.*100.

Authoritates pro Philippo. Authoritates deſumebat Philippus à multis Doctori- 17
bus qui in causâ patrui ac nepotis ſuper bonis indiviſibilibus judicarunt pro patruo, ac per conſequens non admiſerunt Repræſentationem; eos recenſent *Molina de primogen. lib.*3. *cap.*6. *n.*1. *Gom. ad l.*40. *Taur. n.*65. *verſ. ſextò*; *Tiraq. de jure primogen. q.*40. *n.*15.

Exempla. Pro exemplis allegabat, quod Carolus 2 Rex Neapo- 18
lis decedens reliquerat nepotem ex primogenito Carolo Martello præmortuo, Carolum etiam vocatum Regem Hungariæ; & reliquerat filiũ tertiò genitum (nam S. Ludovicus Epiſcopus Toloſan. fuit ſecundò genitus) Robertum; & cùm de ſucceſſione Regni contenderet Carolus nepos, cum Roberto patruo, obtinuit Robertus ſic exclusâ Repræſentatione; quod dicunt fuiſſe ex ſententiâ Summi Pontificis Bonifacii 8.

Item quod per obitum Regis Caſtellæ Anphonſi 10, 19
eandem habuerant contentionem Alphonſus de Lacerda ejus nepos ex primogenito Ferdinando præmortuo, & Sanctius ſecundogenitus; & tamen, poſtpoſitâ Repræſentatione, Sanctii pars obtinuit per ſententiam prolatam à Dionyſio Rege Luſitaniæ, & aliis deputatis judicibus.

Reſpondetur d. 1 Ecce fundamenta primæ argumentationis Philippi, in 20
quâ

quà conſiſtit præcipua vis totius cauſæ. Veruntamen reſpondetur veriſſimum eſſe jus Repræſentationis, (cujus virtute *n.* 5. eum excluſimus,) militare in ſucceſſionibus Regnorum; quod demonſtratur fortioribus rationibus, pluribus, ac gravioribus authoritatibus, plurimis irrefragabilibuſque exemplis. *objectioni; defendendo Repræſentationem dari in Regnis.*

21 Ratio prima deducitur ex multis quæ Doctores allegant in favorem nepotis in causâ patrui ac nepotis ad quamlibet ſucceſſionem; quæ latè referunt *Præpoſit. in cap.* 1. *de feudo Marc*; *Tiraq. de jure primog. q.*40. *à n.*19; atque alii paſſim. *Rationibus.*

22 II. Specialiter ad Regnum, eſt, quod beneficium Repræſentationis eſt generaliter inductum pro omnibus ſucceſſionibus ab inteſtatò; *Auth. de hær. ab int. ven. in in præfat.* ibi: *omnes ſimul ab inteſtatò cognationum ſucceſſiones*; & inferiùs: *omnis generis ab inteſtatò ſucceſſio*; *junctis §§. ſeqq*; *§. cum filius Inſt. de hæred. quæ ab int. def*; *l.*3. *C. de ſuis, & leg. lib*; *Auth. in ſucceſſione eodem tit*; *Bart. in Auth. poſt fratres* 1. *n.*1. *C. de legit. hæred*; *Molin. de primogen. lib.*3. *cap.*6. *n.*4. *Gom*; *& Valaſc. ſtatim citandi*, & fatetur advocatus Regis Philippi *Fuertes Biota in Antimanif. art.*3,4,6, *&* 7. Atqui Regna deferuntur ſucceſſoribus tanquam hæreditas ab inteſtatò, ut ad oculum oſtendi, *ſupra cap.* 5. *ex n.*12; & non ſolùm fatetur, ſed ex profeſſo probat alius advocatus Regis Philippi, Caramuel *in Philippo lib.*5. *diſp.*4. *q.*3. *art.*1. *&* 2. *per totos*; ergo in eis datur Repræſentatio; quod argumentum ita formant doctiſſimus Valaſc. *de jure emphit.* 1. *p. q.*50. *n.*2, *&* 12. utrobique dicens eſſe planum; & Ant. Gomeſ. doctiſſimus etiam Caſtellanus Author, *ad l.*40. *Taur. n.*65. *Vide jus Regis Caſtellæ convictū ex propoſitionibus ipſius.*

verſ. ſextò, ante med; ibi: primò, quia certum eſt, &c.

III. Jus Repræſentationis in hæreditate (qualem 23 nunc diximus eſſe regnum) inductum fuit ex æquitate, *ut ſupra n.*13; quod ſcilicet filius ſit quaſi idem cum patre, ne qui patrem amiſit, alium quoque ſentiat dolorem non ſuccedendo in eo in quo pater ejus ſi viveret, & ipſe patri ſucceſſurus foret, *ut ſuperiùs n.*5; ſed ratio iſtius æquitatis æqualiter militat in ſucceſſione Regnorum, ut patet, & conſiderat Gomeſ. *referendus ſtatim*; ergo Repræſentatio in regnis militat æqualiter; *ex regulâ txs in l. illud* 32. *ff. ad leg. Aquil. ubi gloſa verbo æſtimari; cum vulgaribus.* Quod argumentum probavit idem Ant. Gomeſ. *d. n.* 65. *verſ. ſextò ad med*; ibi: *Ita etiam in hac ſucceſſione maioratus indiviſibili debet ſolus ſuccedere, & præferri ex perſonâ patris, cùm talis ſucceſſio ſoli patri ſuo primogenito mortuo competeret, ſi viveret.*

IV. Confirmatur; nam quod juris eſt de toto quo 24 quo ad totum, idem eſt de parte quo ad partem, *l. quæ de totâ* 76, *ubi gloſa, & Bart. ff. de rei vindic*; *l. qui ſcit* 25. *ff. de uſur*; *ubi gloſ. verbo: quemadmodum, plura citat*; & è contra quod eſt de parte quoad partem, eſt de toto quoad totum, *per dicta jura, & declarat gloſ. margin. ad gloſam in d. l. quæ de totâ*; *de quo latè Everard. in arg. loco* 8; ſed in hæreditate diviſibili plures nepotes ex uno filio defuncto, pro uno tantùm filio reputati ſuccedunt in unicâ tantùm portione cum patruis in ſtirpes, non in capita, repræſentando omnes unum patrem, qui unicam portionem haberet, *ex juribus allegatis n.*5; Ergo eodem modo, in indiviſibili, (quale eſt regnum) dabitur eadem Repræſentatio per quam nepos habeat totum, ſiquidem pater totum haberet.

haberet. Sic argumentatur *Anchar. in cap. licet de voto, n.19; & Tiraq. d. q.40. à n.24; ubi reſpondet replicationi quæ fieri poteſt.*

25 V. Etiam dato (contra veritatem) ad libitum adverſariorum, regna deferri jure ſanguinis, ad inſtar fideicommiſſorum, maioratuũ, & bonorum vinculatorum pro unâ perſonâ certæ familiæ, adhuc in his habet locum Repræſentatio; elegans gloſa *in l. cum ita, aliàs l. omnia* 32. §. *in fideicommiſſo, verbo: primo, aliàs, proximiori, ff. de legat.2*; ibi: *Quandóque qui ſunt in gradu impari æqualiter admittuntur, ut filii fratrum cum fratribus*; quam gloſam ibidem ſequuntur *Angel. de Periglis, Paul. Caſtr; & Imol; multique alij in diverſis locis*, & ejus doctrinam veriorẽ eſſe affirmant *Carol. Molin. in addit. magnâ lit. C. ad Alex. conſ.26. n.13. lib.3; Corn. conſ.51. col.3. in fin. lib.4. Ruin. conſ.101.n. 18; & conſ.18. n.5. vol.2*; latiſſimè defendit *Roland. conſ.68. à n.31*; communem teſtantur, *Alex. conſ.137. & conſ.188. per tot. lib.1; Socin. in l. ſi cognatis col. fin. ff. de re jud; & conſ.374. col.4. lib.4.* magis communẽ aſſerunt idẽ *Alex. d. conſ.26. n.13. lib.3; Socin. Jun. conſ.11. n.8. & conſ.126. n.25. lib.1*; ab eâ non eſſe recedendum in praxi aiunt *Corn. in l. fin. C. de verbor. ſign. n.5; Ruin. conſ.163 n. . vol.2*; ita in effectu judicatum in Rotâ Florentinâ ſcribit *Franciſcus Marzarius in epit. fideicommiſſ. q.18*; pluribus relatis ſequuntur eam *Tiraq. de tract. de jure prim. q.40. n.184, & 187, cum ſeqq.* & Caſtellanus Molina, (qui fuit legatus Philippi 2, pro ſucceſſione Regni Luſitaniæ,) *de primogen. lib.3. cap 7. n.20. verſ. quâ in re, & verſ. illius*, inquiens: *Illius autem gloſæ opinio fulcitur ſolidiſſimo fundamento, ad quod non poteſt congruum reſponſum aſſignari; quod ſcilicet,* *Nota Agentes pro Rege Caſtellæ concludere contra illum.*

&c. Quæ doctrina licet *ut ſupra n.8.* aliquos habeat con- 26
tradictores in fideicommiſſis relictis ſub diverſis formis, tamen eſt in dubitata *quando* (velut in regnis) *fideicommiſſum factum fuit familiæ, deſcendentibus, ſeu cognationi propinquis, vel ſimilibus, ſub hoc nomine collectivo, tunc namque Repræſentatio admittenda erit, & ſi in eo fideicommiſſo jure hæreditario ſuccedendum non ſit, cùm enim in hoc fideicommiſſo juxtà ordinem ſucceſſionis ab inteſtatò ſuccedendum ſit, conſequens eſt, ut in eo Repræſentatio, ſicut in aliis ſucceſſionibus ab inteſtatò, admitti debeat:* ſunt verba ejuſdem Molinæ, *d. lib.3. cap.6. n.44.* quam diſtinctionem omnium primus ſenſit Imola *ſuper d. gloſ.* & eam Decio tribuens fatetur ſemper ſibi placuiſſe *Curt. Jun. conſ.57. n.8; & conſ.58. n.1; & conſ.128. n.11; & in l. ſi aviæ n.9. C. de ſucceſ. edict;* & communem dicit *Paul. Pariſ. conſ.38. n.15; & latiùs conſ.39. n.4, &* 12; *& conſ.40. n.30. lib.2*; & ſine dubio veram eſſe ait *Socin. Jun. d. conſ.126. n.10. lib.1*; latè *Roland. d. conſ.68. n.33. & ſeq*; ubi quod ab eâ recedendum non eſt in judicando, & conſulendo.

VI. Confirmatur; nam qui fatentur Repræſentatio- 27
nem in ſucceſſionibus hæreditariis, & eam negant in ſucceſſionibus ſanguinis, conſiderant differentiam, quod illæ deferantur à lege quæ non plus diligit patruum quam nepotem, hæ verò ab homine qui præſumitur plus diligere ſuum conſanguineum proximiorem; *ita Bald. in d. l. cum ita §. in fideicommiſſo de legat.2. q. ult; ubi Cuman. & alii apud Tiraq. d. q.40. n.190*; ſed hæc ratio non militat in regnis, quamvis enim (ut ſupponitur) deferantur jure ſanguinis, deferuntur tamen ex inſtitutione populorum, in quibus non poteſt conſiderari illa maior dilectio, cum omnes

nes conſanguinei ultimi poſſeſſoris, ſint populis extranei, ergo, ceſſante ratione prædictæ opinionis excludentis Repreſentationem, ipſa opinio debet ceſſare, *ex reg. l. adigere 6. §. quamvis ff. de jure patron*; ut in ſimili caſu infert gloſa, *verbo: filios, in l. generaliter 6. §. cum autem, C. de inſt; & ſubſt*; ibi: *in extraneis verò contra*; & *in l. cum acutiſſimi* 30, *verbo: deinceps, C. de fideicom*; *ibi: ſecus in extraneis*; imò talis ſucceſſio regulari debet per legalem, quæ Repræſentationem admittit, ut ipſi fatentur; unde Molinæ (Regis Caſtellæ Doctor *ut ſup. n.22.*) quamvis *in d. tract. lib.1. cap.8. n.9. verſ. ex quibus*; & *lib.3. cap.6. n.9. verſ. nam ſi benè*, tenuit quod regna deferebantur jure ſanguinis, nilominùs *eodem cap.6. n.2.* non potuit non fateri in eis ſuccedi per Repræſentationem. *Vide Regis Caſtellæ Doctores contra illum.*

28 VII. Si (contra quæ modò diximus) aliqua affectio perſonæ conſideretur in vocatione ad ſucceſſionem Regnorum, ſic argumentor: gravatus à perſonâ amore affectâ ad reſtitutionem fideicommiſſi poſt mortem, non tenetur reſtituere niſi caſu quo ſine liberis decedat; nam qui prætulit gravatum, cenſetur etiam prætuliſſe ejus deſcendentes; *l. cum avus, ff. de cond; & dem; l. cum accutiſſimi C. de fideicom; l. generaliter §. cùm autem C. de Inſt; & ſubſt*; ſed ad ſucceſſionem Regni prælatus fuit filius, vel frater maior natu, ergo etiam deſcendentes; ita argumentantur, *Gom. in d. l. 40. n.65. verſ. ſextò poſt med. ibi: quartò, & principaliter, Tiraq. d. q. 40. n.94, & 95*; ubi addit quod licet allegati textus loquantur de diſpoſitione hominis, idem erit in diſpoſitione legis quæ diſpoſitionem hominis ſic interpretatur, *per ea quæ notantur in l. non impoſſibile 50, ff. de pact*; & *in l. ult. C. de fideiuſſor*; nam & aliàs teſtamentum, ac lex

eodem

eodem jure conſentur, *l. ſervus hac lege, 9. ff. de manumiſſion; l. ſi ita fuerit ſervis duobus in fin. & ibi Bart. de manumiſ. teſt. l. cum quidam, ibi : quemadmodum enim, C. de verb. ſign.*

Authoritatibus probatur Repræſentatio in Regnis.

Patet igitur quod ſive in Regnis ſuccedatur jure hæredetario, ut eſt verum, ſive jure ſanguinis, ut arguunt adverſarii, ſemper in tali ſucceſſione jus Repræſentationis datur; quod atteſtantur infinitæ propemodum authoritates Doctorum tam legiſtarum, quàm Cononiſtarum aſſerentium veriſſimum eſſe de jure, receptum magis communiter ab ſcribentibus, & ſemper obſervatum in practicâ; & ne, (ut Caſtellani) videamur allegationes cumulare, vel ex aliorum relatione, vel tantùm ſuperficialiter, principaliorum referam verba aliqua, nam omnium, vel horum omnia foret quaſi impoſſibile. 29

Ioannes Faber, appellatus utriuſque juris monarcha, *in §. cum filius Inſt. de hæred. quæ ab int. def. verſ. ſed quid dices*, ita ait: *ſed quid dices, ſi hæreditas ſit indiviſibilis, ut Regnum, Ducatus, Marchionatus, numquid filius excludet nepotem filium fratris? ſatis poteſt dici quod ſic, aliàs eſſet deterioris conditionis filius, quàm nepos, l. 3. C. de bon mat; & hoc indubitatè ubi filius unius primogenitus eſt, & nepos eſt filius ſecundogeniti defuncti; ſi verò nepos ſit filius primogeniti defuncti videtur contra, quia cùm is nepos repræſentet perſonam patris ſui, & ille, ſi viveret, excluderet ſecundo genitum, per conſequens, & iſte, per hunc §.*

Bartolus lumen juris *in Auth. poſt fratres* 1. *n.* 1. *C. de legit. hæred.* clarè ſupponit in Regnis hæreditariis (de quibus, non de feudalibus, loquimur,) Repræſentationē admitti; dum agendo de Roberto Rege Neapolis, qui cùm eſſet

patruus,

patruus, nepotem excluſit, inquit: *Et certè cum Regnum Apuliæ ſit feudum Eccleſiæ Romanæ, non habetur jure ſucceſſionis, ſed ex conceſſione dominicâ, ut in tit. de ſucceſ. feud. cap.*1; *ideo,* (nota) *cum non tractetur de ſucceſſione avi, vel patrui, ille nepos non aſſumit locum patris ſui, ut hac Auth; meritò debitum fuit Regi Roberto*; ita ex Bart. deducunt uterque ſocin. infra citandi.

Baldus æmulator Bartoli; *in l. liberti C. de oper. libert. n.*18. expreſsè tenet pro nobis, ibi: *Secundum membrum non videtur verum; & contrarium fuit determinatum iſtis diebus de regno Angliæ; nam ex perſonâ filii debetur tantus honor nepoti*; & iterum, *in l. ex hoc jure n.* 5. *ff. de juſt. & jure* referens idem exemplum Angliæ, addit: *Et ita etiam ſæpe judicatum eſt in ſimilibus per inclytum Regem Francorum:* ac tandem concludit: *Undè dico, quod in Regno quod natura diſpoſuit ſemper eſt pro nepote judicandum.*

Paulus Caſtrenſis optimus legum explanator *in l. is poteſt n.*2. *ff. de acquir. hæred.* inquit: *Si conſuetudo eſt quod primogenitus ſuccedat in Regno, & contingat quod primogenitus decedat vivente nepote ex eo, poſteà decedat Rex, relicto illo nepote, & etiam filio ſecundogenito, quis eorum ſuccedet in Regno? & videtur nepos, ---- & ego etiam conſului,* ecce oſtendit opinionem ſuam, quamvis alibi alias confusè referat.

Oldradus, de quo eſt proverbium, *Qui habet pro ſe Oldradum, habet punctum pro ſe clarum,* in integro *conſ.*224. incipit: *iſtæ ſunt allegatirnes* altiſſimè probat partem noſtram jure divino, naturali, & ſcripto; nulla illius verba referenda elegi, quia omnia ſunt æquè ſubſtantialia, quæ facerent ſcripturam prolixam.

Abbas

Abbas Panormit. juris canonici coriphæus, *in cap. licet de voto n.*8. Oldradum ſequens concludit: *Repræſentatur ergo pater in filio, pro hoc l. liberorum in fine de verb. ſign. ubi pater perpetuatur in filio,* repetit *conſ.*85. *incipit in præſenti quæſtione n.*6. *p.*1.

Felinus Canorum interpres excellentiſſimus *in cap. prudentiam de off. & pot. judic. de leg. n.*7. contentus prædictâ allegatione Oldradi ſcribit: *quod nepos ex primogenito excludit patruum.*

Petrus de Ancharrano graviſſimus Canoniſta, *in d. cap. licet de voto n.*18. ſequitur etiam Oldradum, *& n.*19. proſequitur: *idem enim juris eſt de toto quo ad totum quod eſt de parte quoad partem, ff. de rei vind. l. quæ de totâ, ſed patet quod in ſucceſſionibus hæreditatis plures nepotes ex uno filio defuncto pro uno filio reputantur, & cum hoc veniunt cum patruis in ſtirpem, non in capita, in Auth. de hær. ab int.* §. 1; *ergo eodem modo debet repræſentare ubi agitur de jure prælationis ordinis, & genituræ.*

Socinus ſenior Doctor clariſſimus *conſ.*252. *viſis inſtrum. lib.*2. latè punctum tractavit, & pro nepote concludit; videatur totus ſi placet, quia in omnibus loquitur notabiliter.

Socinus junior patruo non inferior *conſ.*3. *vol.*4. *n.*10. *in princ.* admonet: *Semper tenenda eſt opinio pro nepote*; & inferiùs: *Prout etiam opinionem iſtam pro nepote ſervat Pariſienſis conſuetudo in ſcriptis redacta, ut atteſtatur inſignis Doctor Joan. Teurier. in tract. de primogenitur. in q.* 25. *in fin.*

Carolus Molin. curioſus additionator Alexandri *in conſ.*4. *n.*11. *lib.*4. *litera C.* advertit: *Tamen verior, & crebrior ſententia eſt pro nepote, quam etiam Bald. conſ.* 386.

lib.2. dicit eſſe communem, & omnes fatentur de conſuetudine magis invaluiſſe.

Bertachinus concluſionum indagator ſtudioſiſſimus *in repertorio, verbo: nepos Regis* 50. poſt relatum exemplum in favorem nepotis, quod infrà referemus *n.42.* concludit: *& ita etiã Doctores decidunt, & ſervatur, licet non ob hoc exemplum, quod alii neſciunt,* dixerat etiã *verbo: filius Regis* 8.

Albericus ſcriptor inſignis, *in proœm. ff. veteris* §. *diſcipuli col. antepen. verſ. decimò in iſtâ materiâ;* idem amplectens narrat ita fuiſſe pronuntiatum in Romanâ curiâ.

Joannes Andreas magnus Juriſcõnſultus *in addit. ad ſpecul. tit. de feud. col.3. verſ. redeundo ad individuum,* proponens utramque partem, ultimò noſtram tenet reſpondendo fundamentis contrariis.

Guillielmus Benedictus commentator canonicus ingentis authoritatis, *in cap. Rainuntius de teſtam. verbo: & uxorem nomine Adelaſiam n.620. & verbo: in eodem teſtamento relinquens in* 1. *à n.*187; *& verbo: mortuo itaque teſtatore n.*42. ſequitur idem, nil de eo in particulari refero, ut jam ad moderniores veniamus.

Andreas Alciatus vir egregius *lib.8. parerg. cap.* 15. *in princ.* ſcribit: *Receptior eſt ſententia, ut adverſus patruum filius fratris obtineat, quod ſcilicet ex perſonâ patris ſui is nepos ſit admittendus;* & ad fin. illius cap. etiam in diſtinctione quam refert (quæ tamen, ut videmus, eſt reprobata) optimè pro nobis facit, ut notabimus *hoc cap.* in reſp. ad 2 objectionem Philippi.

Andreas Tiraquellus Author eruditiſſimus, *in tract. de jure primogeniorum q.40. per totam* perfectiſſimè diſputans quæſtionem cum 45 rationibus pro unâ parte, & totidem

pro alterâ, ſatisfaciens contrariis uſque ad ſatietatem, noſtram retinet, inquiens *n.*13. in princ. *& eam opinionem paſſim ſequimur in Franciâ, Angliâ, & Hiſpaniâ*, & *n.*75. pro 29. ratione addit: *Edictum ſucceſſorium locum habet ex renuntiatione, ſicuti & ex morte, l. ſi is qui ff. de teſtam; ponamus ergo quod primogenitus renuntiavit regno, vel efficitur Franciſcanus poſtquam genuit filium, numquid excludemus ipſum nepotem, & dabimus regnum patruo? nequaquam; apertum eſt enim edictum nepoti, l. ſi quis filium C. in offic. teſtam.*

Emanuel da Coſta qui adeptus eſt cognomen, ſubtilis; *in integro libro de ſucceſſione Regni, in quæſtione de patruo ac nepote belliſſimè tractatâ, ex pag.*135. reſolvit pro Repræſentatione; non do partem, quia totus meretur legi.

Alvarus Valaſcus doctiſſimus vir, *de jure emphit.* 1. *p. q.* 50.*n.*2. ita incipit: *In ſucceſſione autem regnorum etiam dari jus Repræſentationis (ut nepos ex primogenito, tanquam patrem repræſentans, excludat patruum,) veriſſimum eſt.* Proſequitur *n.*8, *ad princ.* ibi: *& conſequenter in regnorum ſucceſſione dari jus Repræſentationis*; & iterùm *n.*12. *in princ.* repetit: *quartò ex eâdem radice provenit, quod in ſucceſſione regni nepos ex primogenito patruum excludet ſine dubio.*

Philippus Probus judicioſus Additionator *Joannis Monachi in cap. grandi de de ſuppl. negl. præl. in* 6. *col.* 1. *verſ. & tales primogeniti, aliàs col.*2. *n.*4. eandem concluſionem ex aliis tenet, verba non tranſcribo, ut jam Caſtellanos Doctores in medium proferamus.

Epiſcopus Didacus de Covarruvias, de quo apud Caſtellanos eſt in proverbio, quod, nihil non dixit; *practic. q.*38. *à n.*6. latè probat noſtram partem, & *in verſ. undecimò ad fin.*

fin. inquit: *quæ quidem opinio ſervatur conſuetudine, tanquam verior.*

Antonius Gomes cujus profunda ſcientia non poteſt negari, *ad l.40. Taur. n.65.* ait: *Magiſtraliter, & perfectè hanc quæſtionem intendo diſputare, & declarare, ut meliùs veritas appareat*; tandemque pro Repræſentatione nepotis Regis decidens, concludit: *Iſta ſemper mihi viſa fuit & videtur verior, & communior opinio, quam ſemper ſecutus ſum legendo, & nunc ſcribendo per fundamenta ſuperiora, licet non eſſet aliqua lex quæ hoc decideret in noſtro regno.*

Didacus Gomes peritiſſimus Additionator Antonii prædicti *in 2. annotatione ad d. n.65.* eandem partem confirmat.

Vaſques Menchaca illuſtris Doctor *de ſucceſſ. creat. lib.3.* §.27. *n.*18. pro eadem ſcribit.

Joannes Garcia Author non inelegans, *in tract. de impenſis cap.*16. *n.* 16. *ad med*; eſt in idem; horum non do verba, quoniam feſtino ad referendum quid ſenſerit ipſe Advocatus Regis Philippi.

Ludovicus de Molinâ Doctor clariſſimus, quem Rex Philippus 2, cùm de ſucceſſione agebatur, legatum miſit in Luſitaniam ad dicendum de jure ſuo, *in tract. de primogen. Hiſpaniæ lib.3. cap.6. per tot.* paſſim Repræſentationem admittit in ſucceſſione non ſolùm regni Caſtellæ, ubi eſt particularis lex, ſed & generaliter omnium regnorum; pro quibus *n.*2. poſt relatos multos D D. ait: *Ex quorum ſententiis apertiſſimè comprehendi poterit, ferè apud omnes gentes, & nationes cauſam nepotis adverſus patruum ſemper fuiſſe potiorem.*

Denique, eandem ſententiam ultra ſupra citatos, tenent

ex Repetentibus *Cardin. Flo. in cap. licet de voto, Franc. Are. in l. is poteſt ff. de acq. hær; Nicol. de Neapol. in §. cum filius Inſt. de hær. quæ abint. Jo. Ray. in cap. 1. §. præterea ducatus, col. 5. in parvis, verſ. quæro præſuppoſitâ de prob. al. feud. per Frid; Præpoſ. in cap. 1. de feud. March; Alva. ibidem in fin; & Card. Ale. col. 2. cum ſeqq; Math. de Afflict. in cap omnes filii, col. 2. verſ. ſed dubium ſtat, ſi de feu. fuer. contr. inter dom. & agn; Goſ. Guy.* licet confusè, *in proœm. pragma. ſanct. verbo primogenito, col. 2; & tit. de mun. & qual. Card. verbo: fratres; Caſſan. in conſuet. Burgund. tit. des ſucceſſions,* §. 10. *col.* 1. Ex conſulentibus, *Franc. Are. conſ.* 162. *incipit: diligenter, & maturè per tot; Barba. conſ.* 10. *inc. ſapienter ſcribitur col. pen. vol.* 2; *Lud. Bol. conſ.* 62; *viſo igitur puncto, col.* 6. *verſ. & tertiò dico; dictus Caſſaneus, conſ.* 53; *ex facto, col.* 4. *verſ.* 11. *facit, & col.* 17. *verſ.* 11. *non obſtat (ut allegat Tiraq. ſup. n.* 12.) *Paul. Paris, conſ.* 72. *ad veram, col. pen. n.* 107. *lib.* 4. Ex tractantibus, *Nicol. Peruſ. de ſucceſ. ab inteſt. p.* 1. *in* 6. *ſpecie filiorum col.* 6; *verſ. item quæro, an filius; Jaco. à S. Gregorio, tract. de feud. in princ. col.* 3; *verſ; ſed pone deceſſit Rex; Joan. Montol. in promptuario utriuſque juris, verbo: primogenitus.* Ex decidentibus, *Bellamera deciſ.* 724; *Corſe; & Aufr. dec. Tholoſ. q.* 433; *inc. item fuit quæſitum an jus primogenituræ; Thom. Gramatic. deciſ.* 1; *aliàs* 7.

Vltra hos Oldradus *ſupra* allegat *Joannem Laudunenſem*, & *Armandum Narceſium* Auditorem ſacri Palatii; Coſta *ſupra* citat *Boërium*; Gom. *ſupra*, refert *Joan. le Cirier de primogenit. q.* 25; poſſunt item adduci omnes qui generaliter in causâ patrui, & nepotis pro hoc judicant; quos ultra Tiraq. *d. q.* 40. *n.* 12. nominant *Ant. Gabr. commun. opin. lib.* 4. *tit. de ſucceſ. ab int. concl.* 2. *à n.* 16. *& meritiſſimus*

ritiſſimus Senator Ant. da Gamâ, deciſ. 307. *n.*14.

Quare noſtram ſententiam, dari ſcilicet Repræſentationem in Regnis, veriorem in jure eſſe agnoſcunt omnes præcitati, qui eam ſequuntur; communem inter Doctores eam vocant *Franc. Are. d.conſ.*162; *Barba*; *Joan. Montol*; *& Caſſan.ubi proximè*, imo eſſe communiorem atteſtantur *Alciat*; *Carol. Molin. & Ant. Gom. in verbis relatis, ſupra*, *Peralta in rubr. de hæred. inſt. n.*121, *Coſta loco citato, pag.*189, *verſ. ſecundò*; *Roland. in reſponſo pro Trivultiis, n.*72; *Burſat. conſ.*67. *n.*13. *lib.*1; & per totum mundum ſemper fuiſſe obſervatam agnoſcunt, narrant, ac affirmant *Bald*; *Oldrad*; *Socin. jun*; *Carol. Molin. Bertachin*; *Alciat*; *Tiraq*; *Covarruv*; *Molina, Jaco à S. Gregor*; *Deciſ. Tholoſ*; *& Gramat. in locis, ac verbis jam citatis*; *Jacob. in tract. de feudis, col.*3. *Coſta d. verſ. ſecundò.*

30 Poſtremò, ut Caſtellani omnino taceant, ſi quidquam reſpectus ſibi ipſis ſervant, ponam verba Legis Caſtellæ hanc quæſtionem decidentis *in l.*2. *tit.*15. *part.*2. Ecce illa: *però con todo eſſo los omes ſabios, e entendidos, catando el pro comunal de todos --- tovieron por derecho que el ſeñorio del Reino no lo oviesse ſinò el fijo maior, deſpues de la muerte de ſu padre; e eſto uſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, do quier que el Senõrio ovieron per linaje maiormente en Eſpanã. E aun mandaron que ſi el fijo maior murieſſe anteque heredaſſe, ſi dexaſſe fijo, O fija que ovieſſe de ſu muger legitima, que aquel, O aquella lo ovieſſe, e non otro ninguno; pero que ſi todos eſtos fallecieſſen, deve heredar el Reyno el mas propinquo pariente.* Hoc eſt: *ſed nihilominus homines ſapientes, & intelligentes proſpiciendo utilitati communi omnium --- judicarunt rectum quod dominium Regni non haberet niſi filius maior*

Nota argumentũ irrefragabile contra Caſtellanos.

jor poſt mortem ſui patris ; & hoc uſi ſunt ſemper in omnibus terris mundi, ubicumque dominium habuerunt per lineam; præcipuè in Hiſpaniâ --- Et etiam juſſerunt quod ſi filius maior moreretur ante quàm hæreditaret, ſi relinqueret filium, vel filiam, quem habuiſſet ex ſuâ uxore legitimâ, quod ille, vel illa illud haberet, & non alius; Verùm quod ſi omnes hi decederent, debet hæreditare Regnum proximior conſanguineus. Duo pro nobis apertè inquit Lex iſta; unum, in ſucceſſione Regnorum dari Repræſentationem jure communi; ut ibi: *homines ſapientes, & intelligentes ---- etiam juſſerunt, quod ſi filius maior moreretur antequam hæreditaret,* &c. Alterum, ita in praxi generaliter fuiſſe obſervatũ; ut ibi: *& hoc uſi ſunt ſemper in omnibus terris mundi*; ut ex illâ lege notat Molina (qui fuit, ut diximus, Regis Caſtellæ legatus pro ſucceſſione Luſitaniæ) *d lib.3. cap.6. n.27*; inquiens: *Quæ verba, quamvis in ejuſdem legis principio appoſita ſint, ad omnia in eâ contenta referenda ſunt, cùm omnia quæ in eâ diſponuntur non tam noviter diſpoſita, quàm ex antiquâ conſuetudine, & aliis conſtitutionibus deducta cenſenda ſint; ideóque lex illa poſt prædicta verba, utitur verbo, mandaron, id eſt, juſſerunt, & non verbo, mandamos, id eſt, jubemus, ut aliæ leges uti ſolent*; idem notavit ex eâ lege Joan. Garcia *de impenſ. d. cap.16. n.26.* Tunc ſic argumentor; vel lex illa dicit verum, vel falſum; ſi verum, pro nobis decidit; ſi falſum, eſt mendax, vel ignorans, & plus ignorantes qui reguntur per leges mendaces, vel ignorantes; hoc autem nationi adeò politicæ nequaquam convenit, ergo veritatem noſtram agnoſcere debent neceſſariò.

Exemplis probatur Repræſentatio in regnis.

At verò quamvis tam lex iſta, quàm Autores ſupra citati de practicâ totius mundi teſtificentur, juvat aliqua 31
exempla

exempla referre in particulari. I. Eduard 3, Regi Angliæ defuncto ann. Chr. 1377. ſucceſſit per Repræſentationem Richardus 2, nepos ex primogenito Eduardo præmortuo, excludens Joannem Gandavenſem patruum.

32 II. Carolo Pulchro Rege Galliæ & Navarræ, per matrem, defuncto ſine ſobole ann. Chr. 1328, Galliæ Regnum, ſecundùm legem Salicam, lineam maſculinam quæſivit in domo de Valois; ſed de ſucceſſione Navarræ eadem quæ in Luſitaniâ contentio evenit, inter Joannam neptem Caroli, ex fratre Ludovico Hutino, & Eduardū 3, Regem Angliæ nepotē ejuſdē Caroli, ex ſorore Eliſabethâ; Navarræ ſtatus generales pro Joannâ ex Repræſentatione patris judicarunt, excluſo Eduardo qui, in gradu æquali, ſexu prævalebat; en caſus noſter ipſiſſimus, ſi in illo Catholicus Rex injuſtè judicatum putat, vel debet fateri Navarrenſem Coronam quam poſſidet, petinere ad Sereniſſimum Carolum 1, hodiè Regem Angliæ, deſcendentem ac hæredem Eduardi 3; vel oſtendere quas Deus, aut homines leges fecerint quæ unum pro Caſtellanis, diverſum contra alias gentes jus conſtituant; neque enim excuſabitur dicendo, ſe Navarram poſſidere ex conceſſione Pontificis; nam neque Pontifex ei conceſſit jus maius quàm habebant Reges quos privavit, (ad quod tamen vide *ſup. in 2°. proœm. §. 2. n. 28. verſ. eſt verum,*) neque illi poterant privari jure, ſi illud non habebant; *juxtà regulam txs in l. decem* 116, *& quæ ibi Bart; & cæteri D D. ff. de verbor. oblig.*

33 III. In eodem Regno Navarræ Reginæ Eleonoræ (nuptæ Gaſtoni Comiti de Foix) defunctæ circà ann. Chr. 1480, ſucceſſit per Repræſentationem Franciſcus Phœbus nepos

nepos ex filio primogenito Gaſtone mortuo in matris vitâ, & antequam illa hæreditaſſet Coronam, excludens patruum Joannem Vicecomitem Narbonæ.

IV. Jacobus 2 Rex Aragoniæ ad obviandas lites de 34
quibus jam cogitabatur, declaravit in ſtatibus, ſeu comitiis generalibus Regni ſucceſſorem Petrum nepotem ex primogenito Alphonſo, ſi ipſe primogenitus præmoretur, adverſus Petrum ſecundonatum, & hoc ut patet ex Repræſentatione patris.

V. In Burgundiæ Ducatu defuncto Roberto 2 ann. 35
Chr. 1075, ſucceſſit Hugo nepos ex primogenito Henrico præmortuo, excludendo per Repræſentationem Hugonem patruum.

VI. In Ducatu Bretaniæ mortuo Joanne 3 ſine libe- 36
ris ann. Chr. 1312, ſucceſſit per ſententiam Parlamenti Joanna neptis ex fratre ſeniori Guidone appellato; excludens virtute Repræſentationis Joannem patruum Comitem de Monfort; quamvis hic poſteà armis ſententiam oppugnans ſe fecit tyrannum.

VII. In eodem Ducatu, per deceſſum Arturi 3 abſ- 37
que prole ann. Chr. 1458, ſucceſſit Franciſcus 2, nepos ex fratre Richardo; excludendo amitas Mariam, ſive Joannam, & Blancam, quæ, ut proximiores poſſeſſori ultimo, præcederent, ni Repræſentatio Franciſcum in patris gradu collocaſſet.

VIII. Mortuo Henrico 2, Landgravio Haſſiæ ſine 38
filiis ann. Chr. 1376, ſucceſſit in eo ſtatu Hermanus nepos ex fratre ſeniori Ludovico, Repræſentatione excludens Othonem patruum, & Annam amitam.

Supradicta exempla conſtant notoriè ex hiſtoriis illo-

rum

rum ſtatuum; & genealogiæ etiam ex *Æliâ Reuſnero in geneal. Cathol*; *& ex Paradino in geneal. Galliæ*; congeſſitque hæc, & aliaquæ omitto, eruditè, ac curioſè, *Villa Real. in Anti-Caramuele, lib.5. ad med*; illud autem Aragoniæ ſcribit *Curita in annal. illius Regni, lib.6. cap.57.*

39 IX. Referunt *Oldrad. conſ.224, & Tiraq. de jure primogen. q.40. n.10.* Robertum Regem Neapolis, aſſiſtentibus illi multis Cardinalibus, pronuntiaſſe pro nepote contra patruum in comitatu S. Severini.

40 X. Jam citatus Bald. *in l. ex hoc jure, n.5. de juſt. & jur.* judicatum ſæpe memorat per Regem Galliæ, aliique Doctores qui deciſiones allegant, relati *ſupra n.29.*

41 XI. Pro exemplo liceat etiam referre Bertachinum *in repertorio, verbo: nepos Regis*, in hæc verba: *Audivi à D. Joan. Franc. Patavino Auditore Rotæ ſe legiſſe in annalibus quod Otho Imperator judicavit dicto caſu, gladiatorio judicio litem dirimendam cùm caſus occurriſſet ſibi ſuper Rhenum exiſtenti juxta Treverim cum Baronibus ſuis; & nepos in geminâ pugnâ vicit, & fuit exiſtimatum ex voluntate Dei eveniſſe*; idem ex annalibus narrat Alciat. *l.8. parerg. c.15.*

XII. Alciatus *ubi proximè* addit: *Vitichindus quoque*
42 *in Henrici* I *hiſtoriâ non abſimilem ſpeciem contigiſſe refert, & tunc quoque victum, ceu divino judicio, patruum.*

XIII. Juſtinus *lib.23* ſcribit, Agathocle Rege Sici-
43 liæ mortuo, aut certè moribundo, bellum inter filium, nepotemque ejus ortum Regnum ſibi vindicantes, nepotemque victo, occiſoque filio occupaſſe Regnum; memorat etiam *Tiraq. de jure primog. q.40. n.9.*

Ex authoritate tantorum virorum prout ſunt Bertachinus, Alciatus, & Tiraquellus citati, non abſurdnm penitus

tus foret dicere in tribus proximis exemplis Deum voluiſſe oſtendere ſuum in quæſtione judicium ; aſt ego religioſiùs agnoſco poſſe illos eventus ſoli fortunæ, hoc eſt caſui, tribui, & memini rationes quibus juſtiſſimè mota mater Eccleſia ſimilia duella jam prohibuit *in concil. Trident. Seſſ.25.de reformat.cap.19*; verùm in honorem juſtitiæ adhuc liceat, ſi non credi, ſuſpicari eam obtinuiſſe cœleſte auxilium, ſicut cæleſte auxilium propter virtutem putatur habuiſſe Romæ Tuciam Veſtalem virginem, quæ ad probandã propriã caſtitatem cribrum, aquâ plenum portavit ante judices, ut narrant *Plin.lib.28.c.2.& Taracanõta l.38.*

Reſpondetur ad fundamenta contraria.

Reſpondetur rationibus.

Huic autem veriſſimæ reſolutioni non obſtant funda- 44
menta quæ Rex Philippus allegabat; & imprimis non obſtant rationes ; nam ad I. propoſitam *ſupra n.7.* reſpondetur, legem vocantem proximiorem conſanguineum ad ſucceſſionem verimſſimè verificari in eo qui locum patris intrat per Repræſentationem ; tam quòd leges ipſæ, eam Repræſentationem jam inducentes, hac ſuppoſitione diſponant, & loquantur, ſcilicet quod gradum patris intrans, proximior reputetur, ſi proximior erat pater, cùm quâ legis diſpoſitione populi in conſtitutione Regnorum videntur ſe conformare, *ex his quæ Bart. in l. hæredes mei §. cum ita col.pen; & ibi Alex. col.7. n.11. ff.ad Trebell; idem Bart.in l. juriſjurandi,§. ſi liberi,n.5.ff. de oper. libert; Imol.in cap.1. in fin. de locat. Innocent. in cap. cum olim de verb.ſign; & alios quos ſequitur Valaſc.de jure emphit.1.p.* 45
q.50. n.31; verſ. ego quidem; quàm quòd ut dixi, *ſupra n.5.* pater & filius uaturâ eadem perſona pene intelliguntur ; *quæ non omnino ex fictione ſunt, ſed partim ex veritate :* ait *Tiraq.d.q.40. n.31*; præſtans rationem : *eſt enim verè filius*

patris

patris portio, in eoque eſt ſubſtantia, & caro patris, imò unus eſt cum patre ipſo, ut expreſsè inquit tx. in cap jam itaque, ibi: unus erat cum illo, 1. q. 4; nam, ut ſcribunt rerum naturalium ſcriptores, & aſſerit Bald. in l. ult. C. de ſerv. fugit; pater in generatione filij præbet formam, ea autem dat eſſe rei, ſicuti & illi autumant, & etiam noſtri citantes tx. in l. adeo §. inſulam, ante fin. ff. acq. rer. dom; & in l. Julian. §. ſi quis rem ad exhib. cum ſimil; proſequitur *n n. ſeqq.* probando elegantiſſimè, & *n. 4.* dixerat quod pater non cenſetur mortuus relinquendo filium qui eum repræſentat; dixerat antea *Abb. conſ. 85. in præſenti q. n. 6.* ibi: *unde filius primogeniti poteſt dici primogenitus, & non ex toto fictè, ſed in parte verè, cum in eo ſit ſubſtantia, & caro, & pars ipſius primogeniti*; confirmat ulteriùs Ancharran. *in cap. licet, de voto, n. 19.* inquiens: *licet ejus pater deceſſerit, tamen, quia ejus filius partem ejus repræſentat, videtur per eum vivere, & cenſeri, ac ſi totus viveret poſtquam vivit pars, arg. ff. de contrah. empt. l. domum, & ff. de uſufr. l. ſi cui uſus fructus inſulæ*; Bald. autem *conſ. 386. in regno, verſ. in contrarium*, ait: *nepos non intelligitur quid realiter diſtinctum à patre ſuo*; quapropter Tiraq. *d. q. 40 n. 173.* probat nepotem venire ad ſucceſſionem ex perſonâ ſuâ, & non patris: Ex quibus jam apparet, Abbatem, Ancharranum, Baldum, & Tiraquellum negare minorem propoſitionem argumenti contrarij; docent enim, non omnino fictè, nec ex perſonâ alterius Repræſentatem intrare; ſaltem nemo negabit non tantam eſſe differentiam inter patrem, & filium, ut illæ quæ continentur in textibus, de quibus in maiori propoſitione argumentabatur, meritò igitur lex ipſa, quæ ad defuncti ſucceſſionem conſanguineum proximiorem vocat, de Repræſentante intelligit, ut in omnibus

textibus qui loquuntur de Repræſentatione; & inter alios optimus eſt in *Auth. poſt fratres* 1. *C. de legit. hæred*; ibi: *hi autem fratrum filii, cùm pares ſint defuncti fratribus*,&c. Tandem ipſe Advocatus Caſtellani, Ant. de Fuertes, *in Antim. art.* 7. probat ex profeſſo, nullam in hoc fictionem, ſed veritatem eſſe.

Vide Advocatum Regis Caſtellæ contra ſuos.

Ad II. *n.* 8. ſatisfit primò, negando maiorem; namque 46
n. 25. jam probavi eſſe verius in jure, communiùs receptum à Doctoribus, & ſemper obſervatum in praxi dare Repræſentationem etiam in delatis jure ſanguinis; quare illud argumentum retorquetur in adverſarios: Neque pro illis faciunt allegati txs in *l. tutela* §. *ſi duo, & in l. ſi libertus* §. 1. ſi advertamus cum Paul. Caſtr. *conſ.* 164. *col.* 8. *in fin. verſ. & per hoc reſpondetur*, ibi agi de ſucceſſione liberti, ut declarat *gloſa, verbo, hæreditatibus, in d.* §. *ſi duo, & tx. ipſe in d.* §. 1; ibi: *ad hæreditatem liberti*; & in hac, cum non ſuccedatur aſcendenti, vel patruo, ſed liberto, nequaquam admittitur Repræſentatio, neque nos id tentamus; ſolùm dicimus Repræſentationem dari ſi (veluti in noſtro caſu,) de ſucceſſione patrui tractetur, quod quidem txs illi non inficiantur, ut advertit gloſa citata, ibi: *aliud eſt in hæreditatibus, quæ deferuntur agnatis in bonis agnatorum, ut infra de conjung. cum emancip. l.* 1. §. *liberos autem*; quod, ita clarum, eſt mirum non vidiſſe aliquos Doctores. Alio etiam modo 47
ſatisfit eidem argumento negando minorem; jam enim *cap.* 5. *ex n.* 12. manifeſtum extat Regna deferri tanquam hæreditatem ab inteſtato.

Ad III. *n.* 9. diſtinguitur maior; vel res habita ex con- 48
ceſſione alterius, poſſidetur adhuc cum reſpectu ad concedentem, ut feudum, *juxta dicta in* 2. *proœm.* §. 1. *n.* 33. *ad fin.*

&

& in hoc caſu loquitur opinio, de quâ argumentatur, vel poſſidetur tanquam omnino propria, nullo jam ad concedentem reſpectu habito, ut Regnum (quod populi abſque reſervatione tranſtulerunt in Regem, *l.* 1. *ff. de conſt. Princ*; ibi: *populus ei, & in eum omne ſuum imperium, & poteſtatem conferat*, unde Regis hæreditas eſt factum, *ut ſup. d. cap.* 5. *ex n.* 12.) & in tali re ea opinio non loquitur, ut ex ipsâ apparet; foretque abſurdum dicere, quod ſi Titius, ex amicitia, vel alio titulo, prædium mihi liberè dedit, locum non habeat quoad illud inter liberos meos Repræſentatio.

49 Quinimo etiam in priori caſu verius eſt Repræſentationem locum habere, ut videbimus hoc capite, reſpondendo ad rationem objectionis ſecundæ.

50 Ad IV. *n.* 10, poteſt negari maior; nam nec Repræſentatio eſt omnino fictio, ut oſtendi paulò antea *n.* 45, neque privilegium, niſi ſub latâ ſignificatione vocabuli, in quo ſolùm ſenſu privilegium vocatur à Juſtiniano; cum non ſit ex illis quæ ſunt contra jus, imo, & naturâ fundetur, *ut eodem n.* 45; & ſecundùm antiquiſſimum jus commune procedat, ut infra *n.* 57; quare potius videtur extendendum datâ eadem causâ, & ratione, cum non perſonæ, ſed cauſæ ſit donatum, *arg. l. tempus* 29. *in fine de re jud*; *l. privilegia* 156. *de reg. jur.* & faciunt quæ de vi privilegiorum incluſorum in corpore juris notat gloſa, *verbo: non obſtantibus, ad fin. verſ; ſecundum verò, in extrav. ad reprimendum, quo-*

51 *modo in Læſ. Majeſt. crim. proc.* Verùm, ne in hoc maneat ſcrupulus, alio reſpondendo modo, negamus conſequentiam, quatenus infert tale privilegium ſucceſſiones regnorum non comprehendere; nam verè comprehendit ſine extentione; eſt enim inductum pro omnibus ſucceſſionibus

ab

ab inteſtatò, ſucceſſio autem regnorum, ſucceſsio ab inteſtatò eſt, ut argumentabar *ſupra n.*22.

Ad V. *n.* 11, negatur maior; eſt enim verius diſpoſitionem generalem etiam exorbitantem in quâcunque materiâ comprehendere caſum, vel ſpeciem qualificatam, ſi poteſt includi ſub proprietate verborum, & non habet rationem diverſam; probant optimè tx. *in l.*2. *in princ. ff. de his qui not. infam; & plura quæ refert Tiraq. de jure mariti, gloſ.*5. *n.*76; *& in tract. le mort. p.*2. *declar.*4. *n.*8; *Cov. de ſponſ.* 2.*p. cap.*8. §.8. *n.*8; *junctâ vulgari doctrinâ Bald. in l.* 2. *C. de jure aur. anul.* Neque contrarium probat allegatus tx. *in cap. ſtatutum* 22. *de elect. in* 6; nam, ultra intellectus ei præſtitos *per DD. ibi; & Decium in cap.*2. *col.*3. *de præb. Dominic. conſ.*132. *col.*2, *Rebuff. in praxi tit. de non promot. à n.*28, reſpondetur illum caſum non comprehendi in verbis, nec in ratione diſpoſitionis, ut tx. ait, ibi: *declaramus non extendi*, ubi denotat opus eſſe extentione, quæ non fit in materiâ penali, de quâ agebatur, ut exprimit idem tx. ibi: *quòd, cum ſit pænale, reſtringi potius convenit, quàm laxari.* At uerò in ſpecie noſtrâ regnorum ſucceſsio, cùm ſit verè ſucceſsio, & reducta ad terminos ſucceſsiones ab inteſtato, ut ſæpius dixi; bene comprehenditur ſub generali diſpoſitione dante Repræſentationem in omnibus ſucceſsionibus ab inteſtatò, ut ſupra *n.* 22. in eâque militat eadem ratio, ut etiam ſupra *n.*23, & 24. Alio modo ſolvitur prædictum argumentum negando minorem; non enim Repræſentatio eſt exorbitans, nec contra regulas ordinarias, ut *n.*50. in ſolutione præcedentis argumenti dicebamus.

52 … 53

Ad VI. *n.*12. negatur antecedens; Lex enim Repræſentationẽ admittens non loquitur de hæreditate diviſibili, 54

vel

vel indiviſibili ; ſed ſolùm diſponit quod filius habeat ſine diminutione omne illud quod pater, ſi viveret, habiturus foret, ut conſtat ex eorum verbis relatis ſupra *n.*5 ; ſi igitur eveniat caſus in quo pater cum alio deberet dividere, ita faciet filius, & in his terminis loquitur allegatus tx. *in* §. *cùm filius Inſt. de hær. quæ ab int.* atque alij ; ſi verò pater alios excludendo totum foret habiturus, ita & filius faciet *Auth. de hæred. ab int. ven.* §. *ſi igitur* 2 *verſ. unde conſequens* ; *& verſ. illud palam* ; *Auth. poſt fratres* 1 *verſ. hi autem C. de legit. hæred* ; prodeſt ergo Repræſentatio ad totalem excluſionem aliorum, ut per eos txs qui ſunt expreſſi, notant *Tiraq. d. q.*40. *n.*26. *cum ſeq. poſt Bald. conſ.*101. *inc. ſuper primo quæſito, in princ. lib.*4 ; *gloſ* ; *& alios. Coſta in d. quæſt. de patruo, & nepote, pag.*189. *in princ* ; *Anchar. in d. cap. licet de voto, n.*19. *Gom. in d. l.* 40. *Taur. n.* 65. *verſ.* 6. *poſt princ* ; & omnes ſupra relati *n.*29 ; quod non eſt contra æquitatem, imo, ſecundùm illam; prout ſupra *n.*23.

55 Ad VII. *n.*14, conceditur maior, non diſputatur de minori, ſed negatur conſequentia, non enim infertur, *hoc eſt inductum à jure gentium, ergo non regulatur per jus civile*, cùm emptio, venditio, & ferè omnes contractus, æqualiter, ac Regna, à jure gentium ſint introducti, *l. ex hoc jure* 5. *ff. de juſt. & jure*, & tamen nemini ſit dubium quod per leges civiles, imo, & municipales gubernentur (dummodo, ut hìc, conſervetur ſubſtantia introducta â jure gent ; ſecus verò ſi deſtruatur, ut ſupra *cap.*5. *n.*14.) ſic igitur in Regnis, nam iſta quoque in hoc legibus civilibus ſunt ſubjecta, vel ſaltem rationi quibus leges nituntur, ut declaravi in
56 principio hujus voluminis in Prologo ad Lectorem. Maximè rationi, & æquitati naturali, quæ Repræſentationem intro-

introduxit, ut probat *l.1. §.1. verſ. ſi filius ff. de ſuis, & leg. hær*; ibi: *ſi filius ſuus eſſe deſiit, in ejuſdem partem ſuccedunt omnes nepotes, nepteſque ex eo nati qui in poteſtate ſunt, quod naturali æquitate contingit*; unde jam antiquiſſimæ leges 12, tabularum eam præſcripſerunt, ut teſtatur tx. *in l.3. C. eodem tit*; ibi: *ut inteſtato defuncto filius, ac nepos ex alio qui mortis ejus tempore in rebus humanis non invenitur, manentes in ſacris pariter ſuccedant, evidenter lege duodecim tabularum cavetur*; *quod & honorarij juris obſervatio ſequitur*; id eſt, in dando bonorum poſſeſſionem unde liberi; *l. ſi quis 4. ff. unde liberi*; *l. 1. §. liberos autem ff. de conjung. cum emancip.*

Vide imperitiam Advocatorum Regis Caſtellæ.

liber; unde apparet quàm longè ſint à cognitione juris ad- 57
vocati Regis Catholici, maximè ille Caramuel *in Philip. lib.5. diſput.8. q.2. art.4. n.14*; & jam citatus Biota *in Antimanif. art.7. ad med*; qui contra hos textus claros, affirmant Repræſentationem eſſe novam inventionem Juſtiniani; &, quod eſt peius, hic poſterior pro hoc allegat quæ notantur *in §. cùm filius Inſt. de hæredit. quæ ab int*; cum in illo tx. Juſtinianus nullo modo inſinuet hoc à ſe conſtitutum fuiſſe, imo potius fateatur à lege 12, tabularum deſcendere, ut dixerat *in §.1. eo tit*; ibi: *ex lege 12. tabul*; quæ verba ad omnia ſequentia referuntur, ut notavit gloſa, *verbo: cavetur, juncto tx. ibi*; *in d. l.3. C. de ſuis, & leg. hær*; & repetit idem Juſtinianus *in §. fin. Inſt. illo tit*; ibi: *antiquitas ſtatuit*, ubi iterum gloſa notavit. Certè decepit eos (alios inquam, non Caramuelem, quia hic nec vidit unquam volumina ubi ſunt textus,) legere apud eundem Imperatorem *in Auth. de hæred. ab int. ven. in princ.* verba illa: *conſtituimus, diſponimus*, & in §.1. illa: *diſpoſuimus, perſpeximus*, & in §. *ſi igitur 2*; *verſ. hujus modi*, illa: *præbemus, largimur, conferimus*,

ferimus. Sed Juſtinianus non ideò ſic loquutus eſt quod omnia ibi contenta conſtituerit noviter; ſed quoniam in præfatione dixerat, quod caſſabat diverſas leges antiquas loquentes in materià,& eam ſolam(tanquam novam)jubebat obſervari; tunc procedit conſtituendo,quaſi de novo, multa vetera (*ut in cap.* 1,*&* 2,de ſucceſſione deſcendentiũ, & aſcendentium, cum glosà, quæ idem etiam fatetur *in d. præfat.verbo:vacantibus*);aliqua emendat(*ut in cap.ult.* de agnatorum jure ſublato); quædam extendit, *ut in cap.* 3. de ſucceſſione ex latere, ubi(& eſt noſter punctus)Repræſentationem inter deſcendentes antiquiſſimam(ut præcedenti numero)extendit ad quoſdam gradus tranſverſalium, ex equitate ab antiquis cõſideratà; non igitur eſt inventio, ſed extentio;vel,ſi in rigore vocetur inventio,ut ſæpe fit, deberent Caſtellani cum diſtinctione loqui, Repræſentationem in tranſverſalibus, eſſe Juſtiniani inventionem; in deſcendentibus autem fuiſſe antiquam; ſed abſolutè illam vocare novum inventũ, eſt craſſus error; à quo non ſe excuſabunt ſi dicant,hunc eorum fuiſſe ſenſum; convincuntur enim ab allegatione quam Biota *d. loco pag.* 105. *lit. d.* facit dicti §. *cùm filius*, in quo agitur de Repræſentatione deſcendentium,& tamen in illius terminis, ait eſſe Juſtineaneam inventionem. Hoc dixerim pro oſtendendâ eorum ignorantiâ.

58 Ad VIII. *n.*15. non percipio quid dicat Biota ille,in longiſſimo diſcurſu nil concludente; an ille,vel ego non intelligam, judex qui utrumque legerit recto judicio;interim pro reſponſione refero verba quibus incipit illum 7 articulũ: *Concluſio præſens*(inquit)*injiciet admirationem;ſed, ut puto,immeritò,nemo enim juſtè illam negare poteſt. Tot ſunt abuſus quibus forenſes cauſam dederunt, uſurpando vocabula ad*

praxim, ut non ſit mirum quod idem hîc eveniat; attentionem in lectore peto, nil enim volo niſi detegere errores, & quod habeatur vera, ac integra notitia rerum. Proſequitur nullam in mundo Repræſentationem eſſe, omneſque Doctores ſtultiſſimè de Repræſentatione agere, & *pag.*90.*in fine* addit: *Nec illius mentio invenietur in legibus Caſtellæ, niſi in novâ lege Tauri* 40, *in quâ Advocati qui aderant, ignorando forſitã quare, & ad quid, Repræſentationem poſuerunt.* Tandem ita finit articulum: *Si quis dixerit: quò vadis homo, ſic diſcurrendo? reſpondetur, ad veritatem, & ad docendum eam.* Fatetur itaque omnes Doctores, quinimò & legem ſuam de Repræſentatione loqui, ſed aſſerit omnes erraſſe, & ſe noviter veritatem docere; at, dum Mundus non reduxerit in legem hanc doctrinam, nemo nos condemnabit ſi ſequamur Doctores quos Orbis veneratur; cùm autem Fuertes Biota leges fecerit pro Vniverſo in præteritum, & futurum, tunc Rex Catholicus habebit jus ad Luſitaniam; vereor tamen hoc nunquam fore, nam cùm legam apud Everard. *in fine præamb. ad loc. argum.* Bartolum ex eo ſibi multum honoris conciliaſſe, quòd ſemper tenuerit opiniones quæ ſenſui, & intellectui communi acceſſerint, à contrario multùm dedecoris conciliabit Biota, qui fatetur opinionem ſuam eſſe contrà ſenſum, & intellectum communem. Sed eſto, non 59
detur in jure Repræſentatio; quid eſt illud per quod textus dicunt filium in ſucceſſione aſſumere locum patris? Reſpondet *pag.*86, eſt præoccupatio, ſubingreſſio, ſeu ſucceſſio, quæ ita definitur: *Privilegium naturæ per quod filius, vel nepos ſubingreditur locum defuncti ſui patris, & capit portionem, & partem, quam ille ſi viveret eſſet percepturus ex bonis decedentis cognati.* Hoc nobis ſatis; ſed Eduardus ſi viveret eſſet

Vide Advocatum Regis Caſtel. in ſenum vocantem ignorantes legiſlatores ſuos.

Vide eundem concludentē contra ſe.

eſſet percepturus Regnum, ut eſt in confeſſo, ergo & ejus filia; vocet hoc ſubingreſſionem, ſi habeamus ſubſtantiam, de nomine non diſputabimus.

60 Ad IX. *n.*16. ex rationibus remiſſivè ad Tiraquellum allegatis, reſpondet Tiraquell. ipſe loco citato.

61 Ad nihilum ſic redactis rationibus Philippi, videamus authoritates ab eo adductas *n.* 17 parvi eſſe momenti; & demonſtratur I. Nam aliqui ex Doctoribus qui (teſtibus relatis *d. n.*17, *& Cov. pract. d. cap.* 38 *n.*5. *verſ. nec tamen,*) pro eâ parte citari ſolent, falsò allegantur, cùm potiùs dicant pro noſtrâ. *Reſpondetur authoritatibus allegatis pro Rege Philippo.*

Horum unus eſt Bart. *in Auth. poſt fratres* 1. *C. de legit. hæred*; cujus verba tranſcripſi *ſup. n.* 29. clariſſimè decidētia pro nobis, ut advertit Sucin. jun. *conſ.* 3. *n.* 10. *vol.* 4. inquiens: *Quando ergo illud quod tranſit in primogenitum haberetur jure ſucceſſionis, Bartolus ibi manifeſtè vult, filium primogeniti, & ſic nepotem perſonam patris ſubintrantem, excludere ſecundogenitum patruum ejus, ſicut & pater ejus ſi viveret illum excluderet; ita declarat patruus, & dominus meus Sucin. in conſ.* 252; notavit etiam Jaſon *in l. is poteſt ex n.* 30. *ff. de acquir. hæred.*

Alius eſt Cumanus *in l. cum ita legatur* §. *in fideicommiſſo de legat.* 2; qui in priori repet. *ad illum* §. *n.* 4. *in fin.* non de Regnis, ſed de fideicommiſſis agens, ait ita: *Pro hoc facit etiam quod dicit Bart. in Auth. poſt fratres C. de leg. hær; ubi dicit, quod licet fratres, & filii fratrum, & eodem modo in deſcendentibus, pariter vocentur cum patruo, verum eſt quando agitur de ſucceſſione tranſverſali, vel de feudo, vel ſimilibus, non ſic quando agitur de ſucceſſione patris, vel avi; ex quo ſequitur, &c.* ponit exemplum in emphiteuſi eccleſiaſticâ,

inquiens in eâ ſuccedere filium, non nepotem avo; ſanè (non diſputo an Cumanus perceperit ſenſũ Bartoli) ſatis pro me eſt Cumanum non contra nos, imo pro nobis ſcribere; ibi: *licet fratres & filij fratrum & eodem modo in deſcendentibus pariter vocentur cum patruo, verum eſt quando agitur de ſucceſſione tranſverſali*;; ſed talis eſt de quâ agimus, ergo Cumanus tenet pro nobis. Et clariùs *in 2. repet. illius* §. *n.* 2. *ad fin.* Repræſentationẽ admittit, dum, ſuper gloſâ, *verbo: primo, alias: proximiori*, eum admittente, commentatur: *non referendo ad tx. gloſa eſt clara; relata autem ad tx. videtur mihi æqua, quidquid dicat Bald*; & quamvis addat, *ſed pro Baldo facit, &c.* tamen remanet in propriâ ſententiâ, vel ſaltem contrariam ſolùm intelligit in fideicommiſſis delatis jure ſanguinis, & rebus in quibus non ſucceditur ultimo poſſeſſori, ſiquidem allegat *l. ſi libertus præterito* §. 1. *cum. l. ſeq. de bon. libert*; qui tx. procedit ex eo quod ageretur de hæreditate extranei, ut oſtendi *n.* 46; & allegat *Bartolum in d. Auth. poſt fratres*, qui loquitur in eiſdem terminis, ut conſtitit *n.* 29, *& in hoc n. ver. Horum*, imô, ut utrobique eſt manifeſtâtum, in regnis hæreditarijs, ut eſt noſtrum, pro nepote judicat; quare ſi eſſem Caſtellanus adduxiſſem Cumanum, *ſup. n.* 29, inter D D. qui ſunt pro Repræſentatione, ſed cùm ſpecialiter de ſucceſſione regnorum non loquatur, prætерij eum ex ratione aſſignandâ *n.* 64.

Malè inducit Cyn. quia tx. dicit tantũ in caſu de quo loquitur; ut ibi: ut in hoc caſu deteriores &c. unde non negat in alijs.

Alius eſt Paul. Caſtrenſis *in l ſi vivâ matre n.* 7. *C. de bon. mat*; *& in Auth. poſt fratres* 2. *C. de leg. hær.* Ecce illius verba in loco priori: *Ultimò Doctores notant per iſtum tx. quod nepotes non debent eſſe deterioris conditionis. quam filij; unde Cyn. inducit ad quæſtionem de ſecundogenito, ut non excludatur in regno à filio primogeniti, quia ſic eſſet deterioris conditionis quàm nepos*; ſolùm refert inductionem Cyni; quod

quod clariùs apparet in loco poſteriùs allegato; ibi: *Iſtud eſt notandum, ſecundùm Cyn; & Bart; quod ubi non agitur de ſucceſſione fratris, ejuſdemque patrui, vel avunculi, filij non repræſentat perſonam patris, & hoc inducit Bart. ad illam quæſtionem arduam an in regno,*&c. *non enim in regno ſuccedit filius tanquam hæres, maximè quando regnum eſt feudum, ut regnum Apuliæ, quod habetur ab Eccleſiâ Romanâ*; & inferiùs: *tamen Joann. Andr. ſentit contrarium in* --- *& Bald. in pluribus locis*; varias opiniones memorat, & nullam approbat, vel pro nobis approbata eſt ultimò poſita, ut intelligunt DD. communiter teſte Macagnano *de com. opin. lib.*3.*cap.*13. *n.*1; ſed abſque hac conjecturâ Paulus ſuam declaravit mentem pro nepote, loco citato, ſupra *n.*29. *verſ. Paulus.*

62 II. Multi ex Doctoribus quos ſupradicti citant pro patruo, contrariantur ſibi ipſis in diverſis locis, atque ita numerum non faciunt, ut meminit Valaſc. *de jur. emphit.* 1 *p.q.*50.*n.*32.*verſ. ſed hoc, & eſt vulgare.*

Præcipuus eorum eſt Cyn. *in l. ſi vivâ matre* 3 *C. de bon. mat*; qui tamen *in l. Imperialis in fine, C. de nupt.* pro nobis ſcribit: *Si tu poneres quod ipſe eſſet filius Regis, tunc filij ejus nepotes ad Regem haberent, & dignitatem Regiam, & ſuccederet primogenitus patri*: quare hunc locum Cyni pro Repræſentatione nepotis allegavit *Jaſ. in l. maximum vitium, n.*4. *C. de lib. præter.*

Plures ſibi contrarios vide apud Tiraq. *d.q.*40.*n.*15, eſſet enim prolixum valdè omnium referre verba.

63 III. Quidam nil tale dicunt pro patruo contra Repræſentationem, quare oportet omnes legere.

Inter hos eſt Philippus Dec. qui allegatur *conſ.*443. *incipit*

cipit in caſu ad me tranſmiſſo;cum tamen ille nil de jure communi reſolverit,ſed,poſitis fundamentis pro utraque parte, recurrerit ad particularem legem Portugalliæ ſuper particularia bona quorundam nobilium qui litigabant;& ſolùm ex eâ conſuluerit; vide quæſo ejus verba, *n.22. ad med.* clariſſima: *ex prædictis pro utraque parte apparet hanc quæſtionem valde dubiam eſſe ; & pro verâ reſolutione, imprimis verba conſtitutionis, & legis mentalis Regni debent diligenter præſcrutari;& ex verbis dictæ conſtitutionis maniſeſtè conſtare videtur, quod bona conceſſa à Rege Portugalliæ alicui debeant ſemper remanere integraliter filio legitimo maſculo maiori, ut expreſsè verba conſtitutionis dicunt.*

IV. Non pauci,inter quos idem Decius, non loquuntur in ſpecie de ſucceſſione in regnis, ſed generaliter in alijs bonis; & licet agnoſcam à ſimilibus poſſe argumentari, *ex l. non poſſunt cum ſeq. ff. de legib.* hoc procedit, ut innuunt eidem txs; quando non datur deciſio in ſpecie;ſed ſi detur tx; vel Doctor in terminis, eſt pauperis Doctoris arguere à ſimilibus, & generalibus; *& concludit ſolùm apud groſſos viros,non apud doctos, cum quibus ſolæ deciſiones in ſpecie valent*; ut aiunt, *Cardin Mantica de tacit; & ambig. convent. lib.4. tit.1. n.2. Gratian. diſcept. tom.2. cap.335. ex n.19, ubi citat alios*; quâ proqter pro parte noſtrâ non allegavi, *n.29.* Cumanum, qui eſt pro eâ, ut vidimus, *n.61*; neque plures alios,quoniam de regno ſpecialiter non loquuntur, contentus *d. n.29. verſ. ultra hos*,breviter dicere, pro nobis facere omnes qui in causâ patrui, & nepotis, pro hoc judicant; ut etiam pro ratione primâ dixi breviſſimè *n.21.* 64

V. Rariſſimi,ex allegatis pro patruo,diſputant quæſtionem; conſiderentur precor, & invenietur omnes penè 65

obiter

obiter tantummodò de hoc ſcribere; plurimi autem ex noſtris latiſſimè diſputant, & tandem concludunt pro Repræſentatione; inter quos, *Bald*; *Oldrad*; *Ancharran*; *uterque Socin*; *Joan. Andr*; *Tiraq*; *Coſta*, *Covarruv*; *Anton. Gom*; *&* *Molina*; nihil pro ullâ parte reliqueruut indictum; at verò non dicitur opinio niſi quam Doctor tenuit diſputando, quod autem dixit obiter non attenditur, ut notant *Surd. conſ.*317. *n.*21, *&* *con.*341. *n.*36. *lib.*3; *Cevallos commun. contra commun. in præfat. n.*11, *&* 12.

66 VI. Circà paucos qui diſputant, deſtructis ad oculum *ex n.*44. fundamentis eorum, corruit opinio, ut advertit *Coraſ. de communi opin. lib.*1. *tit.*6. *n.*15. *in* 1. *tom. commun*; & manent in terminis Doctoris nil allegantis, cui non creditur, ex Surdo *Deciſ.*335. *n.*20. *in* 2. *p.*

67 VII, & ultimò, nepos pro Repræſentatione pugnans agit de damno vitando, *ut eleganter oſtendit Tiraquel. d. q.* 40. *n.*88; ergo ſi eſſemus in quæſtione dubiâ, pro eo deberet judicari; *juxtà ea quæ Addit. ad gloſ.*1. *in reg. cum ſunt* 1. *de reg. jur. in* 6; *&* *Jo. Mo. ibi*; *facit l. verum* 11. §. *item quæritur & quæ ibi Bart. ff. de minor.* Verùm in hoc non inſiſto, hæc enim quæſtio non eſt dubia, imò per txs. expreſſos deciſa clariſſimè, ut reſolvit idem Tiraq. *ſup. n.* 166; ibi: *Cæterum non poteſt videri hic caſus eſſe dubius de jure civili, cùm præter plurimos textus, &c.*

68 Conſtat ergo, ex Doctoribus contra nos allegatis, aliquos eſſe pro nobis, *ut n.*61; multos ſibi ipſis contrarios, *ut n.*62; quoſdam nil tale dicere, *ut n.*63; non paucos in noſtrâ ſpecie particulariter non loqui, *ut n.*64; rariſſimos punctum diſputare, *ut n.*65; alios fundamento carere, *ut n.*66, & ſic omnes eſſe parvæ ſubſtantiæ.

Tandem,

Reſpondetur ad exempla, quæ Philippus pro ſuâ 1. objectione allegabat.

Tandem, non maioris, imo nullius ſubſtantiæ, ſunt duo 96
illa exempla à dicto Rege Catholico allegata; nam prius
*n.*18. juridicum non eſſe pro noſtro caſu aiunt omnes DD.
ei variè reſpondentes. I. Bart. *in d. Auth. poſt fratres* (ut
vidimus *n.*29. *verſ. Bartolus, & n.*61. *verſ. horum,*) intelligit illud ſpecialiter in feudali regno; ſed minùs benè, ut infrà *n.*97. II. Bald. *in l. ex hoc jure n.*5. *ff. de juſt; & jure, & in l. liberti n.*18. *C. de oper. libert.* reprehendit Pontificẽ, at nimis rudis. III. Belamera *deciſ.*724. *n.*8. *& Tiraq. de jur. prim. d. q.*40. *n.*164. putant (neſcio an divinatoriè) in inſtitutione illius Regni eſſe aliquas clauſulas, quæ deviant à jure communi. IV. Tiraquel. idem *ſup. n.*165. *poſt Belamer. citato loco* advertit, (& quidem verè) illam ſententiam non feciſſe jus in terris non ſubjectis temporaliter Pontifici: Verùm pars adverſa dicet quod fecit authoritatem; ergo, V. Idem Tiraquel. *n.*163. meritò negat ſuppoſitam ſententiam à Papâ latam fuiſſe, cùm tx. *in clement. paſtoralis de re jud.* unde hoc deducunt adverſarii, nullo hoc modo dicat, ſed ſolùm, agens de diverſiſſimâ causâ, Robertum enuntiativè Regem vocet, quod nullum ei jus tribuit, *Clement. fin. §. fin. de ſent. excom. ubi gloſ; Joan. Andr. & omnes.* Addo, eum tx. eſſe Clementis 5, non Bonifacii 8; ut ipſi confundunt, impoſſibileque fuiſſe Bonifaciũ 8 defunctũ anno Domini 1303, die 11 Octobris, (ut conſtat ex Illeſcas 1. *p. hiſt. Pont. lib.*5. *cap.*49. & *Ciacon; Cabrera, & Victorel. in vit. Pontificum,*) judicaſſe cauſam ſucceſſionis, per obitum Caroli 2 Regis Neapolis, qui deceſſit poſteà ann. 1309. ſecundùm *Reuſner. in Genealog. Regum Neapol.* in Pontificatu Clementis 5, teſtibus *eiſdem Illèſc. ſup.* 2. *p. lib.*6. *cap.*1; *& aliis ſupra.* Nec dici

dici poterit (quod quidem non dicitur) ſententiam fuiſſe forſitan Clementis 5; nam nec de ſententiâ, imò nec de lite conſtat; certumque eſt tempore mortis Caroli 2, ejus ex primogenito nepote in remotâ Hungariâ regnante, Robertum ſecundogenitum (prudentiâ ab ſcriptoribus commendatum) ſine contradictione occupaſſe Neapolim, ac eodem modo (ut proximi Autores narrant) à Clemente confirmationem obtinuiſſe; vel ſi aliqua fuit lis, non ſententiâ, ſed tranſactione finita fuit, ut ſcribit Reuſner. *in Geneal. Regũ Panoniæ*, & tamen ipſe Robertus conſcientiâ motus (utpote qui in ſimili pro Repræſentatione judicaverat, ut ſuprà *n.39.*) voluit reſtitutionẽ facere, Joannã neptẽ ac hæredem nuptui dando Andreæ filio ejuſdem ſui nepotis quem privaverat; ut advertunt *ex Baldo Jaſ. in l. maximum vitium n.4. C. de liber. præt*; & *Tiraq. ſup. n.* 10. Quapropter Biota advocatus Regis Caſtellæ *in Antiman. art.3. poſt med. pag.* 29. fatetur hoc exemplũ nil facere contrà nos, inquiens: *habuit rationem particularem, quòd Pontifices odio habebant extraneos; & tandem regnum rediit ad ad deſcendentes legitimi ſucceſſoris.* *Nota advocatos Regis Catholici diſcordes inter ſe.*

40 Ad poſterius exemplum, *de quo n.*19, reſpondetur, Regem Caſtellæ Alphonſum 10 motum precibus, ac ſervitiis Sanctii ſecundogeniti, ſubditos obligaſſe, ut eundem Sanctium juraſſent ſucceſſorem, excludendo Alphonſum de Lacerda nepotem ex primogenito Ferdinando prædefuncto; ut narrat Chronica d. Regis Alphonſi *cap.*64. & *ſeq.* quod fecit contra expreſſam legem ab ipſo paulò antea factã, ad longum tranſcriptã ſup. *n.*30. quæ nepoti coronam dabat; quapropter pœnitentia ductus, declaravit in teſtamento nepotem ſucceſſorem, ut in eàdem Chron.

cap.76, & notat Garcia *de impenſ. cap.16*, tamen populi, dicto juramento quoquo modo obſtricti nepote in tenerâ ætate parùm reſiſtente, Regem ſuſtinuerunt prædictum Sanctium, qui moriens poſt undecim annos reliquit Regnum filio Ferdinando 4; ut eſt notum in hiſtoriis; cum hoc incæpit vehementiorem litem Alphonſus de Lacerda jam adultus, in quâ tandem fecerunt non judices, ſed arbitratores ad componendam cauſam, Dionyſium Regem Luſitaniæ, & Jacobum 2 Regem Aragoniæ, ut conſtat *ex Chron. d. Regis Ferdinandi cap.22. ex Chron. Regis Dionyſii cap.12*; *& Curitâ in annal. Aragon. lib.5. cap.59. ad fin.* qui conſiderantes longam poſſeſſionem Ferdinandi per ſe, ac per patrem, à quâ privari non poſſet abſque graviſſimis bellis, reliquerunt Regnum Ferdinando, & dederunt aliquas terras Alphonſo de Lacerda; ſic non procedentes tanquam judices, quorum eſt officium totum uni adjudicare, ſed tanquam arbitratores, qui poſſunt auferre de jure unius, & dare alteri, ut inquiunt *gloſ. ult. in l. Pomponius 13. ff. de recept. arbitr. & DD. per tx. ibi in cap. niſi eſſent 21. de præbend.* At verò pater Alphonſus 10, qui privationi nepotis cauſam dedit, vituperatus fuit ab ſtatibus Regni, ut refert Garibay *lib.13. cap.4.* & miſeriæ graves quas poſtea paſſus eſt tribuuntur divinæ punitioni propter eam injuſtitiam, ab eodem Garibay *ſupra cap.15*, & à Curitâ *ſupra lib.4. cap.15*; & huc uſque eſt ita notorium Caſtellæ, ac Legionis coronam pertinere ad Ducem Medinæ Cœli deſcendentem, & hæredem nepotis privati, ut non ſolùm publicè hoc omnes verbo fateantur, ſed & ipſi Caſtellani Autores non dubitent ſcribere; inter quos Illeſcas *in hiſt.*

hiſt. Pontif. 1. *p. lib.* 5. *in fine tit. Sanctius* 4. poſtquam dixerat coronam pertinuiſſe ad Alphonſum nepotem ſecundùm leges, proſequitur: *Tamen, cùm ſit verum, ut ait Cornel. Tacit; quod in ſummâ fortunâ, id æquius, quod validius, Sanctius nil curans de juſtitiâ, ut voluerat Regno ſpoliare patrem, non habuit ſcrupulum ſpoliandi nepotem.* Ex quibus omnibus apparet, I. Alphonſum feciſſe injuſtè de quo eum pœnituit; II. Nullam fuiſſe ſententiam, ſed arbitramentum ab ſtatu rerum coactum; III. Vſque in hodiernam diem rem illam eſſe vituperatam, & conſequenter non pro juſtitiâ, ſed pro tyrannide eſſe exemplum, ut fatetur dictus Biota Caſtellani Regis advacatus, *in d. art.* 3. *poſt medium, pag.* 29. inquiens: *fuit injuſtum, & ita evenerunt tot ſcandala in Caſtellâ.*

Nota Advocatos Regis Philippi diſcordes inter ſe; & contra illum.

71 Stat igitur evidentiſſimè demonſtratum textibus expreſſis, rationibus claris, Authoritatibus graviſſimis, practicâ totius mundi, in regnorum ſucceſſione jus *R*epræſentationis dari; non obſtantibus rationibus non concludentibus, Authoritatibus fallitis, & exemplis condemnatis in contrarium adductis, ac per conſequens ex eo jure Catharinam ſereniſsimam excluſiſſe Catholicum Philippum.

Secunda Objectio Regis Philippi 2. *contra Repræſentationem in præſenti caſu.*

72 Non poterat Rex Caſtellanus non fateri Repræſentationem in regnis generaliter, quam cæcus videt, eam igitur efficaciùs negant ſui in Luſitaniâ ſpeciali ratione, ſpecialibus legibus, ac exemplis.

2. Objectio intendit probare Repræſentationem denegari ſpecialiter in Luſitanâ. Ratione:

73 Rationē noviter proponit jam citatus Fuertes Biota *in Antiman. art.* 7. *poſt med. pag.* 126. hoc modo: Repræſentatio non habet locum in regnis feudalibus, *Bart. in d. Auth. poſt*

fratres,

fratres, C. de legit. hæred; *ſequutus ibi à Doctoribus, cum relatis à Valaſco, de jure emphit. p.*1. *q.*50. *n.*12, & 13. Atquin Luſitania eſt regnum feudale Caſtellæ, *ex dictis ſup. in* 2 *procœm.* § 1. *à n.*24; ergo in illo ſucceditur per naturam, non per Repræſentationem.

Legibus. Pro lege allegat noviter etiam Caramuel *in Philip. lib.*5. 74 *diſp.*8 *q.*2. *art.* 3. *legem* 3. *Lameci*(*tranſcriptam in d.* 2. *procœm.* §.2. *n.*42;) *verſ. vivat Dominus Rex, cum ſeq*; in quâ inquit vocari ad ſucceſſionem Regis filium ejus, non verò nepotem, imo nepoti ex primogenito defuncto preferri ſecundogenitum, ſicque excludi Repræſentationem; idem, quamvis ſolitâ ſuâ confuſione, ſequitur Biota, *d. art.*7. *ad med.*

II. Allegabat Philippus Luſitaniæ legem *in Ordin.* 75 *lib.*2. *tit.*17. §.1; *in novis tit.*35. §.1; quæ, ad bona quæ per donationem exierunt è coronâ, vocat filium ſeniorem tempore mortis donatarij excludens Repræſentationem; idem ergo videtur eſſe in ſucceſſione ipſius coronæ, tam quia valet argumentum de parte quoad totum, ut ſupra *n.*24, quàm quia membra videntur gubernari ad capitis exemplum *argum. txs in cap. cum non liceat* 12. *de præſcript.*

III. Juvabatur ex eàdem Ordinat. *lib.*4. *tit.*62. §.3. *in* 76 *novis tit.*36; quæ in ſucceſſione emphiteuſis ſimiliter Repræſentationem excludit, quaſi injuſtum judicet eam in re indiviſibili admittere.

IV. Denique adducebat legem 13. *tit.*1. *in* 6. *p. extra-* 77 *vagant.* ubi diſponitur quod in maioratibus, ſeu primogeniis ſuccedat proximior ultimo poſſeſſori (qui quidem eſt filius, vel frater, non autem nepos,) atque ita videtur excludere Repræſentationem; ſed de maioratu ad Regnum,

& à

& à converſo, valet argumentatio, *juxta ea quæ latè Molina de primogen.lib.*1.*cap.*2, *&* 3. Ergo, &c.

78 Pro exemplis Joſephus Pellicerius *in manifeſto contra Luſitaniam* noviter refert Regi noſtro Joanni 2 ſucceſſiſſe Emanuelem patruelem fratrem excludendo Alphonſum, qui, ſi daretur Repræſentatio, præcederet tanquam filius Didaci fratris ſenioris ipſius Emanuelis. *Exemplis*

79 Item in idem notat Caramuel *in reſponſ. ad manif. Luſitaniæ, lib.*5. *cap.*2. *n.*24, *&* 25. Regi Sebaſtiano ſucceſſiſſe Henricum patruum magnum ſine contradictione sereniſſimæ Catharinæ, quæ tamen, ſi daretur Repræſentatio, præcederet, quia ejus pater Eduardus erat maior natu Henrico.

80 His tamen (quæ ſtatim diluentur) non obſtantibus, eſt extra dubium Repræſentationis jus in Luſitano, ſicut in alijs regnis procedere; quod eluceſcit rationibus, legibus, authoritatibus, ac exemplo, quibus contraria pars nec verbum replicare poteſt. *Reſp. objectioni 2. Repræſentatio in regno Luſitaniæ probatur.*

81 Prima eſt ratio: de jure communi datur Repræſentatio in ſucceſſione regnorum; ut ex multis rationibus vidimus *hoc capite ex n.*20; *junctâ advertentiâ factâ in Prologo ad Lectorem,* ſed in Luſitaniâ debet ſervari jus commune, niſi adſit (ut hic non adeſt) particularis lex, conſuetudo, vel ſtyllus derogans illud, ut jubet Luſitana lex *in Ord. lib.*3. *tit.*64.*in princ*; in antiquis, *lib.*2.*tit.*5. & fatentur contrarij, ut per *Caramuel.in præludio Philippi, verſ. quidquid; & in Reſp. ad manifeſt. Luſit.lib.*1.*tit. Alphonſi* 2; igitur in Luſitaniæ ſucceſſione datur Repræſentatio. *Rationibus.*

82 II. In regno Caſtellæ, quod eſt Luſitaniæ proximius, datur Repræſentatio per legem expreſſam relatam ſupra

*n.*30;

*n.*30; ſed lex regni vicini, eſt ſubſidiaria regno vicino, ut quoad cauſas ipſius Luſitaniæ ait graviſſimus Cabedo, 1.*p. deciſ.*211.*n.*8,& quoad præſentem ipſiſſimam fatentur contrarij,ut per Caramuel. *in d.prælud.verſ.præterea, & in eodem libello, lib.*5. *diſp.*4. *q.*1. *art.*1. *n.*5; ergo,ſi in Luſitaniâ nulla eſſet lex pro Repræſentatione (ſunt tamen tam juris communis, *ut n.præcedenti*, quàm particulares, ut ſtatim oſtendam,) ſufficeret ea lex Caſtellæ ad inducendam illam.

III. Eadem lex Caſtellæ in verbis relatis, *d.n.*30. teſtatur Repræſentationem eſſe in conſuetudine in toto orbe, & præcipuè in Hiſpaniâ; ſed ſic eſt quod, ſive comprehendat Luſitaniam, conſuetudo propria fecit legem, *juxta notata ſupra cap.*3. *à n.*18; ſive loquatur ſolùm de alijs regnis Hiſpaniæ, conſuetudo vicinorum debet ſervari in defectum legum, *cap. cum olim de conſuet*; *gloſâ ult. per tx. ibi in cap.ſuper eo de cenſib*; *ubi allegat multa*,ergo ſi in Luſitaniâ deeſſet lex pro Repræſentatione (quæ tamen eſt,) Repræſentatio admitti deberet ex tali conſuetudine canoniſata per ipſos Caſtellanos. 83

Legibus. Sed jam leges Luſitanæ coronæ ſpeciales pro Repræſentatione referamus; ſanè ſunt eædem quas Caſtellani ſupra *n.*74, contra Repræſentationem allegarunt; mirum, quod utraque pars in eiſdem verbis ſignificationem inveniat ex diametro contrariam! hîc, hîc attentionem precor denuo, & niſi demonſtrem ex ipsâ adverſariâ interpretatione jus noſtrum Repræſentationis eſſe omnino extra omne dubium, cæcutio ignoranter. Sunt inquam leges Lameci tranſcriptæ ſupra *in proœm.*2. §.2. *n.*42. repeto verba ubi de ſucceſſione loquuntur *in l.*3. 84

Vivat

Vivat dominus Rex Alphonſus, & habeat regnum; ſi habuerit filios varones, vivant, & habeant regnum, ita ut non ſit neceſſe facere illos de novo Reges. Ibunt de iſto modo. Pater ſi habuerit regnum, cùm fuerit mortuus, filius habeat, poſtea nepos, poſtea filius nepotis, & poſtea filios filiorum in ſæcula ſæculorum per ſemper. Filij.

Ecce Repræſentatio; nam ad ſucceſſionem Regis vocat primò filium, poſtea nepotem, poſtea filium nepotis, & deinde omnes deſcendentes iſtorum, per Repræſentationem quæ in ſuccedendo aſcendentibus datur in infinitum, *ut ſup. cap. 6. n.* 8. neque (ut arguunt contrarij,) loquitur de nepote, vel pronepote, cujus pater etiam fuit Rex; ſi enim de hoc loqueretur perperam eum appellaret nepotem, vel pronepotem, cum potius eſſet filius Regis cui ſuccedebatur; jamque vocatus erat ad patris ſucceſſionem in verbis præcedentibus ibi: *Pater ſi habuerit regnum, cùm fuerit mortuus, filius habeat,* quorſum igitur, appellatione nepotis, ad ſucceſſionem patris iterum vocaretur, niſi ad faciendam legem ita abſurdam, ut ſunt argumenta contraria?

85 Augent verò difficultatem ex eiſdem verbis: *Pater, ſi habuerit regnum, cùm fuerit mortuus, filius habeat*; & ex particulâ, *ſi*, conditionis ſignificativâ, inferunt: ergo ſi pater non habuerit regnum cùm fuerit mortuus, filius non erit Rex, ergo non datur Repræſentatio.

Sed reſpondeo I. hoc argumentum à contrario ſenſu non valere ad correctionem juris communis, *l.* 2. (ubi agitur de conditione per particulam, *ſi*,) & *ibi Bald. C. de condit. inſert*; *Everard. in argum. loco* 82. *à n.* 6; ſed ex tali argumento reſultaret correctio juris admittentis Repræſentationem, ut ſupra, *ex n.* 20, ergo invalidum eſt.

II. Quam-

II. Quamvis id argumentum haberet locum,non pro- 86
cederet ; ſupponit enim illam particulam,*ſi*,ſemper & om-
nino importare conditionem, ſed fallitur, *l.*2.§. *ſi in diem,*
verſ. ſed & illa ff. pro emptore ; gloſa fin. in fine in l. tutor ita
23.*de teſtam. tutel ; D D. per tx.ibi in l.verba hæc* 12.*de con-*
dit. Inſt ; nam aliquando accipitur pro *cùm, ſiquidem,quia,*
quamvis,quando, utinam, poſtquam, an, & in alijs ſignificati-
onibus, *de quibus in l quodqumque* 45.§.*non ſolùm ff. de ver-*
bor.& per multos D D. relatos ab erudito Auguſt.Barboſa in
*tract.de dictionib. dict.*364. quæ quæ quidem deſumuntur ex
Latinitatis fonte, *ut poſt Servium, ex Cicerone, Virgil ; Te-*
rent ; & Plaut.oſtendit Callepin. in diction.verbo, ſi ; ad præ-
ſens eſt ſatis, quod dicta particula expreſſa in eo quod ta-
citè ineſt diſpoſitionem conditionalem non inducit, *l.muto*
6.§.*ſub conditione ff. de tutel ; & ibi gloſ. verbo, non conditi-*
onem, atque Bart ; gloſa, verbo : conditione,per tx. ibi ; in cap.
ſignificaſti 4. *de electione,Molin.plures referens de primogen.*
*lib.*2 *cap.*15.*n.*31. imo nil operatur ; *l. ſi Titio* 22.§ *quædam*
ff. quando dies leg. ced ; l. hæc verba 3.*ff. de legat.*1. *ubi gloſa,*
verbo : conditionale,atque etiam Bart. ſed tantùm eſt modus
loquendi,vel demonſtratio, *l.in conditionibus* 19. §.1.*de con-*
dit.& dem. ibi : *magis enim demonſtravit, quàm conditionem*
inſeruit : ſic eſt in propoſito, tacitè namque inerat, quod ut
filius ſit hæres patris in regno, debet pater habere regnum,
aliàs non poterit filius hæreditare à patre quod pater non
habuit, & hoc fatemur ; quando autem filius non Regis,
hæreditat regnum per Repræſentationem, non illud à pa-
tre, ſed ab alio poſſeſſore hæreditat ; & hoc lex illa non in-
ficiatur.

Vnde quoque reſpondetur III, relatam legem non ap- 8
ponere

ponere illam à contrariis appellatam conditionem niſi in filio, nepotem verò (qui eſt noſter caſus) ſimpliciter vocat, ibi: *poſteà nepos*, &c. Nec conditio (quamvis foret) poſita filio, in aliis vocatis repetita cenſeretur, *argum. textus in l. fin. § ſeio ff. de legat. 2; ubi Bart; faciunt optimè quæ Molin. d. tract. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 56. verſ. ſed quamvis cum ſeq*; præcipuè cum ſit contra jus commune, *juxtà elegantem doctrinam Joan. de Imola in clement. 1. col. fin. de ſupl. negl. præl; quam refert, ſequitur, & confirmat Jaſ. in l. talis ſcriptura n. 28. ff. de legat. 1; dixerat Bart. in l. prætor 4. §. eritque hæc differentia n. 1. de vi bon. rapt; & tenet ex aliis Molin. ubi proximè n. 57*; planè ut vidimus *à n. 20.* contra jus eſſet excludere nepotem ex primogenito à ſucceſſione avi Regis, quòd pater ejus non fuerit Rex; igitur lex ſimpliciter nepotem vocans cum eo jure ſe conformavit, *ad tx. in l. commodiſſimè ff. de liber; & poſthum*; & ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet, cùm ſit res tam notabilis, *cap. ad audientiam de decim; l. item apud Labeonem 15. §. ait prætor 2. ff. de injur.*; quemadmodum eadem lex paulò infrà *in verſ. ſi mortuus* meminit declarare filium fratris Regis non ſucceſſurũ; (de quo diximus *cap. 3. ex n. 16.*) unde videmus Sebaſtianũ, quamvis filiũ non Regis, ſucceſſiſſe avo Regi.

88 IV. Scio Joan. Pinto Ribeiro *in d. eleganti tract. de injuſt. ſucceſ. Regum Legion; & Caſtellæ* §. 16. ita (aliis punctis) legem præfatam legere: *Pater ſi habuerit Regnum cùm fuerit mortuus filius, habeat poſtea nepos, &c.* ex quâ lecturâ evidens eſt legiſlatores dubio occurrentes ad Regnum (per Repræſentationem) vocaſſe nepotem ex filio mortuo dum pater habebat Regnum; confirmat ingeniosè doctiſſimus ille vir aliam item interpretationem

ex confeſſione Caramuelis (advocati Regis Philippi) *in Philip. lib.5. diſp.8. q.2. art.3. n.9.* ubi confuſus Caſtellanus miſerè ſe implicavit, dicitque ſe habere antiquum manuſcriptum, ſed, cùm fides Caramuelis ſit Græca, nec in utilitatem noſtram ejus teſtimonium admitto; neque etiam in mutandis punctis inſiſto, liberaliter enim contrariis poſſumus concedere quam cupiunt lecturam, & tamen ſemper erit pro nobis adverſus illos, quod adhuc evidentiùs patebit ex reſponſo ad inſtantiam ſequentem.

Inſtant adverſarii, relatas Lameci leges ita proſequi *in l.4* 89
Si fuerit mortuus primus filius vivente Rege patre, ſecundus erit Rex; ſi ſecundus, tertius; ſi tertius, quartus; & deinde omnes per iſtum modum.

En (inquiunt) mortuo primo filio in patris vità, non fit de nepote mentio, ſed vocatur filius ſecundus; ergo non admittitur Repræſentatio.

Vide Advocatum Regis Caſtellæ contra illum, & aliis advocatis contrarium.

Verùm pro reſponſo nolumus niſi unum ex ipſius 90
Regis Catholici advocatis, ſit ille Fuertes Biota *in d. Antimaniſ. art.7. pag.*111. ubi ſic:

Ut veritas perfectè intelligatur eſt ſciendum quod in illis legibus non ſunt vocati æqualiter omnes filii Regis ad ſucceſſionem, ſed per ordinem, primogenitus primò, &, hoc ejuſque lineâ deficiente, ſecundogenitus, & ita cæteri; quod eſt declaratum in l.4. ubi dicitur: (ſi fuerit mortuus primus filius, vivente Rege patre, ſecundus erit Rex; ſi ſecundus, tertius; ſi tertius, quartus; & deinde omnes per iſtum modum:) & intelligitur quando moriuntur ſine filiis, vel nepotibus, ob neceſſitatem legis tertiæ jam relatæ.

Hoc ſuppoſito, quod non habet dubium, dico, quod cauſa quare nepos excludit patruum non eſt Repræſentatio, ſed Præoccupatio;

occupatio; quod cum ſit vinculum naturæ approbatum per omnes leges hujus ſucceſſionis, &c.

Proſequitur delirando contra omnes Doctores (ut ipſe profitetur) hoc non vocari Repræſentationem, ſed Præoccupationem; circa quod jam diximus *n.* 59, quod ſiquidem nobis concedit effectum, de nomine non diſputabimus.

91 At dicet aliquis Biotam non habere authoritatem ut ejus interpretatio argumento ſatisfaciat; quod diſtinguo: habet authoritatem contra Regẽ Caſtellæ pro quo ſcripſit; non pro nobis qui volumus cauſam noſtram melius fundatam; pro nobis ergo profero doctiſſimum Alciatum *lib.8. parerg. cap.*15. *ad fin.* qui poſt relatã opinionem diſtinguentem an patruus, vel nepos ſit ætate maior (quæ tamen ab adductis ſupra *n.*29. eſt condemnata,) addit: *Subtiliter tamen advertendum eſt quemadmodum concepta verba* (vocationis) *ſint, an prærogativa ætatis modum ſuccedendi reſpiciat, quo caſu ſupra ſcripta procedunt; an verò ordinem inter ipſos à primogenito deſcendentes; quod Caſtrenſis, atque alii reſponderunt:* pro eodem facit ratio de quâ ſup. *n.*28. Enim verò verba legis noſtræ non ſunt concepta in prærogativam ætatis, cùm non primævum, nec maiorem vocent, ſed in ordinem à primogenito, ut ibi: *primus, ſecundus, tertius*, igitur juxta Alciatum, Caſtrenſem, & alios, ita clarè conſtituunt Repræſentationem, ut eam conſtituant etiam in opinione quæ aliàs Repræſentationem negabat; neſcio certè quid evidentiùs in jure poſſit dari.

92 Viſis jam legibus, authoritates deſumo I. ex teſtamento Regis Joan. I. ſervato in publico archivo, *lib.4. jurium Regalium, à fol.*70; cujus clauſula ita habet. *Authoritatibus probatur Repræſentatio in Coronâ Luſitanâ*

Item facimus teſtamentarium,& executorem omnium quæ in hoc teſtamento jubemus, & ſtabilimus Infantem Eduardum filium meum primogenitum, & hæredem, qui, Deo volente, poſt dies noſtros manebit Rex, & dominus horum Regnorum, & Dominationum,vel ejus filium, aut nepotē legitimū deſcendentē per lineam rectam, ut requiritur per jus, ac conſuetudinem in ſucceſſione horum Regnorum, & Dominationum, vel aliquem ex filiis meis per eorum rectum ordinem; ſcilicet primò Infantem Domnum Petrum, & poſt ipſius mortem ejus filium,vel nepotem in formâ ſupradictâ.

In quibus verbis (ultra Repræſentationem ſuppoſitam per vocationem filij ac nepotis primogeniti, ante ſecundogenitum) eſt notandum, loqui eodem modo quo citata lex 3 Lameci vocat filium,(hoc eſt primogenitum,)& ejus deſcendentes,poſteaque ſecundogenitum.

II. Ex Epiſtolâ Regis Alphonſi 5, miſſâ ad ſtatus Regni circa ſucceſſionem coronæ; ſervatâ in d. Archivo, & *lib. à fol.*33. ibi: 93

Si eveniat, quod Deus nolit, quod Princeps meus chariſſimus, & valde æſtimatus filius devivat ante deceſſum meum, & ex eo maneant filij,vel filiæ legitimè nati, quod illi,vel illa hæreditet dicta mea regna Luſitaniæ, & Algarbiorum, & non alius meus filius,vel filia. --- Ita enim judico jus eſſe. Vide quomodo de antiquo jure teſtatur.

III. In eâdem ſpecie Luſitani regni habemus Doctores tractantes, & Repræſentationem fatentes Jacob. de Sà *in tract. de primogenijs, n.*40, & *per tot*; & omnium perfectiſſimè inſignis Emanuel da Coſta *in integro tract. de ſucceſ. Regni Luſit.* in latiſſimâ quæſtione de patruo, & nepote; planè deciſio Doctoris in ſpecie habet vim legis, ſi 94

non

non adſit contradictor (qui quidem in noſtrâ particulari ſpecie non adeſt;) ſecundùm Monter. quem refert Gratian. *diſcept. tom. 2. cap. 336. n. 23.* & quamvis ego *in tract. Perfectus Doctor, qualit. 23. n. 36. verſ. poſt hæc,* tali Doctori vim legis negaverim, non tamen ei poteſt negari authoritas maxima.

95 Exemplum autem præſtat Alphonſus, nepos Regis Alphonſi 5. ex Joanne 2 (tunc Principe) filio primogenito, in avi vitâ hæres Luſitanæ coronæ juratus, in caſum quo pater ante avum moreretur; ſic excludendo Joannam amitam, & patruos (ut eſt declaratum) ſi ex novo conjugio, quod avus viduus volebat celebrare, naſcerentur. Narrat ultra Epiſtolam relatam, Garcia de Reſende *in chron. Joan. 2. cap. 8.* *Exemplo probatur eadem Repræſentatio.*

96 Adverſus dicta nil probant à Caſtellanis allegata: quippe, ratio de quâ, ſupra *n. 73*, facilimè evaneſcit negando minorem propoſitionem argumenti; nam in proœmio 2. §. 1. *ex n. 24*, ita manifeſtè demonſtravimus ridiculum eſſe de feudo Luſitano loqui, ut repetione illius nil faciant contrarij niſi noſtram fateri juſtitiam, ſuam miſerè fundantes *Reſpondetur ad contraria fundamenta. Reſpondetur rationi.*

97 in loquellâ ſic vanâ. Verùmtamen (pro curioſis juriſtis qui ad alios caſus, & occurrentes lites inveſtigant veritatem,) nemo putet me admittere opinionem de quâ in maiori prædicti argumenti, eſt enim verius imo certiſſimum contra Bart; & aliquos ſequaces, in feudis, etiam non hæreditarijs, per Repræſentationem ſuccedi; ut ſunt txs expreſſi *in cap. un. §. his verò de ſucceſ. fratr. in feud.* ibi: *vocantur primò fratres, cum fratrum præmortuorum filiis; cap. un. in princ. de ſucceſ. feudi;* ibi: *vel nepotes ex filio loco ſui patris; celebris gloſa, verbo: ſolus, verſ. ſed numquid, in cap. un.*

de

de nat.ſucceſ. feud. Dicit eſſe jam indubitatum ſecundùm omnes Alvarot. *in d. cap. un. de ſucceſ. feud.* citat multos Covarruv. *pract. q.*38. *n.*13, plures Tiraq. *de jur. primogen. q* 40. *n.*20, fatetur Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*6. *n.*47, receptũ vocat,& latiſſimè confirmat Valaſc. *de jur. emphit. d.*1.*p.q.*50. *per tot. maximè n.*1. 3.7, & 8. apud quem Biota inveniet Autores pro hac opinione verâ, ſicut invenit eos quos allegat pro falsâ.

Reſpondetur legibus. Similiter nil probant Leges; namque allegata, *n.* 74. potius eſt evidens pro Repræſentatione, ut apparet ex *n.* 84. nec ejus allegatio aliud concludit niſi oſtendere quomodo Caſtellani illas Lameci leges approbant (quas tamen debuiſſent negare ſi cauſæ ſuæ conſuluiſſent) pro quo eis gratulamur. 98

Lex alia de quâ *n.*75, procedit ſpecialiter in bonis illis quæ vocamus coronæ, & eſt particularis lex appellata, *Mentalis*, ut advertunt *Gama deciſ.*174, *Coſt. in d. quæſt. de patruo, & nepote pag.*29, *Valaſc. d. q.*50. *n.*13. & *ex n.*17. *uſque ad* 27; agnovitque Decius, *conſ.*443. *in caſu, n.*22. cujus verba poſui, *n.*63. & meminit Regis Catholici pro ſucceſſione Luſit. legatus ipſe Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*7. *n.*13. *ante verſ. quidquid.* Ratio autem, quare lex illa in his bonis Repræſentationem non admittat, & Reges hac conditione ea donent, eſt quia, cùm, ut patet, habeantur ex conceſſione Dominicâ, ſcilicet Regis, in eis Doctores denegant Repræſentationem, ut per citatos, *à Valaſc. ſup. n.*6. & Molinâ, *cap* 7. *n.*12. *verſ. ſed in hac re* (ubi aſſignat fundamentum) & *d. n.*13. Item quia, cùm donatarij poſſeſſores talium bonorum ut plurimùm habeant quoque magna primogenia patrimonialia, quæ pertinent ad nepotem ex- 99

primogenito

primogenito virtute Repræſentationis, juxta allegata ſup. *n.*25, politicè Luſitani Reges, ad minuendam potentiam aliquorum, & occurrendum ſecundogenitorum paupertati, voluerunt ſeparare bona, hæc Regalia ſine Repræſentatione ſecundogenito dantes; quare etiam introductum eſt, ut ſi unus plurium ſtatuum certæ quantitatis hæres exiſtat, inter filios dividantur, primogenito electione datâ. Vnde conſtat, quod neque verba, neque ratio iſtius legis
100 ſucceſſioni regni poteſt accommodari. Sed inſtat Fuertes Biota *in Antimanifeſt. art.* 7. *poſt med. pag.* 127: Per legem Luſitanam non ſucceditur per Repræſentationem in bonis ſeparatis â coronâ; Luſitania eſt regnum ſeparatum à coronâ Caſtellæ, cujus pars erat; ergo defertur ſine Repræſentatione. Cui futilitati obviatur I. negando minorem; nam (*ut in proœm.* 2. §. 1. *ex n.* 20.) tantum abeſt Luſitaniam fuiſſe ſeparatam à coronâ Caſtellæ, ut potius Caſtellæ regnum fuerit ſeparatum à Luſitaniâ, ad cujus Principes pertinebat. II. Alio modo diſtinguitur maior; quod lex Luſitana negat Repræſentationem in bonis ſeparatis à coronâ, & quæ adhuc cum reſpectu ad coronam poſſidentur, ut ſunt dominia Villarum, jurisdictiones, & ſimilia; non autem eam negat in eis quæ, licet exierint à coronâ, jam poſſidentur liberè tanquam patrimonialia, ut ſunt annui reditus, quos; *juros*, vocamus; at verò, quamvis Luſitania à Caſtellanâ, ſeu Legionenſi coronâ ſeparata fuiſſet, (ut delirant,) jam poſſidebatur liberè à Regibus Luſitniæ, *ut in d.* §. 1. *ex n.* 24; quã diſtinctionẽ propoſui etiam, *n.*48. III. Si contrarij conſiderant Luſitaniã partem ſeparatam à coronâ Caſtellæ, & poſſeſſam cum reſpectu, & vaſſallitio ad Reges Caſtellanos, abſurdè admittunt

mittunt legem Luſitanam à ſubditis (ut inquiunt) conditam in re cujus ſuperior eſt Caſtellanus; imò, ſecundùm Caſtellanas leges Regi debet; at vero leges Caſtellanorum Repræſentationẽ inducunt tam in ſucceſſione Coronæ, ut ſupra *n.*30, quàm in maioratibus patrimonialibus, ut jubet lex 40 *Tauri*, quàm etiam in illis quæ ſeparata ſunt à Coronâ Regiâ, ut latè probat d. Molina Autor contrarius *d. cap.*7. *n.*12; *&* *n.*13. *verſ. quidquid cum ſeq*; ac per conſequens delirium inſtantiæ nullâ viâ excuſari valet.

Eodem modo reſpondetur ad legem tertio loco adductam *n.*76, loqui de emphiteuſi acceptâ pro ſe & perſonis nominandis ſine reſpectu hæredis; in hac (ſi poſſeſſor nemine nominato decedat) Repræſentationem denegat, quia cùm non ſit hæreditaria, ſed deferatur jure ſanguinis, Luſitana lex ſequuta fuit opinionem de quâ ſup. *n.*8, attendens etiam quod talis emphiteuſis poſſidetur ex conceſſione Dominicâ, unde intrat quoque alia opinio de quâ *n.*9; non autem procedit lex illa in emphiteuſi hæreditariâ, acceptâ ſimpliciter, vel pro ſe & hæredibus; hæc enim defertur per Repræſentationem ex regulâ quam notavi *n.*22; & in ſpecie tenet *Alex. conſ.*129. *col. ult. lib.*5; *Ant. Rub. in l. Gallus* §. *quidam rectè n.*135. *& ſeq. de lib. & poſth. Covarruv. pract. cap.*38. *n.*13; ita eandem legem declarant *Coſta de ſucceſſ. Regni pag.*36, *&* 105; *&* *Valaſcus* (qui in emphiteuſis materiâ eſt inſtar omnium) *d. q.*50. *n.*5, *&* 6. unde, ſi à ſimilibus erit argumentandũ, potiùs pro Repræſentatione argumentabimur de emphiteuſi hæreditariâ ad Regnum, quod defertur tanquam hæreditas, ut vidimus *cap.*5. *à n.*12. 101

Ad ultimam ſupra *n.*77. reſpondetur, I. Nil de Re- 10

præſentatione

præſentatione agere; ſed occurrendo dubio *de quo Covarruv. d. q.38. n.1*; *Molina de primog. lib.1. cap.6. n.46. cum ſeq. & lib.3. cap.9. à princ*; *& ante hos relati ab ipſis*, utrùm defuncto poſſeſſore maioratus ſine deſcendenti, & ſine tranſverſali intra gradum cui Repræſentatio conceditur, vocetur à longiùs tranſverſalis proximior eidem poſſeſſori ultimo, vel inſtitutori primo? decidit in favorem proximioris poſſeſſoris ultimi. En verba:

Conſiderando dubia quæ ſæpè moventur circà ſucceſſiones maioratuum, & bonorum vinculatorum, utrum ſuccedet conſanguineus proximior primo inſtitutori, vel proximior ultimo poſſeſſori? --- rectum judico, & mihi placet quod deinceps in maioratibus, & bonis vinculatis, cujuſcumque qualitatis ſint, ſuccedat conſanguineus proximior ultimo poſſeſſori, quando primus inſtitutor dubium non declaverit, vel aliter diſpoſuerit.

(Meritò amplexa fuit partem iſtam, eſt enim melior, ex his quæ Molin. *ubi proximè à n.*11;) patet ergo non egiſſe de Repræſentatione quæ eſt quæſtio diverſa, & per diverſa fundamenta diſputatur, ut conſtat ex Mieres *de maiorat. 2. p. q.8. in princ.* & cæteris utramque tractantibus, qui *n.29. & præſenti* manent citati: & in his terminis virtute prædictæ legis deciſa fuit cauſa de quâ Gama
103 *deciſ.385. in fine.* II. In quocumque caſu, vocando proximiorem, nunquam Repræſentationem vetabat, imò proximior eſt qui ejus virtute intrat; ex dictis *ſup. n.44.* quibus addo tx. *in l. cum ita legatur, aliàs l. omnia 32. §.fin. de legat.2. in verbis: primo, alias, proximiori gradu, junctâ gloſâ ibi communiter approbatâ ut ſup. n* 25; & ſpecialiter in propinquiori vocato ad Regnum probat in Caſtellâ *l 2. tit.15. p.2. relata ſup.n.*30; ubi conceditur Repræſentatio,

&tamen ibi, *& in l.9. tit.1 p.2.* vocatur proximior; & de jure probavit expreſsè Molina, *d. tract. lib.3. cap.8. à n.11. & 17.* quinimo legiſlator ipſe in fine declarat: ***in ſucceſſione bonorum Coronæ non habebit locum iſta lex***; unde infertur ſignificare, ſe admittere Repræſentationem, ideóque nolle quod putet aliquis extendi ad bona Coronæ in quibus Repræſentatio eſt denegata, *ut ſupra n.99.* III. Ex eâdem declaratione venit, Caſtellanos 104 qui *n.75, & 100.* argumentati ſunt de bonis Coronæ ad ipſum Regnum, inutiliter modò ſe fundare in lege declarante ſe nihil diſponere in bonis Coronæ.

Vide Regem Caſtellæ convictum verbis ſui præcipui Doctoris.

Tandem coronat omnia ſupradata reſponſa ad alle- 105 gatas leges Molina (Doctor præcipuus Regis Philippi 2, ut ſæpè diximus,) *d. lib.3. cap.8. n.2*; ubi refert, & laudat *Cardin. Alexand. Afflict*; & *Peralt.* dicentes quod qui velit Repræſentationem rejicere *debet ad hoc oſtendere verba clarè, & apertè contrarium diſponentia*; ſi igitur nec clarè, nec aliquo modo deducitur ex dictis legibus Repræſentationis excluſio, Deus bone! quid tempus, quid ſtudium, quid patientiam impendimus in re tali?

Reſpondetur exemplis.

Reſtat exemplis reſpondere breviter ſicut facilè. Ad 106 prius *n.78*; Alphonſus erat Didaci illegitimus filius, ut agnoſcit ipſe arguens Pellicerius, ideò ad Coronam non aſpiravit; ſed quamvis foret legitimus, deberet meminiſſe, vel diſcurrere Pellicerius ſe paulò antea excluſiſſe Parmæ Principem, quòd, agens de ſucceſſione patrui magni, eſſet extra gradum Repræſentationis quæ in lineâ tranſverſali datur ſolùm inter fratres, fratrumque filios, *ut dixi cap. 6. n. 8*; eâdem igitur ratione excludebatur

Alphonſus

Alphonſus quando non agebatur de ſucceſſione patrui, ſed de ſucceſſione patruelis ſui patris, qualis erat Joannes 2.

107 Poſterius *n.*79. falsò ſupponit Eduardum fuiſſe Henrico maiorem natu, cùm notorium ſit contrarium *ex Oſorio de reb. Emanuel. Regis lib.*3,4, *&* 10. *Goes in chron. ejuſdem; Mariſ.dial.*4.*cap.*19. *& omnibus aliis.* Sed, quamvis ita foret, cùm ageretur de ſucceſſione Sebaſtiani qui erat filius fratris patruelis Catharinæ, non gaudebat illa beneficio Repræſentationis ex ratione proximè dictâ.

108 Conſtat ergo indubitatè rationibus, legibus, authoritatibus, ac exemplo, in ſucceſſione Luſitanæ Coronæ, ſicut in aliis Regnis, Repræſentationem dari, per eamque Sereniſſimam Catharinam fuiſſe veram hæredem, adverſus quod nihil momenti allegatur ex parte Regis Philippi.

Tertia objectio Regis Philippi 2, adverſus Repræſentationem in caſu præſenti.

109 Propoſitis infeliciter ſuperioribus mediis, ad tertium recurrebat Philippus adhuc non deſiſtens à causâ. Inquirebat, ſuppoſito jam, in omnibus Regnis, ſpecialiùs in Luſitano, dari Repræſentationem, hanc ſolummodo locum habere in tranſverſalibus quando concurrit frater cum nepote ex alio fratre, non autem quando (ſicut in noſtro caſu) concurrunt ſoli fratrum filii ſine patruo, fratre ſcilicet illius de cujus ſucceſſione quæritur; pro quo allegabat rationes, leges, authoritates, & exempla, ut ſequitur. *Tertia objectio Regis Catholici. Non dari Repræſentationem in concurſu filiorum fratrum ſine patruo.*

110 Ratio I. habet ita: jure digeſtorum nulla in ſucceſſione collateralium erat Repræſentetio, *ut conſtat ex l.*2.*§. hæc hæreditas ff. de ſuis, & leg. hær; l. lege* 14 *ad fin. verſ. illud procul dubio C. de legit. hæred; gloſ.*2. *in l.*1. *§. ult. ff. ſi pars hæred.* *Intendit probare rationibus.*

pet. D D. in §. *hoc etiam Inst. de legit. agn. ſucceſ*; quod jus ſervari debet, *ut in procem. ff. & in tit. C. de vet. jur. enucl.* niſi in eo in quo clarè à novo ſit emendatum, *arg. txs in l. ſancimus* 17. *C. de teſtam. ibi: quod enim non mutatur quare ſtare prohibetur? facit l. ſi quando* 25. *in princ. C. de inoff. teſt*; *& notatur in cap. cum expediat* 29. *de elect. in* 6. Atqui emendatum non apparet, nec Repræſentatio conceſſa niſi in concurrentiâ patrui cum nepotibus ex alio fratre, ut videtur probare *Auth. de hæred. ab int. ven.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſed & ipſis, & verſ. quandoquidem, Auth. ut fratrum filij in princ. coll.* 9, ergo in alio caſu, quando patruus non concurrit, jus antiquum debet ſtare.

II. Repræſentationis remedium conceſſum fuit filijs fratrum ne concurrendo cum patruo excluderentur ab illo, tanquam uno gradu proximiori, à ſucceſſione alterius patrui defuncti, imo admitterentur etiam, *ut conſtat ex d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur* 2; ac per conſequens debet ceſſare ſi aliâ viâ admittantur etiam, ad ſucceſſionem defuncti patrui, quia ubi datur remedium ordinarium, ad extraordinarium non recurritur, *l. in cauſæ* 16, *de minor*; *ubi gloſa verbo: nam ſi communi, citat multa*; *ultra quæ eſt l.* 1. *C. de Theſaur. lib.* 10; ſed tales filii fratrum, ſi inter ſe concurrant ſine patruo per ordinarium jus antiquum admittuntur omnes ad ſucceſſionem defuncti, *juxta txs citatos n. præcedenti in princ*; igitur in eo caſu non poteſt Repræſentatio admitti. 111

III. Repræſentatio inducta fuit in favorem filiorum fratris, ut patet, (per eam etenim habent quod abſque illâ non haberent;) ac conſequenter non debet in eorum odium retorqueri, *l. quod favore* 6. *C. de legib.* Atqui non con- 112

concurrente patruo redderetur in ipſorum odium, (nam ſi, v. g, ad hæreditatem quæ valet duodecim, concurrat unicus filius unius fratris cum duobus filiis alterius, iſti duo qui, ſine Repræſentatione ſuccedendo in capita, haberent octo, ſtante Repræſentatione ſuccedendo in ſtirpes, habebunt ſolùm ſex;) ergo in tali caſu *R*epræſentatio ceſſare debet.

113 Leges quærebat Philippus in Luſitanâ Ordin. *lib.*4. *tit.*7. §.3. ubi, poſtquam erat diſpoſitum quod mulier ſecundò nupta, quæ hæreditavit à filio prioris matrimonij rem habitam ex parte patris, teneatur ejus proprietatem ſervare pro alijs filijs ejuſdem primi matrimonij, additur quod, tali matre defunctâ, ſuccedent in re illâ, filius quem reliquerit ex eodem matrimonio, & inſimul nepotes, ſi habuerit eos, ex alio præmortuo, (ſcilicet per Repræſentationem;) ſi verò filium ex prædicto matrimonio non reliquerit, ſed tantùm nepotes, hi ad præfatam rem non venient, unde videtur Repræſentationem negare ex eo quod cum nepotibus non concurrit patruus, ut in caſu priori. *Legibus.*

114 Allegabat item Leges Caſtellæ *in l.*3. *tit.*6. *lib.*3. *for.* & *l.*5. *tit.*13. *part.*6. *in verſ. mas ſi eſte*, ubi non admittitur Repræſentatio in ſpecie de quâ loquimur, quando videlicet de ſucceſſione patrui nepotes agunt, ſine concurſu alterius patrui; arguebatque leges illas, utpote Regni vicini, multum valere in Luſitaniâ ex notatis ſupra *n.*82.

115 Authoritatem adducebat ex *glosâ, verbo in tres partes in l.*1. §. *hæc hæreditas ff. ſi pars hær. pet*; & *verbo, ſuperſtites in fin. in* §. *hoc etiam Inſt. de leg. agn. ſucceſ*; *Azone in ſummâ C. de legit. hæred. n.*11; & *aliis, qui ſequuntur eum, relatis à Covarruv. in epitome ſucceſſion ab int. n.*8. *Gom. in l.*8. *Tauri, n.*12; *Authoritatibus.*

*n.*12; *Tiraq.de retract.lign.tit.*1.*gloſ.*11.§.12.*n.*3, *&* 4. *Molin.de primogen.lib.*3.*cap.*7.*n.*22.

Exemplis Exempla deducebat imprimis ex Aragoniâ ubi defuncto Rege Martino ſine liberis certarunt (inter alios) de coronâ Violanta ejus neptis ex Jacabo fratre ſeniori, quondam Rege, & Ferdinandus ejuſdem nepos ex Eleanorâ ſorore; judices verò nominati à generalibus comitijs pro Ferdinando definierunt contra Violantam, quaſi ſine concurſu patrui non eſſet locus Repræſentationi, quæ præferret Violentam ex perſonâ patris, Ferdinando, qui per matrem intrare volebat; factum narrant *chron. Joan.*2. *Caſtel. an.*12.*cap.*163.*Garibay lib.*37.*cap.*17. *atque omnes.* 116

Deinde, ex ſententijs in eadem formâ prolatis in varijs tribunalibus, ut referunt *Covarruv. ſupra, ac alij*; item ex Germaniâ, ubi Carolus 5. Imperator, ſimilem fecit legem, atteſtantibus *eodem Covarruv*; *&* *Tiraq. ſup. poſt alios.* 117

Reſpondetur 3. objectioni. Oſtenditur Repræſentationẽ dari inter fratrũ filios, ſine patrui concurſu. Nihilominus Repræſentationem concedi inter filios fratrum ſine concurſu patrui evidenter oſtenditur rationibus, deciditur legibus, comprobatur Authoritatibus, & practicatur exemplis. 118

Vna ratio: quamvis Repræſentatio in lineâ deſcendenti (quia in hac magis naturaliter debetur hæreditas,) detur in infinitum, in collaterali verò ſolùm uſque ad ſecundum gradum incluſivè, hoc eſt uſque ad fratrum filios, *ut ſupra cap.*6.*n.*8; tamen uſque ad illum gradum Juſtinianus eam inſtituit inter collaterales ad exemplum ejus quæ ab antiquo erat inter deſcendentes, *ut conſtat ex Auth. de hæred. ab int. ven. in præfat. in verſ. quia igitur, & in §. ſi igitur* 1. *in fine, verſ. reliquum cum §. ſeq*; ſed in lineâ deſcendentium, inter nepotes filios fratrum abſque patrui concurſu, 119

Rationibus.

curſu,

curſu, erat & eſt Repræſentatio per quam avi hæreditas dividebatur in ſtirpes, non in capita, §. *cum filius verſ. item ſi ex duobus filiis, Inſt. de hæredit. quæ ab int. def. l. 2. C. de ſuis, & leg. hæred*; *Auth. in ſucceſſione ubi gloſa, verbo: in ſtirpes, C. eodem tit. Fortun. in l. Gallus* §. *idem credendum n.* 48. *de lib. & Poſth*; *Gom.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 12; *& eſt commune ſecundùm plures apud Burſat. conſ.* 71. *n.* 1. *lib.* 1; ergo ſimiliter in collateralium lineâ.

120 Altera Beneficium Repræſentationis extenſum fuit ad collaterales ex æquitate jubente quod filius ſuccedat in locum patris, *ut ſup. n.* 5. 13. 23, & 45. ſed eadem æquitas, militat inter filios fratrum non concurrente patruo, nec datur aliqua ratio differentiæ, ut conſiderat Valaſc. *de jure emphit.* 1. *p. q.* 50. *n.* 3. *ad med*; igitur idem beneficium militare debet, *ex notatis, d. n.* 23; & aliàs in lineâ deſcendentium, ſic infert tx. *in d.* §. *cum filius Inſt. de hær. quæ ab int*; cùm ex ratione, ibi: *æquum enim eſſe videtur*, &c. deducit plures conſequentias *ex verſ. pari ratione*, inter quas *in verſ. item ſi ex duobus*, eſt una quod ſi ex duobus filijs (ſine patruo) nepotes impari numero exiſtant, dividetur hæreditas in ſtirpes, ſcilicet per Repræſentationem.

121 Textus ſunt I. *d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur* 2 *verſ. hujuſmodi*; in diſtinctè inquiens: *Hujuſmodi verò privilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum, & fœminarum filijs, aut filiabus, ut in ſuorum parentum jure ſuccedant*; at ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; ut dici ſolet *per l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr.* ita argumentatur Ant. Cont. *in addit. ad gloſ. verbo, fratres in d. Auth.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem*. Textibus

122 II. Textus *in Auth. ceſſante, C. de legit. hæred*; ibi: *Ceſ-*

ſante

ſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, & ejus quæ ſolâ ſit aſcendentis, vocantur primò fratres, fratriſque præmortui filij in ſtirpes. En iterum Repræſentatio filijs fratrum ſine diſtinctione conceſſa.

III. Sunt textus *in d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi verò* 123
neque; & in Auth. poſt fratres 2. *C.de legit. hæred*; qui, deficientibus fratribus, & fratrum filijs, vocant proximiores conſanguineos, ex propriâ perſonâ, in capita; ergo apertè volunt quod ſtantibus filijs fratrum (quamvis ſine patruo) vocentur, ex perſonâ patrum, in ſtirpes: ſic inferunt *Accurt.& Bart.in locis citandis n.*126. Ant. Gom.*in l.*8.*Tauri, n.*13. *verſ. ſecundò.*

IV. Eſt alius tx. *in Auth. poſt fratres* 1. *verſ. hi autem* 124
C. d. tit; ubi filij fratrum defuncti (abſque concurſu alterius fratris) excludunt patruos ipſius defuncti, quod quidem eſt per Repræſentationem; nam abſque illâ, cùm & patrui, & filij fratrum eſſent cum defuncto in gradu æquali, ſcilicet in tertio, *l.*1. §. *tertio verſ. ex tranſverſo ff. de grad*; §. *tertio verſ. ex tranſverſo Inſt. eodem*; omnes ſimul deberent admitti, *juxta l.*2. §. *hæc hæreditas ff. de ſuis, & legit. hæred*; quam rationem Repræſentationis præſtat eadem Auth. ibi. *hi autem fratrum filij, cùm pares ſint defuncti fratribus,* (id eſt, intrando gradum fratrum defuncti patrum ipſorum) *præferuntur procul dubio ejuſdem defuncti patruis,* quia tales patrui ſunt in tertio gradu, ut ſupra; & fratres, quibus hi per Repræſentationem æquiparantur, ſunt in ſecundò, *d. l.*1. §.2. *ff. de gradib.* §.2. *ſecundo Inſt. eodem,* atque ita præferuntur ut proximiores; §.1. *in fine, &* §. *ſi plures Inſt. de legit. agn ſucceſ.* Idem habetur *in d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur* 2. *in fine, verſ. illud palam,* ubi Imperator

rator ait, hoc palam eſſe. Dixi tx. illum loqui de filijs fratrum abſque concurſu alterius fratris; quia, ſi loqueretur de caſu quo frater etiam concurrit, ineptè conſideraret jus patrui defuncti, qui, utpote remotior, ſine dubio præcedebatur à fratre; decidit igitur caſum magis dubium, quando ſcilicet concurrunt defuncti patrui, & defuncti nepotes ex fratribus (qui omnes ſunt in gradu æquali) hoſque præponit ex Repræſentatione non concurrente alio fratre; & eſt tx. expreſſus, cui reſponderi non poteſt.

125 V. Accurtius, & Bart. *in locis ſeq. n. citandis* docent hanc eandem partem; non ſolùm non reprobati ab aliis Doctoribus, imò communiter à ferè omnibus ſequuti, ut ibidem apparebit; at verò opinio Accurtii, vel Bartoli, niſi ſit reprobata communiter, eſſet lex in Luſitaniâ, ſi deficeret alia; jubente Ordinatione *lib.2. tit.5. in princ. &* §.1; in novis *lib.3. tit.64.* §.1, (quam ibi exornat Emanuel Barboſa *à n.1.)* & meritò propter eorum ſummam ſcientiam, & authoritatem, de quâ *Joannes Neviſan. in ſilvâ nupt lib.5.n.25; Morla in èmporio jur. 1.p. tit.1. q.12. n.3. Anton. Maria Coraſ. de com. op. lib.2. tit.9. n.23; Cevallos commun. in præfat. n.63, Maſcard. de probat. concl.842. n.3; Jaſ. in l. quidam cum filium n.37. ff. de verbor; Tiraq. in l. ſi unquam in præfat. n.154. C. de revoc. don; Marta in deciſ. noviſſim. voto 6. n.5.* dixi latiùs *in tract. Perfectus Doctor, qualit.23. n.36. verſ. ubi textus cum ſeq.*

126 Jam verò præcipua authoritas, (pro nobis lex, ut proximè fuit dictum,) eſt Accurtii Azonem reprobantis *in Auth. ceſſante, verbo: in ſtirpes C. de legit. hæred.* vide quàm clarè: *In ſtirpes, hoc cùm ſuccedunt cum patruis; ſi autem non ſint patrui, ſed ſoli filii duorum fratrum, in capita ſuccedunt,* *Authoritatibus.*

dunt, ſecundùm Azonem, ut in cor. eo. Auth. §. *ſi autem defuncto*; *ex eâdem tamen Auth.*. §. *ſi verò neque fratres videntur etiam tunc vocari in ſtirpes: quia ita dicit: neque filios fratrum, &c. unde videtur quod illi vocarentur in ſtirpes ſi ſupereſſent.* Accurtius fuit diſcipulus Azonis, ut ex aliis refert Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo: totum n.4. C. de revoc. donat*; ideò per verbum, *videntur*, eum reprehendit ita modeſtè ut decet diſcipulum, ex his quæ Cacialupus *de modo ſtudendi docum.3.* & ego *in d. tract. d. qualit.23. n.12. verſ. præcipuè.* Sed audi eundem Accurt. *in Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur 2. verſ. ſi autem, verbo: fratres,* ubi clariùs, & intrepidè: *Per hoc notatur quod filii fratris defuncti vocantur in ſtirpes quando cum patruis ſuccedunt ſuo patruo; ſi verò nullus frater ſupereſt defuncto, ſed filii fratrum, hi fortè in capita vocabuntur; Azo; ſed contra dico: ut arg. infra eodem* §. *ſi verò in princ. nam innuit idem eſſe ſi ſoli ſunt fratrum filii, in eo quod dicitur, ſi verò neque. Accurt*; Repetit, quamvis breviter *in l. lege 12. tab.14. gloſâ ult. C. d. tit. de legit. hæred*; ibi: *hodie in ſtirpes &c.* atque latiùs *in l.1.* §. *ult. verbo: ut puta*; *& verbo: vindicationem, ff. ſi pars hæred. pet.* habet autem hæc doctrina Accurtii plus authoritatis, quòd fuerit una ex quinque opinionibus ſuis, cùm aliàs non aliquid dixerit niſi ſecundùm opinionem antiquorum; ut notat *Fulgoſ. inferiùs citandus*, & *Gom. in d. l. 8. Taur. n.13. poſt princ.* ex Bart; Paul; & aliis *in d. Auth. ceſſante.*

Bartolus (relato modo lex etiam pro nobis) *in Auth. ceſſante C. de leg. hær.* ita ſequitur Accurtium: *credo do. Accurtium dicere veritatem; probatur in Auth. eodem unde hæc ſumitur verſ. illud, qui præcedit* §. *ſi verò, ubi dicitur*

quod,

quod, etiam quando ſunt ſoli ſine patruis, ſuccedunt in locum patris eorum; ego iſtum punctum examinavi multùm clarè & latè in l. poſt conſanguineos §. 1. ff. eodem. Planè in hoc loco ad quem ſe remittit poſt elegantem diſputationem, (in quâ teſtatur ſe vidiſſe conſilia Accurtii pro hac parte,) concludit: *Manifeſtè ergo concluditur quod filii fratrum inter ſe ſuccedant in ſtirpes;* manifeſtum etiam & veriſſimum vocat *conſ.* 173. *incip. ſuper hæreditate,* poſt multa finiens: *Ergo manifeſtè concluditur quod nepotes utuntur iſto privilegio inter ſe; eſt enim privilegium ei qui eſt unus quod habeat tantum quantum duo ex alio fratre; & hoc eſt veriſſimum.* Dixit quoque, ſed breviter, *in l. liberorum* 220. *n.*15. *ff. de verbor. ſign.;* & iterùm *in l.*1. §. *ult. ff. ſi pars hæred. pet.* & in omnibus aliis locis in quibus Accurtium citavimus.

Joannes Faber *in* §. *cæterum Inſt. de leg. agn. ſuc. verſ. item in eo,* ſic ait: *Sed ubi nulli ſunt patrui, fuerunt opiniones ---ſed communis opinio eſt quod filii fratrum ſuccedant in ſtirpes.*

Angelus *in d. Auth. ceſſante* appellat opinionem Accurtii veram, & diſtinguit quod opinio Azonis eſt ſecurior in jure antiquo, *hodie verò procedit apinio Accurtii, & hæc practicatur communiter.*

Fulgoſius *in d. l.*1. §. *ult. ff. ſi pars hæred. pet.* dum textus ille fratres patrueles vocat in capita, advertit: *Iſtud hodie correctum eſt, ſecundùm communem ſententiam.*

Paul. Caſtrenſ. *in eodem* §. *ult. n.*4. Bartolum ſequitur inquiens: *Bartolus ſequitur opinionem Accurtii in l. poſt conſanguineos* §. *hæreditas infra de ſuis, & legit; dic ut ibi per eum.*

Alexander *conſ.* 55. *inc. proſpectis lib.*4. *n.* 4. vulgare

ſupponit ibi: *ſecundùm veras, & communes concluſiones quando extant filii duorum fratrum concurrentes, &c.*

Jaſon tenet idem *conſ* 174. *circa* 1. *col.*2. *verſ. ſed prædictis non obſtantibus lib.*4.

Cumanus, Corneus, Benedict. de Plumbino, Franc. Rampo; antiquus Dyn; Jacob. de Aret; atque alii *in d. Auth. ceſſante*; quorum verba recitare infinitum foret.

Tiraquel. *de retractu lignag. tit.* 1. § 11. *gloſâ* 12. *n.*5. poſt relatos Authores contrà noſtram partem, incipit: *At ſunt multò plures alterius ſententiæ, ut ſcilicet ii ſuccedant in ſtirpes,* atque *n.*6. vult confirmare exemplo naturali.

Alvarus Valaſc. *de jure emphit.* 1. *p. q* 50. *n.*3. profitetur ſe Accurtianis accedere *per tx.* (inquit) *cui non congruè reſpondetur in d. Auth. poſt fratres* 2; *quia nullam probabilem differentiæ rationem invenio, cur alio jure filii fratrum inter ſe, alio quando cum patruo ſuccedunt, cenſeantur.*

Gregor. Lopez (ut jam veniamus ad Caſtellanos) *in l.*5. *tit.*13 *p.*6. *verbo, por cabeças,* atteſtatur hanc eſſe communem ſententiam.

Ant. Gom *in l.*8. *Taur. à n.*11. pro utráque parte benè diſputans, tandem *n.*13. ait: *Ego teneo contrariam ſententiam, quam etiam legendo ſecutus ſum*; & optimè confirmat.

Quid plura? ipſe Molina legatus Regis Catholici pro ſucceſſione Luſitaniæ, *de primogen. lib.*3. *cap.*7. *n.*21. fatetur ita eſſe de jure communi, ibi: *Nam quamvis, jure communi conſiderato, filii fratrum inter ſe in ſtirpes, non autem in capita ſuccedere debuiſſent, &c.* multis probat, & dicit communem.

Certè volui numerare Authores pro ſententiâ iſtâ; inveni Tiraquel. *ſupra* nominantem pluſquam quinquaginta,

inter

inter quos, ultrà aliquos ex citatis hîc à nobis, ſunt *Decius, Specul; Ruin; Curt. Jun;* & alii hujus Authoritatis; inveni Ant. Gom. *d. loco* referentem, præter illos, aliquos; Molinam *ubi proximè* citantem, alios; Carolum Molin. *in addit. ad Alex. jam allegatum lit. C.* adducentem plures; & tot apud *Vivium commun. opin.* 125; *apud Caſtillo in d. l.* 8. *Taur. col.* 2; *& ibi Tellum Fern. n.* 3; *Menchac. de ſucceſſ. reſol.* §.13. *n.* 13; *atque apud alios*; ut, præ confuſione multitudinis, vix potuerim numerum adæquare; exiſtimo tamen eſſe pluſquam centum.

Quâ propter noſtram concluſionem, dari ſcilicet Repræſentationem inter fratres patrueles, ſine concurſu patrui, ad ſucceſſionem patrui, communem dicunt *Angel; Corneus; Cardin. Florent; Bald; Joan. Faber, Fulgoſ; Mathiſilla; Alex; Dec; Carol. Ruin; Bertrand; Curt. jun; & cum eis Tiraq. d. gloſ.* 12. *n.* 5; ubi hos citat, & aliquos etiam paulò antea citavi; dicunt item communem *Gregor. Lopez, & Molina ſupra*; item *Alvarot; Addit. ad Roland; Roch; Joan. Lecirier, Zazius, Covarruv; Caſtillo, Tell. Fernand; Menchaca, Villalobos, Vivius, Jul. Clar; Rojas, Vaudus, Perez, Burſat; Valentin. Foreſter; & Ant. Cont.* relati *in allegat. pro Sereniſſ. Catharinâ, in tract. de jure ſucced. in Regn. Portug. q.* 4. *n.* 5, dicunt magis communem; *Nicol. de Ubald. & Ant. Gom. qui eum allegat; d. n.* 13; ſunt igitur triginta, & quinque DD. (ultrà alios quos ignoro) de communi unanimiter atteſtantes; atteſtantur autem ſic ſemper in practicâ obſervari, & ab eâ non eſſe diſcedendum in judicando, & concludendo citati *Angel; Corn; Alex; & Curt. jun. Guido Papæ deciſ.* 134. *ſed qualiter. Bald. in locis, & verbis recitandis infra n.* 138.

Exemplum

Exemplo. Exemplum ſpeciale in Regno habemus in relato ſuprà 127
*n.*32; ubi pro Navarræ ſucceſſione Repreſentatio per ſententiam obtinuit inter fratres amitinos (ut in noſtro caſu) ſine patrui, avunculi, amitæ, vel materteræ concurſu.

Reſpondetur fundamentis tertiæ objectionis Philippi. Hoc firmato, nullius ſunt momenti adducta ab adversà 128
parte; ac imprimis rationes nil valent. Ad I. *n.* 110. negatur minor; evidenter enim Repræſentatio inter filios fratrum ſine patruo eſt introducta de novo jure emendante antiquum per txs. allegatos *ex n.* 121. nec contradicunt qui *d. n.*110. conſiderantur in contrarium; nam ille *verſ. ſed & ipſis* tantum abeſt à denegando Repræſentationem in noſtro caſu, ut potiùs eam capitaliter concedat; cum enim tx. dediſſet eam fratrum filiis, & dubitari poſſet utrùm eâ uterentur inter ſe ſolum, vel etiam contra patruum (qui, utpote defuncto proximior, eos multùm præcedebat?) addit, etiam illis concedere tale beneficium, quando cum patruis concurrunt; non ergo limitat (ut interpretantur adverſarii,) imò extendit quod dixerat; ac proindè cùm inquit: *Sed & ipſis fratrum filiis tum hoc beneficium conferimus quando, &c.* illa dictio, *&*, ſignificat, *etiam*, ut aliàs explicat gloſa 2. *in l. ſi habitatio* 10 *ff. de uſu, & habit*; *& gloſ.*1. *in l. fin. C. de author. præſt.* eſt implicativa alterius caſus, *l.*3. §. *ſi duo ff. de Carbon edicto*; imò exprimendo caſum magis dubium in quo concurrit patruus, includit tanquam minus dubium illum in quo patruus non concurrit, ut probat optimus, tx. *cum gloſâ pen. in l.*2. *ff. nequis eum qui in jus voc*; ibi: *Sed & fortiùs dicendum eſt, &c.* unde, ſic intelligendo, eum tx allegat pro nobis Gom. *in d. l.*8. *Taur. n.*13. *verſ. tertiò.* Similiter alius *verſ. quandoquidem* potiùs pro nobis facit, nam dum 129

Reſp. rationibus.

Repræ-

Repræſentationem denegat filiis fratrum quando cum
aſcendentibus defuncti concurrunt, per exceptionem hu-
jus caſus, concedit illam in aliis omnibus ; *arg. l. nam quod*
130 *liquidæ* 4. §. *fin. verſ. ſi cui penus ff. de penu leg.* Ad tx au-
tem *in Auth. ut fratrum filii in princ. col.*4. Reſpondetur
Juſtinianum ibi ſolùm emendaſſe d. Auth. *de hær. ab int*;
dum in loco proximè citato denegaverat Repræſentatio-
nem filiis fratrum concurrentibus cum aſcendentibus de-
functi ; ad quod non oportebat tenorem totius Authen-
tici referre, ſed tantùm quod ad intelligentiam novæ con-
ſtitutionis neceſſe foret ; non ergo eſt argumentum dicere,
non retulit hoc in Auth. ut fratrum filii, igitur non illud diſpo-
ſuerat in Auth. de hæred. ab int; imò adverto, quod eadem
æquitatis ratio quæ movit Juſtinianum ut, ſe emendans,
concederet Repræſentationem filiis fratrum concurrendo
cum aſcendentibus defuncti, moveret eum ut etiam, ſe e-
mendans, concederet illam eiſdem filiis concurrentibus ſi-
ne patruo, ſi jam eam non conceſſiſſet, at quia eam jam
conceſſerat, non fuit neceſſarium ſe emendare.

131 Ad II. *n.*111. imprimis negatur maior ; nam eſſentia Repræſentationis non conſiſtit in eo quod filius patris non excludatur à patruo, ſed in eo quod talis filius in omnibus ſubeat perſonam patris ; juxta notata ſup. *n.*5 ; *maximè n.*45, illud ergo, quod non excludatur à patruo, eſt effectus Repræſentationis ; unde non ſequitur, tale beneficium debere ceſſare quando non eſt patruus qui filios fratrum excludat ; imo in quocunque caſu militat, cùm militet æquitas illud introducens. Deinde diſtinguitur minor ; concedendo quod tales filij ſine patruo admittuntur ex regulis antiquis in capita ; ſed negando admitti in ſtir-

pes ;

pes; inter quas ſucceſſiones eſt notoria differentia quod, per capita, plures filij unius fratris, plus haberent, quàm pater habiturus foret, & unicus filius alterius haberet minus quàm pater ipſius, & quia contra æquitatem, cùm per medium patrum eis obveniat hæreditas, huic abſurdo voluit lex occurrere per Repræſentationem, deferendo hæreditatem in ſtirpes, ut ſive multi, ſive pauci filij intrantes ex perſonâ patris habeant idem ſine augmento, vel diminutione quod pater haberet ſi viveret; unde apparet, quod licet filij fratrum, ſine patruo, admitterentur omnes ad ſucceſſionem patrui defuncti (ut argumentum inquit,) tamen cùm eſſet in capita, neceſſaria eſt Repræſentatio, ut æquius admittantur in ſtirpes.

Ad ultimam rationem, *n.* 112. nego minorem argu- 132
menti; quamvis enim in caſu aliquo (v.g. in ibi figurato,) utilius foret pluribus filijs unius fratris in capita ſuccedere ceſſante Repræſentatione, tamen ex eo non poteſt dici id beneficium retorqueri in odium filiorum fratris; illud namque quod iſti minus habent, vadit ad filium alterius fratris, & ita conſervatur in gradu, cui, & non perſonis, beneficium fuit indultum; breviter; Repræſentatio inducta fuit in favorem tertij gradus (ſcilicet in favorem filiorum fratris, vel ſororis;) ut fieret ſecundus, *d. Auth. de hæred. ab int. ven.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem cum fratribus ad fin*; quo ſuppoſito, ut contrarij bene arguant debent oſtendere quod ſine concurſu patrui talis favor vertitur in odium ipſius gradus, (nam oſtendendo præjudicium aliquarum perſonarum nil concludunt,) hoc autem non oſtendent, imo ſemper militat favor gradus in communi, & æquitas quæ ponit filios in locum patris, ergo ſemper militat Repræſentatio.

Veniendo

133 Veniendo ad leges quas allegabat Philippus, nullius ſunt ponderis. Et ad intellectum Ordinationis *de quâ n.* 113. eſt advertendum, quod quando filius, habens bona ex ſubſtantiâ paternâ, moritur ſine deſcendentibus vivâ matre quæ tranſiit ad ſecundas nuptias, & aliis fratribus, circà ſucceſſionem taliũ bonorũ diverſè diſponit jus commune à lege illâ; nam jus commune vocat matrẽ ſimul cum filiis fratribus defuncti, *Auth. de nupt. ad fin. §. hinc nos verſ. ſi autem, coll.* 4, *Auth. ex teſtamento C. de ſecund. nupt*; at lex illa, plus favens matri, vocat eam in ſolidum. Deinde jus commune ſtatuit quod mater ſolũ in vitâ ſuâ gaudeat uſufructu ſuæ partis taliũ bonorum, proprietas verò reſervetur poſt matris mortem filiis aliis ex eodem primo matrimonio, *ut, ultrà dictos txs. diſponit l. fœminæ* 3. *§. illud etiam C. d. tit. de ſecund. nupt.* vel nepotibus, aut pronepotibus, *ut probat d. §. illud etiam verſ. quod ſi nullam in princ*; *ubi gloſa margin*; *l. in quibus* 7. *cum ſeq. C. eod. tit*; lex autem illa Luſitana ſe conformavit cum illo jure deferendo proprietatem prædictorum bonorum, per obitum matris, dictis filiis, vel nepotibus, ſi etiam cum nepotibus exiſtant filii, ſi verò nepotes ſine filiis exiſtant, tunc Luſitana lex devians à jure communi, reliquit matri ordinariam diſponendi libertatem. *Reſpondetur legibus.*

In hoc nullo modo intrat Repræſentationis conſideratio (ut argumentum malè inquit) quod evidenter conſtat, I. Quia jure Codicis jam nepotes ſuccedebant cum patruis in dictis bonis quæ fuerant alterius patrui, *ut apparet in citatis legibus*; & tamen illo jure adhuc non dabatur Repræſentatio in lineâ collateralium, *ut vidimus ſupra n.* 110; ergo clarum eſt quod in tali ſucceſſione non conſiderabatur Repræſentatio. II. Ad dicta bona vocantur non ſo-

lùm nepotes cum patruis, ſed etiam pronepotes cum patruis magnis, *ut paulò ante diximus*; atqui ex jure noviſſimo Authenticorũ non datur Repræſentatio ultra fratrũ filios, *ut ſupra cap.6. n.8.* igitur d. ſucceſſio per Repræſentationis normas non regulatur. Quæ ergo eſt ſucceſſio de quâ ibi agitur? Reſpondeo, eſt ſucceſſio ex delatione, ſeu diſtributione legis; ut aliàs probant txs *in Auth. lucrum, ibi: lege diſtribuitur, & in Auth. hæres C. eo tit; & poſt Bald. in l. generaliter §. in his C. eod; advertit Pinel. in l.1. C. de bon. mat. 1.p. n.38.* Voluit inquam Luſitana lex deferre bona illa filiis, qui primò offendebantur per ſecundas matris nuptias; vel nepotibus ſimul cum filiis; præpoſuit tamen matrem nepotibus ſolis; nil verò de Repræſentatione agens, quemadmodum jus commune (unde generalitas diſpoſitionis manavit) nil egerat de Repræſentatione, ut probavimus. Qui diſcurſus pulcherrimè coronatur notando quod ſi lex illa denegaret ſucceſſionem nepotibus ex eo quod cum eis non concurrit patruus, hoc operaretur ſolùm ne vocarentur in ſtirpes, ſed deberent vocari in capita; atqui omninò eos excludit, ergo non eſt defectu Repræſentationis, ſed in favorem matris.

Ad leges Caſtellæ *de quibus n.114.* Reſpondetur facilè, eſſe contra jus commune, ut fatentur *Gregor. Lop. in d. l.5. tit.13. p.6, verbo por cabeças. Molin. de primogen. lib.3. cap.7. n.21, & 22; ac Gom. ad d. l. 8. Tauri n.13.* ubi tamen *n.14.* addit ſe exiſtimare quod illa lex Tauri alias anteriores voluit emendare ſecundùm veram, & rectam ſententiam noſtram; ut cumque ſit leges Caſtellæ ſolùm obligant in Regno ſuo, *ex reg. l. cun-* 134

ctos

ctos populos in princ. C. de ſum. trin. l. ult. ff. de juriſd. omn. jud; *cap. 2. ad fin. de conſtit. in 6*; quod autem diximus *n.* 82, utpote vicini Regni habere in noſtro authoritatem, procedit ſi in noſtro non ſit lex caſum decidens, *ut ibidem declaravimus*, at verò in Luſitaniâ eſt jus commune, item Accurt; item Bart; item communis opinio, *ut ex n.*121, quæ omnia ſunt leges pro nobis, jubente Luſitanâ relatâ, *n.*125.

135 Authoritates ſanè ſunt miſerrimæ; nam I. perperam pro eâ parte allegatur Accurt. *in d. l. 1. §. hæc hæreditas verbo: in tres partes, ff. de ſuis, & legit. hær.* cùm nec verbum de jure noviſſimo (de quo nos loquimur) loquatur; ſed ſolùm, dum tx. ille, ſecundùm antiquum, diſponit quod, remanente uno filio ex uno fratre, & duobus ex alio, hæreditas dividatur in tres partes, Accurtius declarat: *& ſic in capita, ut Inſt. de leg. agn. ſuc. §. ſi plures*, unde cæci vident non magis agere de jure noviſſimo Authenticorum, quàm illi textus agunt; quapropter marginalis, *ibi*: noviter quæſtionem excitat de hodierno jure, inquiens: *An hodie in ſtirpes ſuccedunt? vide Albericum, &c.* *Reſpondetur authoritatibus.*

136 II. Falsò allegatur idem Accurt. *in § hoc etiam, verbo: ſuperſtites, Inſt. de leg. agn. ſuc*; in quo eſt advertendum, quòd (quidquid Bald. *conſ. 272. caſus talis eſt quidam teſtator, col. 2. lib. 2.*) Petr. Jac. *tit. de act. in rem pro emphit. char. antepen. verſ. item quod gloſator* ſcribit Franciſcum Accurtium, Accurtij filium dixiſſe patrem admodum juvenem feciſſe gloſas ſuper Inſtitutiones, refertque Tiraq. *de retr. lign. d. §. 11. gloſ. 12. n. 3.* unde; quamvis immaturitas Accurtij, ſit maturitas multorũ, tamen comparando eundem valde juvenem, cum eodem perfectè viro, bene ei applicabitur illud

 Apoſtoli,

Apoſtoli, 1 *ad Corinthios* 13. *n.*11. dicentis : *cùm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus ; quando autem factus ſum vir evacuavi quæ erant parvuli*; & conſequenter gloſæ quas poſtea compoſuit ſuper Digeſta, Codicẽ, & Authenticos pro parte noſtrâ, ut vidimus, *n.* 126, maiorem habent authoritatem, juxta notata per Curt. ſen. *con.* 45. *inc. ſtatuto. ſive conſuetudine, col.* 8. *verſ. & huic deciſioni*; ut enim Euripides in *Hipolito* aiebat : *mortalibus poſteriores ſemper cogitationes prudentiores*; hæc dico ad excuſandum Accurtium ſi in allegato loco (ob reverentiam Azonis præceptoris ſui ; ut notavi, *d.n.* 126.) non ita fidenter decidit pro nobis, ſicut in locis alijs ; decidit tamen pro nobis etiam in eo, ſi rectè inſpiciatur ; proponit enim unam, & alteram opinionem, & quamvis poſterior ſit Azonis nobis contrarij, atque ita adverſarij arguant eum manere cum illâ, juxta præſumptionem notatam ſup. *n.* 61. *in fine* ; ea tamen præſumprio non concludit de neceſſitate, ut docet Bart. *in l. bona fides* 31. *n.* 2. *ff. depoſit* ; dixi *in tract. Perfectus Doctor, qual.* 23. *n.* 36. *verſ. ſi gloſa* ; nam ille *qui ſolutè, vel alternatim loquitur, non unam magis, quàm aliam partem approbaſſe cenſetur*; ſunt verba Alciat. *in d. l. bona fides n.* 24 ; planè Accurt. alternatim loquitur, ut apparet ibi: *vel dic. &c.* igitur (idem Alciat. *n.* 26. proſequitur:) *illa approbatior cenſeatur opinio quæ pluribus rationibus defenditur*, hanc autem eſſe noſtram ex totâ hac diſputatione apparet. Quinimo, ipſe Accurt. poſtea declaravit ſe in prædicto loco noſtram partem judicaſſe meliorem, cùm *in l. lege* 14. *gloſa ult. C. de legit. hæred.* ita inquit : *hodie in ſtirpes, ut ſup. eodem Auth. poſt fratres* 1 ; *& dixi* (nota) *Inſt. de legit. agn. ſucceſ.* §. *hoc etiam* ;

ecce

ecce clarè profitetur ſe eo loci pro Repræſentatione tenuiſſe, quid igitur contra Repræſentationem eum trahunt adverſarij?

137 III. Malè pro eâdem parte allegatur Cyn. *in.l.*1.§.*ult. ff. ſi pars hær. pet*; dato enim quod ibi ſcribat ut dicitur, (quod quidem neſcio, eam namque non invenio lecturam) tamen contrarium tenet *in d. Auth. ceſſante n.*2; ubi utramque referens opinionem, acquieſcit Accurtio, & Dino (qui ſunt pro noſtrà) & confirmat ratione ſic: *cum ſemper inveniantur filij fratrum ſuccedere in jus patris ſui*; & repetit additio: *quia ſicut, ſuccedendo cum patruis, repræſentant perſonas patrum ſuorum, ſic & repræſentant perſonas patruum ſuccedendo inter ſe*; eſt ergo Cynus (ad minùs) ſibi contrarius, quâpropter pro neutrâ parte citari poteſt, juxta notata, ſup. *n.*62.

138 IV. Simili modo Jacob. de Butr. *in d. Auth. ceſſante* citatus pro eâ parte, eſt ſibi contrarius *in Auth. de hæred. ab int. ven.* §. *ſi vero neque fratres*, unde quoque venit rejiciendus.

139 V. Satis vanè adducitur Bald. *in d.l.*1.§.*ult. ſi pars hær. pet*; item *in d. Auth. ceſſante, n.*1, & 2; item *cap.*1. *in princ. de nat. ſuc. feu. in feudis*; item *in conſ.*452. *ſtatuto civitatis, n.*4. *lib.*1; nam in primo loco ſolùm proponit varias opiniones, nec aliquam approbat, (niſi fortè noſtram ut melius fundatam, ſecundum Alciat. quem modò retulimus, *n.*136,) imo videtur manere dubius dum ita finit: *Cyn. in addit. dicit, quod quia iſta quæſtio eſt dubia, dum eſſet de facto, fuit tranſactum inter partes.* In ſecundo loco ſic concludit: *ego timens recedere à gloſis in conſulendo jam conſului ſecundùm gloſas; modò videtur mihi quod opinio Azonis, & ſequacium*

cium ſit magis conſona literæ, & naturæ: vide quàm authoritatem gloſæ tribuit. In tertio clariùs : *ego in dubijs quæſtionibus in conſulendo multùm ſequor gloſam ordinariam, quia non poſſum adhærere meliori* ; fatetur igitur in judicijs ab hac non eſſe diſcedendum, quidquid ſit in diſputatione. In quarto denique agens de re diverſiſſimâ, ad probandam ſignificationem dictionis, *cum*, obiter inquit: *& hoc eſt quod alibi dicimus, nepotes vehementiùs cum patruo ſuccedunt in ſtirpes, ſed ſi per ſe, ſuccedunt in capita, ſecundùm Azonem*; nec verbum ampliùs ; & dictio, *vehementiùs* quâ utitur, comprehendit etiam noſtrum caſum, ut ſcilicet nepotes inter ſe ſuccedant quoque in ſtirpes, licet minùs vehementer ; ſed quidquid ibi dixerit parum refert, cùm non ex profeſſo, ſed obiter ad confirmationem diverſi puncti hoc tetigerit ; ut jam adverti *n.65. in fine*. Tandem ipſe Bald. pro nobis expreſsè tenet, *conſ.185. factum eſt tale, n.1. lib.3*; & iterùm, *conſ.198, aliàs 199. ad evidentiam, n.3, & 5. eodem lib* ; nec ſolummodo in conſilijs, ſed in lecturis, ut *in cap.1. verſ. his verò n.2. ad med. de ſucceſ. fratr. in feud*; iterùm *in cap.1. §. & quia vidimus, n.1*; *verbo: æqualiter, qui feud. dare poſſ*; iterùm, *in cap.1. in princ. de ſuc. feud. n.4.* ex quo apparet Baldum in diſputando ſibi contradicere, unde pro nullâ parte allegari poſſe, ut ſupra dixi, *n.62*, ſed in conſulendo, & judicando pro nobis inſolidum eſſe, fatetur ſiquidem non recedendum à ſententiâ noſtrâ.

VI. Azo ejus opinionis anteſignanus *in ſum. C. de legit. hæred. n.11*, hæc tantummodo in quæſtione verba ponit: 140
Illud dubitari poteſt, an filij fratris mei cum filijs alterius fratris mei debeant ſuccedere mihi in capita, vel in ſtirpes ? & puto magis in capita ; ſecus ſi ſuccederent cum patruis ſuis, ut dictum

dictum eſt. Hæc ne verba, ita brevia, ita ſine probatione tantum rumorem faciunt contra Accurtium, contra Bart. duo luminaria juris? profectò ſine ullà ratione; diximus jam *n.66* Doctori non probanti non credi, nunc dico ſatis miſeram eſſe partem quæ maius habet fundamentũ in Azone (aliàs magno viro) in puncto, in quo non affirmat, ſed inquit *puto magis* cum formidine oppoſitæ partis.

141 Deme igitur per ſupradicta, ex opinione contrariâ *Accurtium*, deme *Cynum*, deme *Jacob. de Butr*; deme *Baldum*, & fac comparationem aliorum qui eam propugnant cum *Accurtio*, *Bart*; *Joanne Fabro*, *Fulgoſ*; *Paul*; *Jaſ*; *Alex*; *Cuman*; *Corn*; *Curt*; *Angel*; *Ruin*; *Dec*; *& aliis*, relatis ſupra qui noſtram tuentur, videbis, pugnam Pigmeorum contra Herculem, ubi tamen contra multos Hercules ſunt Pigmei pauci.

142 Reſtat exemplis reſpondere. Et certè in illo Aragoniæ *de quo n.116*, non poteſt dici denegatam fuiſſe Repræſentationem quòd cum filiis fratrum non concurrerit patruus, vel amita; quandoquidem ſcimus cum nominatis filiis fratrum concurriſſe (ultra Jacobum Comitem Vrgelii patruum magnum,) Eliſabetham Comitiſſam Vrgelii amitam; ut referunt *Garibay lib.32. cap.12, & 17*; *& Curita in Annal. Aragon. lib.10. cap.87. & ult.* Ergo excluſio Violantæ filiæ Joannis fratris ſenioris habuit rationem ſpecialem quod ex diſpoſitione aliquorum Regum à populis toleratâ, fœminæ inhabiles judicabantur ad illam Coronam, ut conſtat ex Curitâ *in d. Annal. lib.2. cap.11, 19, & 22*; *lib.3. cap.43, 52, & ult*; *lib.8. cap.5, 17, & 38*; *ac lib.10. cap.57, cum ſeq*; unde dicto Joanni Regi defuncto ſine maſculâ prole, ſucceſſit Martinus frater non

Reſpondetur exemplis.

D.n.116. lege: ex Ioanne; non ex Iacobo.

verò

verò filiæ Joanna, aut Violanta; hæc igitur Violanta à ſucceſſione patris excluſa, multò facilius veniebat excludenda à ſucceſſione patrui per Ferdinandum maſculum; nam quamvis hic per fœminam etiam veniret, ſcilicet per Eleonoram matrem, atque ita ſimiliter ac mater per juris regulas videretur excluſus, *ex cap. un. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare poſſ; & aliis apud Gom. in l.* 40. *Taur. n.*61; *& Molin. de primog. lib.*3. *cap.*5. *à n.*45; tamen dicebatur quod illæ Aragoniæ diſpoſitiones excludentes fœminas, admittebant maſculos ex eiſdem, *ut apud Curitam d. lib.*3. *cap.*43, *& ult*; *& refert Ancharran. conſ.* 339. *n.*25; quo caſu ex tali declaratione maſculus ex fœminà admittitur proculdubiò, ut reſolvit *Pariſ. conſ.*21. *n.* 13. *lib.*1; *conducit Molin. d. cap.*5. *n.*48. Retuli rationem 143
excluſionis Violantæ, & admiſſionis Ferdinandi, non tamen per hoc probo iſtius juſtitiam; nam cùm ex inſtitutione illius Coronæ admitterentur fœminæ, *juxtà dicta cap.* 3. *n.*7, ſatis erat dubium an Reges potuerint aliud diſponere, *ex allegatis cap* 1. *n.*7. *& cap.*5. *n.*4, *&* 6, maximè cùm eſſet alia Regis Petri 4 declaratio pro filiabus, *apud Curitam ſup. lib.*8. *cap.*5, ex quibus ac aliis egregrius Doctor Ancharran. Violantæ partes defendit *in d. conſ.* 339. Verùm, ſuppoſito fœminas legitimè excludi, non benè apparebat filios earum admitti (ut *n. præcedenti* ſuppoſui cum advocatis Ferdinandi,) imò Ferdinandus quemadmodum & ejus mater videbatur excluſus per jura citata *ibi*; regnumque pertinebat ad Jacobum Comitem Vrgelii patruum Martini cui ſuccedebatur; ut ex omnium opinione narrat Curita *d. lib.*10. *cap.*87. *ad med.* & quod Rex Martinus ex particulari ratione favebat Ferdi-

nando

nando in jure ſuccedendi potiùs artificio opponendi tantum competitorem Comiti Vrgelii, quàm zelo boni publici; additque: *ſed omnium judicio communiter præferebatur Comes Vrgelii, quia erat proximior Regibus per lineam maſculinam.* Quare licet Ferdinandus in Aragoniâ ſe introduxerit, tamen Catalani juſtitiã Jacobi propugnarunt, & eo mortuo Petrum ipſius nepotem, ex filiâ Eliſabethâ & Petro Infante Luſitaniæ, Regem elegerunt; quo defuncto poſt annos quaſi quinque, non ſine ſuſpitione veneni miniſtrati induſtriâ Regis Joannis 2 filii Ferdinandi, tandem coacti huic Joanni 2, obedierunt; nilhominùs in memoriâ conſervatur Ferdinandũ totã illã uſurpaſſe Coronam, ut meminit eruditus Autor libri, *Fóra velhaco, ſive Libertatis Luſitaniæ, pag. mihi* 136. *cum ſeq.* Sed eſto rectè ſucceſſerit Ferdinandus, quia maſculus, (licet ex fœminâ,) per fœminarum excluſionem non cenſebatur excluſus; at certè, ſi Violantam (ut ipſe profitebatur) excluſit quia fœminam non ſolùm à ſucceſſione patrui, ſed etiam à ſucceſſione proprii patris ſcilicet Joannis 1, qui Rex fuerat, Deus bone! cur potuit ſuccedere poſtea in illâ Coronâ Joanna ejus proneptis, ex quâ ſucceſſio deſcendit ad hodiernum Regem Catholicum ejus abnepotem? fortè habent Caſtellæ Reges particulares leges (quas ignorat mundus) in ſuum favorem; ut in ſimili dicebam ſupra *n.*32, non enim ſuaderi poſſum eos, cùm ſint Catholici, Regna poſſidere ex ipſiſſimis titulis, in quorum reprobationem eiſdem Regnis Principes ſpoliaverunt alios; ſed iſta relinquuntur cogitanda Aragonenſibus, ac Valentianis qui ignotis illis detinentur legibus; nos ad punctum noſtrum revertamur.

144 Ad exempla legis Germaniæ, & ſententiarum *de quibus*

*n.*117, reſpondetur legem illam in Luſitaniâ nihil operari, juxta dicta *n* 134, ſimiliter nec ſententias; nam cum judicia hominum ſint diverſa, diverſæ ſententiæ à diverſis judicibus inter diverſas perſonas ex unâ, eádemque facti ſpecie ferri poſſunt, ut notat Menoch. *conſ* 59; quâ propter non ſecundùm ſententiarum exempla, ſed ſecundùm leges judicare jubemur *per tx. in l. nemo* 13. *C. de ſent*; *&* *interloc:* ubi dat rationem: *Non enim ſi quid non benè dirimatur, hoc & in aliorum judicum vitium extendi oportet:* at leges ſunt pro nobis ut ad oculum manet *ex n.*118. Verumtamen nec exemplum habet adverſa pars in ſententiis allegatis, pleræque enim illarum prolatæ ſunt in Camerâ Imperiali virtute particularis legis Caroli 5 jam citatæ, ut refert Joachim. *centur.*3. *obſervat.*94; aliæ in Regno Galliæ circa quas Carol. Molin. *in addit. ad Alex. d. conſ.*55. *n.*4. *lib.*4. *lit. C.* advertit ita: *Sed cave ne cum vulgo pragmaticorum decipiaris, quia illud arreſtum latum eſt, ſecundùm mores hujus Regni, ubi regulariter non eſt locus Repræſentationi in lineâ collaterali, ut dixi in conſuet. Pariſ.* §.149; *nos autem loquimur in terminis juris communis, in quo concludo veram eſſe communem ſententiam*; idem de aliis ſententiis advertit Balduin. *in* §. *cum filius verſ. item ſi ex duobus Inſt. de hæred. quæ ab int. def*; *&* *in* §. *hoc etiam, verbo: frater, de legit. agn. ſuc.* 145

Sic manet evidens rationibus, deciſum legibus, probatum authoritatibus, confirmatum exemplis, Repræſentationem admiſſam in Luſitaniâ, ſicut in Regnis aliis, æqualiter militare inter fratrum filios ſolos, vel concurrente patruo, quidquid inaniter fuerit allegatum ex parte Regis Philippi. 146

Quarta

Quarta objectio Regis Philippi 2, pro excludendâ Repræſentatione de quâ agitur.

Quarta objectio Regis Catholici.

Repræſentationem dare gradum, ſed non qualitatem ſexus.

147 Caſtellano nullum non moventi lapidem ultimum ſubterfugium reſtabat, quod Repræſentatio ſolùm collocabat D. Catharinā in gradu Eduardi patris ſui, ſed non dabat ei perſonalem maſculi prærogativam; & Philippus etiam per Repræſentationem poſitus in gradu Eliſabethæ matris, (qui erat idē) præcedebat D. Catharinam ex maſculi qualitate quam ex ſe habebat; quod autem Repræſentatio non tribuat qualitatem ſexûs, volebat probare rationibus, textibus, authoritatibus, ac exemplo.

Vult probare rationibus.

148 I. Ratio: Repræſentatio eſt privilegium, ac proindè extendi non debet ultra declaratum in legibus illud concedentibus, *ut dictum eſt ſup. n.*10; ſed in legibus ſolùm declaratur quod Repræſentans ſubeat patris locum, & gradum: *ut in* §. *cum filius Inſt. de hær. quæ ab int; ibi: in patris ſui locum ſuccedere; Auth. de hær. ab int. ven.* §.1; *ibi: in proprii parentis locum ſuccedere; & in* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem, ibi: in propriorum parentum ſuccedentes locum; & in Aut. ut fratrum filii in princ. ibi: paternum ad ingredientes gradum, collat.*9. Ergo non eſt cur eam extendamus ad dandum qualitatem ſexûs.

149 II. Qualitas ſexûs ad ſucceſſiones, perſonalis eſt, ut patet, & probatur *arg. l. maximum vitium C. de lib. præt;* §. *cæterum Inſt. de leg. agn. ſuc; l. ult. ff. de fide inſtr.* ſed ea quæ ſunt perſonalia extinguntur cum perſonâ, *l. quia tale* 13. *ff. ſol. matr. l.*3. *in fine de cenſib*; igitur nullo modo ea qualitas poteſt ad filias tranſire.

150 III. Lex non fingit impoſſibilia per naturam in genere,

nere, & ſpecie, *l. ſi pater* 15. §. *fin. junctâ l. adoptio enim ſeq. ff. de adopt*; §. *minorem Inſt. eodem tit*; *notat gloſa magna ad fin. in l. Gallus* §. *ſi ejus ff. de lib. & poſth*; *& gloſa ult. in l. talis* 30. §. *fin. ff. de legat.* 1; ſed naturâ impoſſibile eſt tam in ſpecie, quàm in genere, fœminam eſſe maſculum, vel è converſo, *arg. l. quæritur* 10. *ff. de ſtatu hom*; *l. lege* 14. *in princ. verſ. cùm natura C. de legit. hær*; ergo tale per Repræſentationem non poteſt fingi.

IV. Duæ ſpecialitates non poſſunt ſimul in eodem 151
caſu concurrere, *ut dicitur communiter per tx. in l.* 1. *C. de dot. promiſ*; *notat gloſa, verbo: placuit in l. cùm poſt.* 70, *aliàs* 69. §. 1. *ff. de jur. dot*; ſed in Repræſentatione, una jam ſpecialitas eſt quod filia ſubeat gradum patris, *ut conſtat ex dictis in toto hoc capite*, igitur non poteſt in ſimul dari alia, quod ſcilicet repræſentet etiam patris ſexum.

Textibus Textus eſt I, *in l.* 2. *C. de liber. præter.* per quem Bart. 152
ſequutus ab aliis reſolvit filium ſuccedentem ex Repræſentatione non ſuccedere ex perſonâ patris, ſed ex ſuâ propriâ; ad quod faciunt dicta ſup. *n.* 44. *ad fin*; ergo perſonæ propriæ ſexus debet conſiderari.

Eſt II, *in l. ſi vivâ matre* 3. *C. de bon. mat*; ibi: *deteri-* 153
ores eſſe nepotibus filii non ſinantur; ſed neptis repræſentans patrem primogenitum cum maſculi qualitate, excluderet patruum, juniorem filium avi ſui, (ſicut pater ratione maioris ætatis eum excluderet,) quem tamen non excluderet ſi eſſet filia dicti avi, imò à patruo, quamvis juniori, ex prærogativâ ſexûs excluderetur, *juxtà l. fin. ff. de fide inſtr. & allegata ſup. n.* 3; igitur, neptis ne conſequatur meliorem conditionem quam filius, vel filia, non debet patris ſexum repræſentare.

Eſt

154 Eſt textus III. *in l.ult. C.de nat. liber.* dum ait, legem diſponentem aliquid in filijs propter certam eorum qualitatem, non habere locum in nepotibus à quibus talis qualitas abeſt; ergo lex quæ præponit filium ſorori ejus in ſucceſſione Regni, vel aliâ, propter qualitatem ſexus, non cenſetur præponere neptẽ ex filio, cùm in eâ deſit illa qualitas.

155 Authoritates deſumuntur imprimis ex Bart. *in l.liberorum, 220.n.13.de verb.ſign*; deinde ex alijs allegatis *à Tiraq.de jure primogen. q.14.n.2*; *& à Molinâ, de primog.lib.3. cap.6.n 49.* *Authoritatibus.*

156 Exemplum adducebatur ex ſententià relatâ *n.*116. in quâ ab Aragoniæ coronâ excluſâ fuit Violanta fratris ſenioris filia, quaſi Repræſentatio ei non communicaverit patris qualitatem maſculam, quam Ferdinandus (qui vicit) quamvis ſororis filius, per ſe habebat. *Exemplo.*

157 Huc uſque Rex Caſtellanus. Vt verò elucidetur veritas, advertendum eſt; in ſucceſſione fæminarum duos caſus principaliùs dari poſſe, ut bene conſiderat Molina, *d. lib.3. cap.8. n.7. ad finem*; unus, quando fæmina per legem, inſtitutionem, vel diſpoſitionem excluſa eſt propter maſculos etiam remotioris lineæ, & gradus, omninoque in capax declarata, & tunc, cùm ad conſervandam rigoroſam agnationem ſolus verè, ac naturaliter maſculus vocetur, fæmina modo nullo admittitur, nec Repræſentatio eam redit habilem, quia diſpoſitio hominis, vel legis particularis facit ceſſare generalem diſpoſitionem legis: ſic, multos referens, firmat Molina *d.cap.8.n.8, & 9*; quamvis aliquantulum differat in fundamento; in quo haud immoror quia non eſt punctus noſter. Alter eſt caſus, quando fæmina inhabilis non eſt, ſed ſolùm poſtponitur maſculis *Reſp. quartæ objectioni Philippi.*

ejuſdem

ejuſdem gradus,& lineæ; ut eſt in propoſito ex dictis ſupra *cap.3. n.7,& 8*; (& fatentur adverſarij, aliàs enim nec Philippus aſpirare poſſet ad ſucceſſionẽ per matrem, mediũ inhabile, ex allegatis præſenti,cap.*n.*142.) In hoc poſteriori caſu verius,imo veriſſimum eſt,filiam repræſentare patrem cum maſculi qualitate; quod fit evidens rationibus, legibus, authoritatibus, ac exemplis, quibus ſolus pertinax replicare poterit.

Repræſentationem tribuere prærogativam paterni ſexus.

Probatur rationibus.

I. Rationum; ſubrogatum habet naturam ejus in cujus locum ſubrrogatur cum omnibus qualitatibus, & privilegijs, *l.* 1. §. *hæc actio ff. ſi quis teſt. lib. eſſe*; *l. minor* 51. §. *quoniam ff. de procur. l. decernimus in fine, C. de aquæ duct.lib.*11; *Bart. per tx. in l. comperimus* 13. *ad fin. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.*12; *& dixi ſup. cap.3. n.*17; quod fortiùs, & ſine dubio procedit in ſubrrogatione factâ à lege propter æquitatem naturalem, *ut per Jacob.de Sâ de primogen. q.*40. *n.*43. *cum ſeq*; ſed filia eſt ſubrrogata in locum patris ex æquitate naturali; *ut ſup.n.*5.13,*&* 45,igitur eum repræſentat cum omnibus qualitatibus. 158

II. Qui vult conſequens, vult etiam antecedens ad illud neceſſariũ,*l. illud dubitari* 76, *aliàs* 77,*ff.de acquir. hær*; *& ibi Bart. cum dictis ſup. proœm.*2. §. 2. *n.*25. *in princ*; ſed lex concedendo Repræſentationem filiæ voluit quod illa haberet ſine diminutione omne quod pater habiturus foret,ſi viveret,*ut exprimunt txs. allegati ſupra n.*5;ergo etiam voluit, & conceſſit quod talis filia repræſentet qualitatem ſexus, vel aliam ſine quâ non poſſet conſequi quod pater habiturus erat; & hæc ratio ponit falcem ad radicem. 159

III. Repræſentatio procedit ex æquitate, fundatâ in eo quod pater & filius,ſive filia ſint naturâ quaſi eadem perſona, 160

ſona, & non omninò ex fictione, *ut ſup. n.*5, *&* 45; igitur ſi habetur pro eádem perſonâ, habetur pro habente eáſdem qualitates.

161 IV. In Repræſentatione non attenditur qualitas repræſentantis, ſed repræſentati; *ut ſubtiliter probat tx. in l. ſi donatæ* 36, *aliàs* 37. §. *ſi ſponſus ff. de don. inter vir*; *& poſt Bald. Socin. conſ.*251. *n.*18. *verſ. præterea reſpondetur lib.*2; *Tiraq. de jure primog. q.*14. *n.*55. *in fine*; ergo ſi repræſentatus habebat qualitatem maſculi, hæc in repræſentante attenditur.

162 Textus ſive lex eſt I. in ſæpe citato Auth. *de hæred. ab int. ven.* §. *ſi igitur* 2; *verſ. hujuſmodi coll.* 9; ibi: *ut in ſuorum parentum jura ſuccedant*, atqui appellatione juris continetur dignitas, prærogativa maſculi, ſive alia quæ parenti deferre poterat ſucceſſionem, *arg. l. pen. C. de pact*; ibi: *militiæ ſuæ, vel dignitatis, vel etiam ſacerdotii prærogativam*; & inferius: *ſuo autem jure uti*; facit *l. jus ſingulare* 15. *ff. de legib*; igitur in eâ prærogativâ ſuccedet filius per Repræſentationem, ut verificetur illud: *in ſuorum parentum jura ſuccedant*: conducit tx. *in l. qui in jus* 137. *ff. de reg. jur.* Textibus

163 II. Allegari poteſt lex Caſtellæ 2. *tit.*15. *p.*2; ubi expreſsè ad Regni ſucceſſionem vocatur per Repræſentationem non ſolùm nepos ex primogenito, excludendo patruum, ſed etiam neptis eundem excludendo, quare non poſſunt negare Caſtellani legem ſuam tribuere fœminæ repræſentanti patris gradum, & ſimul qualitatem ſexûs, ut ex eâ notant *Gregor. Lop. ibi verbo: ſi dexaſſe*; *Molin. d. lib.*3. *cap.*8. *n.*10; *ac omnes*; verba legis retulimus ſupra *n.*30, in quibus lex addit ſe non diſponere illud noviter, ſed eſſe de antiquo ſapientium jure, in omnibus mundi provintiis

practicato;

practicato; ut ibidem notavimus cum eodem Molinâ Regis Philippi 2 præcipuo Doctore, ac aliis Caſtellanis. Diximus autem ſupra *n.*82. Caſtellæ leges, utpote vicinioris regni, in noſtro fore ſubſidiarias, ſi alias non haberemus decidentes caſum (habemus tamen jus commune de quo ſupra, & opinionem communem de quâ infrà *n.*165; quæ ſunt nobis tanquam leges propriæ, jubente noſtrâ Ord. *lib.*3. *tit.*64. *in princ*; *&* §.1. *in antiquis lib.*2. *tit.*5. *in princ*; *&* § 1.

III. Eodem modo poteſt allegari l.40. Tauri, diſponens quod *in ſucceſſione maioratus non ſolùm erga aſcendentes, verùm etiam erga tranſverſales ſemper filius, & ejus deſcendentes legitimi ſuo ordine repræſentent perſonam parentum, etiam ſi parentes non ſucceſſerint in prædictis maioratibus*; quod verbum: *repræſentent perſonam parentum*, ait Molina *d. lib.*3. *cap.*6. *n.*48. (præcipuus Autor contrarius ut ſæpiùs dixi,) *potius ad qualitatem primogenituræ quæ reſidebat in perſonâ patris, quàm ad gradum referendum eſt*; proſequitur tripliciter probando; oſtenditque in toto illo capite, eſſe ſecundùm commune jus; & *cap.*7. *n.*17. hanc concluſionem ponit: *Octava concluſio ſit, d. l.*40. *Tauri non ſolùm in bonis cujuſlibet maioratus particularis, ſed etiam in ſucceſſione Regni intelligendam, atque accipiendam eſſe*, & iterùm proſequitur probando. 164

IV. Ita reſolvit communis Doctorum ſententia ut videbimus *n. ſeq. verſ. ex dictis*, quæ in Luſitaniâ eſt lex, per Ordin. loco relato *n.*163. *in fin. ubi Barboſ. n.*4, & meritò, cùm verior præſumatur, ut probat Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſ.*71. *n.*2; quare eam ſequuti ſunt Imperatores *in l. divi fratres* 17. *ff. de jur. patron*; ibi: *plurium etiam* 165

etiam juris auctorum; commendantque *Bart. in l. ult. C. de pœn. jud. qui malè jud*; *Nevizan. in ſilvâ nupt. lib.5. à n.1. atque omnes.*

166 Authoritates habemus, I. In epiſtolâ Regis noſtri *Authoritatibus.*
Alphonſi 5, (quæ poterat lex vocari, ſed in hoc negationi Caſtellanorum morem gerimus;) ejus verba retulimus *n.93*; ex quibus patet vocaſſe ad Coronam non ſolùm nepotem ex primogenito (ſi hic præmoreretur,) ſed etiam neptem excludendo patruum; ſcilicet quia talis neptis repræſentat patris gradum, & ſimul ſexum; (aliàs enim in gradu æquali præcederetur à patruo ob maſculi prærogavam, ut circà legem Caſtellæ dictum eſt ſup. *n.163.*) &, quod magis, in eiſdem verbis declarat Rex, illud ſe noviter non conſtituere, ſed ita de jure haberi.

Deindè in innumerabilibus Doctoribus concluſionem hanc tenentibus, & defendentibus, inter quos.

Bald. *in l. venia 2. C. de in jus voc. n.5.* ex variis infert: *Unde ſi ſtatutum dicit quod filius excludat fœminam idem in nepote ex filio præmortuo, de verb: ſign. l. liberorum*; *de hær. inſt. l. lucius*; *ſed quia ex parte mulieris eſt odium, ſi ſtatutum dicat, quod filia non ſuccedet, ſuccedit neptis ex filio, quia*(nota rationem)*repræſentat patrem qui ſuccedebat*; *neptis autem ex filiâ non ſuccedet, quia repræſentat perſonam quæ excludebatur.*

Paul. Caſtr. *in eâdem l. venia n.4.* ex citato Baldo idem tenens, concludit: *Si quis decedat cum filio maſculo, & cum nepte ex altero filio præmortuo, non excludetur à filio maſculo, ſed veniet ex perſonâ patris, qui ſimiliter non excluderetur.* Repetit *in l. maximum vitium n.2. C. de liber. præter.* addens: *& hoc tenet hic Bald*; *& communiter omnes.*

Decius *conſ.568. incip. Domina, n.4,* loquens in caſu

noſtro ſimili, reſolvit: *& ſic de jure communi neptis ex filio excluderet patruum.*

Alciatus *lib.2. reſponſor. conſ.39. incip. conſideratis verbis, n.1, &* 2. benè conſiderat: *Nec obſtant quæ in contrarium adduci poſſunt, & imprimis quod ſtatutum excludit ſororem exiſtente fratre, ergo multò magis filiam fratris. Reſpondeo, --- diverſa ratio eſt inter iſtos caſus, filia enim fratris ſuccedit in locum patris ſui, & repræſentat, cùm ſuccedıtur patruo; at ſoror neminem repræſentat, ſed ex ſe ſuccedit; efficacior ergo eſt neptis* (vide quæſo) *propter Repræſentationem patris maſculi.*

Ancharran. *in repet. cap. canonum ſtatuta ad fin. de conſtit. n.*308. refert, & ſequitur Baldum jam à nobis relatum.

Tiraquel. *de jur. primogen.q.*14.*n.*5. concludit: *Ideóque nihil obſtare videtur quominus neptis ex filio primogenito, eum repræſentans habeat jus primogenituræ contra ſecundogenitum ipſius patruum, & in Galliâ paſſim utimur.*

Eman. da Coſta *in tract. de ſucceſſ. Regni, pag.*198.*verſ. in Regni* idem amplectitur, & comprobat ſpecialiter in ſucceſſione Luſitani Regni.

Covarruvias Caſtellanus Epiſcopus, *pract. q.*38. *n.*8. ita inquit: *Quartò, licet in maioratus, & primogeniorum ſucceſſione mares fœminæ præferantur in eodem gradu, & lineâ, etiam ſi mares ſint ætate minores fœminis primogenitis, quod notavimus lib.3. Var. cap.5. n.5; attamen filia primogeniti, jam præmortui vivente patre, excludit patruum maſculum ſecundogenitum, ubi ex conditionibus, & legibus primogenii non excluditur fœmina.*

Molina legatus Regis Catholici pro ſucceſſione Luſitaniæ, *de primogen. lib.*3. *cap.*8. *n.*10. hanc ponit concluſionem: *In ſecundo caſu, quando ſcilicet fœminæ ſolùm propter*

maſculos

maſculos ejuſdem lineæ, & gradus à maioratus ſucceſſione excluduntur, dicendum erit, eo caſu neptem ex filio maſculo primogenito relictam patruum à maioratus ſucceſſione excludere, quod probatur evidentiſſimâ ratione.

Idem ſequuntur Caſtellani *Perez ad l.1. tit.2. lib.5. Ordinam. pag.116. in princ; Burgos in proœm. ad ll. Tauri, n. 120,& conſ.29. n.25; & Pelaes de maiorat. 2. p. q.6. à n. 15. in antiquis.*

Tenuerunt *Petrus de Bellapertica in l. pater filium §. quindecim de legat.3. n.13. verſ. in contrarium tamen; Neapoda; Andr. de Yſern; Præpoſit; Corn; Carol. Ruin; Palac. Ruv; Carol. Molineus, Thom. Gramat; Goſadin; Aymon; Pariſ; ac alii relati à Molinâ d. cap.8. n.10.* tenuerunt item, *Sigiſmund. Lofred. conſ.39. n.28; aliique citati à Cov. d. cap.38. n.8;* tenuerunt *Joan. Tho. Mari; Gregor. Nata, Thob. Non; atque alii adducti ab allegatione pro D. Catharinâ in lib. de jure ſucced. in Regn. Luſit. q.5. n.9;* tandem plures congeſti per Tiraq. *d. q.14. n.3,* & 4; ita ut impoſſibile pene ſit nominare omnes.

Ex quibus facilè conſpicitur ſententiam hanc eſſe communem apud ferè omnes, nilhominus teſtes habemus qui eam communiſſimam affirmant, *Paul. Caſtr. in d. l. maximum vitium n.2; Pariſ. conſ.41. n.81. lib.3. cum eo Molin. d. n.10. Pelaes ſup. n.19.* qui addit ita in Hiſpaniâ obſervari per receptam conſuetudinem; ſæpè judicatum referunt *Thom. Gramatic. Afflict; & Covar;* citandi *n.168. cum ſeqq. in* 2, 3, 4, & 5. exemplis.

167 Jam verò I. exemplum eſt relatum ſupra *n.*32. ubi in ipſiſſimo noſtro caſu ad Coronam Navarræ per ſententiam vocata fuit Joanna ex perſonâ Ludovici patris, contra *Exemplis*

Eduardum fratrem amitinum filium Eliſabethæ.

II. Eſt citatum ſupra *n.* 36. ubi in Ducatu Britaniæ 168
ſucceſſit per ſententiam Joanna repræſentans patrem
cum qualitate ſexus, per eamque excludendo patruum;
refert etiam Covarruv. *de feud. lib.* 2. *tit.* 11.

III. Robertus Rex Neapolis idem declaravit in 169
favorem neptis ſuæ narrante Afflict. *in cap.* 1. *in princ. n.*
76. de ſucceſ. feud.

IV. Idem decreverunt in eodem Regno Reginæ 170
Joanna 1, & Joanna 2, ſecundùm eundem Afflict. *d. loco,*
& lib. 3. *conſt. rubr.* 13. *n.* 6; *Thom. Gramat. deciſ.* 1.
n. 28.

V. Anno Domini 1480 ita in eo Regno judicavit 171
Rex Ferdinandus 1; referentibus Gramat. & Afflict.
citatis locis, eodem Afflict. in cap. 1. *in princ. n.* 54. *de nat.*
ſuc. feu. & Covar. d. q. 38. *n.* 8.

Reſponde-tur fun-damentis quartæ objectio-nis Regis Philippi.

Hæc vera concluſio non offenditur ab adductis in 172
contrarium. Namque in primâ ratione *n.* 148. poterat
negari, vel ſaltem declarari maior propoſitio juxta dicta
hoc eodem cap. *n.* 50. Verùm ad tollendum ſcrupulum
negatur minor; quamvis enim in textibus allegatis *d. n.*

Reſp. ra-tionibus.

148. ſolùm declaretur Repræſentationem dare locum, &
gradum patris; tamen in citatis *n.* 5. continetur etiam
Repræſentationem tribuere partem, & portionem quam
pater habiturus foret; quod & declarat tx. *in Auth. ut*
fratrum filii in princ. coll. 9, ibi: *paternum adingredientes*
gradum, & illius ferentes portionem; unde convincitur
maſculinam tribuere qualitatem, ut oſtendimus *n.* 159.
eſt inſuper tx. expreſſus *in d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi*
igitur 2. *verſ. hujuſmodi*; ibi *in ſuorum parentum jura ſuc-*
cedant,

cedant, quod verbum, *jura*, omnem prærogativam inclu-
dit, prout demonſtratum eſt *n.* 162. ex quo apparet txs. il-
los dicentes repræſentantem intrare locum patris, no-
mine, *loci*, non ſolùm ſignificaſſe gradum, ſed inſimul om-
ne jus ut aliàs loquuntur txs. *in l. poſthumorum* 13. *ff. de in-
juſto rupto*, ibi: *incipit nepos, neptis ve in ejus loco ſuccedere, & eo modo jura ſuorum hæredum quaſi adgnatione nanciſcun-
tur*: & tx *in* §. *poſthumorum Inſt. de ex hæred. liber.* ubi ea-
dem verba ponuntur.

173 In II. *n.* 149. diſtinguitur minor: perſonalia per viam regulæ extinguuntur cum perſonâ, concedo; nego tamen ſi aliud per legem particulariter diſponatur, ut eſt hîc; nec reperitur inconveniens, aut novum in jure quod perſonalis qualitas repræſentetur à filio; nam I. prærogativa ſuitatis perſonalis eſt, *ut probatur ex l. in ſuis* 11. *ff. de lib. & poſth.* §. *ſui Inſt. de hæred. qual*; & tamen nepos emancipatus in eâ quoque repræſentat patrem ad ſucceſſionem avi, *l.* 1. § *ſi ſit filius, ubi gloſa, verbo: nepotibus, ff. de conjung. cum emancip. lib*; *poſt multos Aretin. conſ.* 162. *n.* 9. *verſ. per iſta, Tiraq. de jure primog. q.* 40. *n.* 39. *Gama deciſ.* 307. *n.* 7.

174 II. Conſanguinitas fratris ex utroque parente cum fratre, perſonalis eſt; *ut notant poſt alios Tiraq. ſup. n.* 27, & 55; *Gam. d. n.* 7. & *ſeq*; & tamen filii talis fratris hanc quali-
tatem patris repræſentant, ut per eam præponantur in hæ-
reditate patrui aliis defuncti fratribus ex uno tantùm pa-
rente, *ſicut eorum parens præponeretur ſi viveret*, ait tx. *in d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem, ibi: unde*

175 *conſequens, &c.* III. Maioritas ætatis per quam primo-
genitus præcedit fratres in ſucceſſione bonorum indiviſi-
bilium, ad quam maior natu vocatur expreſsè, perſonalis
eſt;

eſt; unde naturaliter non poteſt in filios tranſire; *ut probatur arg. l. ſi paterfamilias 15. §. ult. cum. l. ſeq. ff. de adopt; Tiraq. d. loco n.107, & ſeq*; & tamen per Repræſentationem ſic tranſit, ut nepos ex tali primogenito, quamvis ætate minor, patruum ſecundogenitum excludat; *Paul. Caſtr. conſ. 164 inc. in præſenti causâ lib.2*; *Socin. in l. ſi cognatis col.2. vers. ſecundò infertur, ff. de reb. dub*; *Tiraq. d. q.40. n.12*; *Covarruv. pract. q.38. n.9. ubi dicit (quamvis aliqui diſtingant) quod ad hunc casum tendunt ferè omnes rationes quæ pro nepote à Doctoribus traduntur, in eodem casu ponit quæſtionem Molina de primogen. lib.3. cap.6. in princ; & reſolvit n.1, & 2. pro tali nepote ex communi opinione, & uſu omnium gentium; confirmat ex Cyno, & aliis Didacus Gomes. in addit.2. ad Ant. Gomes. in l.40. Taur. n.65; ſic loquuntur Oldradus, & omnes citati ſupra n.29.* IV. Fili- 176
atio eſt qualitas perſonalis filii erga patrem; *Bart. communiter receptus in l. is poteſt n.8. ff. de acquir. hæred*; & tamen repræſentatur à nepote, *ſecundùm eundem Bart; & omnes, ut per Jas. ibi n.14, & in aliis relatis à Tiraq. ſup. n. 91*; ergo quemadmodum hæ qualitates perſonales repræſentantur ſine lege ſpeciali, ſed tantummodò ex generali conceſſione Repræſentationis in omne jus, ita etiam repræſentatur qualitas ſexùs quamvis perſonalis ſit.

In III. *n.*150. poterat negari maior; nam multi de- 177
fendunt humanam legem poſſe fingere impoſſibilia per naturam; ut conſtat ex his quæ *Alciat. in l. intelligendus de verb. ſign; & lib.3. paradox. cap.16; & de præsumpt. in princ. à n.5; Crot; Angel; & Joan. Corras. citati in d. libro de jure ſucced. in Regn. Luſit. q.5. n.33; & tenet glosa ſibi contraria in l. ſub conditione 16. verbo olim in fine ff. de Solut.*

178 *Solut.* Verumtamen quia opinio communis eſt in contrarium; Reſpondeo diſtinguendo minorem; naturâ impoſſibile eſt fœminam eſſe maſculum poſtquam fœmina jam eſt nata, concedo minorem; naturâ impoſſibile fuit fœminam naſci maſculum, nego minorem; at eſt ſatis quod fuiſſet poſſibile à principio fieri, ut poſſit à lege factum fingi; hoc benè declarat marginalis *ad gloſ. proximè relatam* his verbis: *Dic legem fingere non poſſe id quod in ſuo genere omninò impoſſibile, v. g. ut filius antiquior ſit patre, ut furioſus conſentiat, & ſimilia,* (& ſic procedut txs. allegati pro hac parte.) *poteſt tamen fingere in caſu particulari id quod impoſſibile, v. g. ut filius Titii ſit meus filius, puta ſi ejus ætatis ſit, ut poſſit eſſe meus filius*; ſic facit *in tot. tit. de adoption.* II. Similiter in poſtliminio lex fingit captũ ſemper fuiſſe in civitate, §. *ſi ab hoſtibus Inſt. quib. mod. jus patr. poſt ſolv*; cùm tamen impoſſibile fuerit Romæ eſſe qui detinebatur in Africâ; ſed eſt ſatis quod fuerit poſſibile nunquam exiiſſe è Româ, ut poſſit à lege fingi. III. In ipsâ Repræſentatione, impoſſibile eſt naturâ nepotem juniorem, fieri ſeniorem patruo qui prius natus eſt, *arg. l. ult. C. de legit. tut*; & tamen per Repræſentationem fingitur talis nepos maior natu, *ut ſup. n.* 175; quia potuit a principio naſci prius. IV. Impoſſibile naturâ eſt quod idem nepos qui eſt in tertio gradu cum patruo cui ſucceditur, aſcendat ad ſecundum, *ut patet*, & tamen per Repræſentationem in ſecundo fingitur: *Auth. poſt fratres* 1. §. *ſi autem,*
179 *ibi: cùm pares ſint defuncti fratribus C. de legit. hæred.* Vlterius alio modo reſponderi poteſt concedendo totum ſyllogiſmum *d. n.* 150, negando tamen aliquid inferre adverſus nos; non enim agimus de fictione, at de Repræſentatione,

tatione, quæ nihil fingit; ſed, agnoſcendo quod nepos ſit in tertio gradu, ei concedit & communicat gradum patris ſui, quo habeat quod pater ſi viveret habiturus foret, ut jubet æquitas naturalis, *de quâ ſup. n.* 5, 13, *&* 45; quam interpretationem clariſſimè probat tx *in d. Auth. de hær. ab int.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem, ibi: licet in tertio ſint gradu; & verſ. ſi autem cum fratribus, ibi: in tertio conſtituti gradu, cum iis qui in ſecundo gradu ſunt ad hæreditatem vocentur*; ubi lex non fingit nepotes eſſe in ſecundo gradu, ſed fatetur eſſe in tertio, & tamen, quia eſt juſta rerum domina, æquitate ac ratione mota, eos vocat cum fratribus, qui ſunt in ſecundo; ſimiliter, agnoſcens neptem eſſe fœminam, non eam fingit maſculum, ſed ex d. æquitate ei concedit,& communicat qualitates patris,ut habeat quod ipſe foret habiturus; cujus rei mirari non debet qui non miratur eandem legem dare tertio gradui prærogativam ſecundi, cum utrumque ſit æquè contra veritatem; & hoc reſponſum eſt infallibile.

In IV, & ultimâ *n.*151; negatur maior: videmus enim leges ſæpiùs in eodem caſu plures ſimul ſpecialitates inducere. I. In *l. fin. C. ad Vellean.* ubi mulier intercedens pro dote,etiam nudo pacto,efficaciter obligatur;in quo tamen una ſpecialitas eſt quod fidejuſſio mulieris valeat contra illud ſenatuſconſultum, altera quod pactum nudum pariat obligationem contra regulam *l. jurisgentium* 7. §. *ſed cum nulla, verſ. igitur nuda ff. de pact.* II. In *l. ſi filiusfamilias* 33, *aliàs* 34. *ff. de teſtam. milit*; & alibi paſsim; ubi filiusfamilias miles teſtatur jure militari, gaudens unâ ſpecialitate in eo quod cùm ſit filiusfam. teſtetur contra regulam *l. qui in poteſtate* 6. *ff. qui teſtam. facere poſſ*; cum vulgaribus,

garibus, alterâ quod teſtetur ſine ſolennitatibus juris, con-
182 tra generales regulas *in tit. de teſtament.* III. (Omiſſis aliis exemplis, & veniendo ad Repræſentationem) nepos ex primogenito quamvis junior, in ſucceſſione indiviſibili avi vel patrui præcedit patruum ſecundogenitum, ut oſtendi ſupra *n.*175, cùm tamen in hoc duæ concurrant ſpecialitates; una quod, cùm verè ſit in tertio gradu, fruatur jure ſecundi, (ſine quo à patruo proximiori excluderetur) *d. Auth. de hæred. ab int.* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem defuncto, & verſ. ſi autem cum fratribus coll.*9; altera quod, cùm ſit junior in veritate, præponatur maiori natu, qui ex vocatione jus habebat; ergo ſimiliter nil mirum ſi in caſu noſtro ſicut in relatis, duæ dentur ſpecialitates, vel plures, quod ſcilicet filia repræſentet patris gradum, ſexum, & alias qualitates perſonæ: hæc latiùs probant *Socin. in l.*1. *à n.* 52. *ff. ſolut. matr*; *Crot. in l. ſi is qui pro emptore n.*92. *de uſucap*; *Neguzant. de pignor. p.*5. *membro* 1. *n.* 12. *vers. ſi igitur, & n.*16. *Franc. Duaren. lib.*1. *diſput. cap.*56. *Corras. in l. qui liberos n.*171, *&* 178. *de ritu nupt. Gam. decis.*59. *n.*2; qui oſtendunt clarè non probari contrarium per allegatam *l.*1. *C. de dot. promiſſ*; ubi quidem nec verbum dicitur de duabus ſpecialitatibus, ſed ad actionem denegandam totum eſt fundamentum quod non fuerit promiſſa certa quantitas, nec ſpecies; alia verò ſpecialitas divinatur à
183 Doctoribus. Ne tamen videamur reſpondere contra communem opinionem, alio modo maior prædicti argumenti diſtinguitur per marginalem *ad gloſ. verbo: dotem in d. l.*1. *C. de dot. prom.* his verbis: *Dic duas fictiones poſſe concurrere ſi una ex conſequentiâ alterius veniat; ſecus ſi concurrunt circa diverſa, & veniant ex diverſis cauſis. Bart.*&c.

probant eleganter *txs. in l. ſingularia* 15. *in fine ubi communiter D D. ff. ſi cert. pet. & in l. cum duæ* 14. *ff. de captiv; ſentit glosa, verbo: ſtipulatio, in fine, in l. ſi ſervus* 18. *de ſtipul. ſerv; Bald. & alii apud Aretin. cons.* 162. *n.* 10. *vers. præterea, Tiraq. de jur. prim. d. q.*40. *n.*141. Planè quotquot inveniantur ſpecialitates in Repræſentatione non circa diverſa, & ex diverſis cauſis veniunt, ſed omnes in conſequentiam illius diſpoſitionis per quam lex vult quod filius, vel filia habeat omne quod pater habiturus ſoret, ut ſupra *n.*5. juncto *n.*159.

Reſpondetur ad textus. Veniendo ad textus, non obſtat *l.*2. *C. de lib. præt.* allegata *n.*152. unde Bartolus probat, filium intrantem locum patris, venire ad ſucceſsionem ex propriâ perſonâ, quod repetit *in l.*1. *§. ſi ſit nepos ff. de collat. dot; & in l.*1. *§. fin. de conjungendis cum emancipato liberis ejus.* Nam I. ſatis eſt reſpondere tx. illum tale non probare, unde Bart. in eâ doctrinâ communiter improbatur, ut ex Socino advertit additio ad eundem Bart. *in d. l.*1. *§. ſi ſit nepos de conjungend. cum emancip*; & fatetur ipſe *ibidem* referens gloſam contrariam, addenſque, *& quaſi omnes hanc ſolutionem tenent*; cum igitur gloſa Accurtii non ſit reprobata, imò communiter recepta, eam ſequi tenemur, quidquid dixerit Bartolus; maximè cùm iſte communiter improbetur; ſic jubente noſtrâ Ordin. Luſit. relatâ ſupra *n.*125. Sed non patimur quod pars adverſa habeat pro ſe, vel in minimo, Bartolum, quamvis reprobatum communiter, quare II. reſpondetur eundem Bart. alibi docere, filium intrare ex perſonâ patris; ſcilicet *in l. Gallus §. & quid ſi tantùm n.*11. *ff. de liber; & poſthum*; ibi: *hoc eſt verum, niſi ille qui occupat locum, ſuccedat*

184 (margin, beside "Veniendo ad textus")
185 (margin, beside "Luſit. relatâ")

in

in locũ primi, & ejus perſonã repræſentet, ut erat hîc; iterùm *in l. qui ſuperſtitis de acq. hær. n. 2. in poſteriori membro diſtinctionis*, ibi: *Si autem veniret ad ſucceſſionem cum patruis, ſeu avunculis, tunc ipſe non poteſt venire niſi ſuccedat in locum matris*, &c. iterùm *in l. liberorum* 220. *n.* 12. *verſ. præterea de verb. ſign.* verbis referendis *n.* 187; cùm ergo ſit ſibi con-
186 trarius, pro neutrâ parte allegari poteſt, ut dixi *n.* 62. Attamẽ nec ſibi contrariũ merentur adverſarii Bartolũ habere, (quamvis in puncto minimo,) ideò III. Reſpondeo Bartolum in citatis locis non ſcribere de Repræſentatione, ſed de materiis diverſiſſimis; namque *in d. l.* 2. *C. de lib. præt.* loquitur ſecundùm tx. ibi; qui, dato, (ut Bart. vult,) quod probet filium intrare locum patris ex perſonâ ſuâ, nequaquam de Repræſentatione tractat, nullus enim erat filius, vel alius deſcendens illius defuncti, qui concurreret cum nepote, imò iſte erat unicus, ut oſtendit tx. inquiens: *ad te hæreditas ejus tota pertinuit*; agebatur, inquam, de nepote qui per mortem patris adgnaſcendo ſuus avo, rumpebat teſtamentum in quo ſe inveniebat præteritum, quod quidem facit ex perſonâ ſuâ, quia, cùm non ratione gradus conſanguinitatis, ſed ratione ſuitatis etiam in remotiori gradu deberet ex hæredari, vel inſtitui, *ad tx. in l. Gallus §. idem credendum, & §. etiam, verſ. & benè, & paſſim in illo tit. ff. de liber; & poſthum*; ad rumpendum teſtamentum non ei eſt neceſſarium repræſentare perſonam patris, ſed ſufficit, ſublato patre de medio, intrare ejus locum, id eſt locum quem pater habebat in ſuitate, manens ſemper in eodem gradu conſanguinitatis quem habebat; at verò ad ſuccedendum per Repræſentationem, non ſolùm eſt neceſſe auffere patrem de medio, ſed etiam quod nepos

conſideretur in gradu paterno conſanguinitatis, & in patris perſonâ,(aliàs enim præcederetur à proximiori,) & ex hac diverſitate patet, quod in caſu *d. l.*2. filius rumpit teſtamentum ex ſuâ perſonâ, in Repræſentatione autem ſuccedit ex perſonâ patris; quæ reſponſio (licet alibi eam non viderim) videtur ſubtiliter, & veriſſimè conſiderata. Similiter *in d. l.*1. §. *ſi ſit nepos ff. de collat. dot. & in d. l.*1. §. *fin. de collat. bon.* agit circa collationem dotis, & aliorum bonorum in quâ ſunt rationes longiores, quàm hîc poſſunt explicari; ſufficit autem dicere loqui de diverſis à quibus ſoli pauperes DD. argumentantur juxta ſupradicta *n.*64. IV. Vt ceſſet omnis difficultas, & concilietur 187
Bartolus in citatis locis, diſtinguendũ eſt, quod mortuo avo, vel patruo, ut nepos ex filio, vel ex fratre vocetur ad ſucceſſionem, ſolus ipſe nepos conſideratur, qui tanquã nepos ex perſonâ ſuâ habet jus ut per Repræſentationem veniat, & in hoc ſenſu inquit Bart. eum ſuccedere ex perſonâ ſuâ, & retulimus ſupra *n.*45. At poſtquam ex perſonâ ſuâ eſt vocatus, incipit per beneficiũ legis eſſe in loco patris eum repræſentans, & jam capit bona ex perſonâ patris, quẽ lex in eo conſiderat cum omnibus qualitatibus; quam diſtinctionem ſignificat idem Bart. *in d. l. liberorum n.*12. *verſ. præterea*, ibi: *Præterea nepos filio ſublato de medio, locum filii incipit tenere ut Inſt. &c. Sed ſi filius ſtatuti beneficio hoc privilegium habeat ut præferatur filiæ, ergo, & nepos loco ejus ſuccedens; ad hoc facit quod ſubrrogatum ſapit naturam ejus in cujus locum ſubrrogatur, &c.* quæ reſponſio, cùm diſtingat concordando varias ſententias, omninò tenenda eſt, ut ait Surd. *deciſ.*58 *n.*5. *in* 1. *p.*

Ad alium tx. *in l. ſi vivâ matre* allegatum *n.* 153; re- 188
ſpondetur

ſpondetur, I. Non ponere regulam generalem, ſed tantùm diſponere in caſu de quo loquitur; conſtat ibi: *ut in*
189 *hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filii non ſinantur.* II. Quamvis diſponat generaliter, non facit comparationem de nepote ex uno filio cum alio filio defuncti, id eſt cum patruo (ut exiſtimat adverſa pars,) ſed de nepote cum filio patre ejuſdem; in quo ſenſu nil obſtat nobis qui nolumus dare nepoti vel nepti, niſi quod pater ipſius habiturus foret; hic autem ſenſus clarè apparet ex lecturâ textus; notaturque *à Socin. conſ.* 152. *n.*18. *lib.*2. *& Tiraq. de jure primog. d. q.*
190 40. *n.*101. III. Adhuc ſi illa tx. compararet nepotem & neptem cum patruo, vel cum ſe ipſo ſi foret filius, illud quod dicit, non debere eſſe melioris conditionis, intelligeretur ſtantibus utriſque in terminis æqualibus; ſi verò nepos, vel neptis meliorem habeat qualitatem particulariter, nemo negabit futurum melioris conditionis, ut *in l. ult. C. de natur. liber*; ubi nepos ob meliorem qualitatem eſt melioris conditionis quàm filius; ſic eſt in propoſito, neptis enim ex primogenito propter patrem quem repræſentat habet meliorem qualitatem, quàm patruus ſecundogenitus, & quàm ipſa ſi eſſet filia, ut notat Alciat. cujus verba vide ſup. *n.* 166; ergo nil mirum ſi patruum præcedat; ut poſt alios advertit Ant. Gabr. *commun. lib.*4 *tit. de fideicom. concl.* 6. *n.*11, & 15.

191 Ad ultimum *n.*154. de *d. l. fin. C. de nat. liber.* eſt facilis reſponſio. Advertendo quæſtionem ibi eſſe utrum prohibitus hæredem inſtituere filium naturalem, poſſit inſtituere nepotem ex eo filio legitimum, vel naturalem, aut nepotem naturalem ex filio legitimo? cui tx reſpondit, quod, ſi talis avus legitimos deſcendentes non habet, poteſt

teſt dictos nepotes hæredes inſtituere; & præſtat rationem: *Filiis enim naturalibus relinqui conſtitutiones quantùm voluerint, ideò prohibuerunt, quia vitium paternum refrænandum eſſe exiſtimaverunt; in nepotibus autem non eadem obſervatio in præfatis ſpeciebus cuſtodienda eſt, ubi legitima ſoboles minimè facit impedimentum*; ex quo jam patet quàm à longinquo argumentum trahat textum iſtũ ad materiam Repræſentationis; ſed eſto vera ſit concluſio deducta ex eo, ſc. legem diſponentem aliquid de filio propter certã ejus qualitatem non habere locum in nepote qui eâ caret; certè non militat in noſtro caſu, neptis enim, de quâ eſt ſermo, non caret qualitate maſculi propter quam ejus pater præcedebat, cùm illam habeat, ſi non verè, ex legis beneficio repræſentatam, ut hucuſque fuit demonſtratum.

Reſp. authoritatibus. Textibus ſic exploſis, videamus authoritates relatas 192 *n.*155; præcipua eſt Bartoli *in l. liberorum* 220. *n.*13. *de verb. ſign*; ubi, ſtante ſtatuto quod filia dotata non ſuccedat extantibus filiis maſculis, quærit, utrum talis filia excludatur etiam à nepote ex filio? & reſpondet quod ſic; tunc quærit iterùm an excludatur à nepte ex filio? Reſpondet quod non; & hanc aſſignat rationem.

Nam tunc appellatio filii porrigitur ad nepotes de jure communi, quando profertur ſimpliciter ſub eâ appellatione, quia filius, ſecus ſi reſpectu alterius qualitatis ut dictum eſt ſupra per l. ult. C. de natur. lib; ſed hîc filius non excludit filiam ideò quia filius ſimpliciter, ſed quia filius maſculus; ſed iſta qualitas, maſculus, non tranſit in neptem, ergo apparet quod in eâ non tranſit legis diſpoſitio, & non poteſt aſſumere locum patris.

I. Huic authoritati ſat erat reſpondere eam doctri- 193 nam

nam Bartoli communiter reprobatam eſſe, ut conſtat ex Baldo ac aliis relatis ſupra *n.*166. ſpecialiúſque atteſtantur Paul. Caſtr. *in l. maximum vitium C. de lib. præt. n.*2. *cujus verba retulimus loco citato*; *Pariſ. conſ.*41. *n.*81. *lib.*3. *& poſt multos Tiraq. de jur. primog. d. q.*14. *n.*4, atque ita reprobata, à nobis ſequi non debet, imò contrarium; ut jam
194 adverti *n.*184. ſed quia (ut ibi dixi,) non patimur quod pars adverſa habeat pro ſe, (vel in minimo) Bartolum, quamvis reprobatum communiter, II. Reſpondemus, Bartolum ibi agere de ſtatuto particulari, quod excludens filiam à paternâ hæreditate eſt contra jus commune *in l. maximum vitium C. de lib. præt*; atqui verba ſtatuti contra jus commune, debent intelligi in ſignificatione propriâ, verè & ſine aliquâ umbrâ fictionis, ut eſt vulgare *per l.*3. §. *hæc verba in* 2; *ubi gloſa margin. ff. de negot. geſt*; *notat poſt alios Burſat. conſ.*12. *n.*54. *lib.*1; ergo rectè inquit idem Bart. quod verbum, *filius*, productum à dicto ſtatuto, cum ſignificatione maſculi, non intelligitur de nepte ex filio; in hanc enim non tranſit maſculinitas verè, & propriè, ſed per beneficium Repræſentationis; nos verò ſumus in diverſo caſu, ubi fœmina non excluditur à maſculo per ſtatutum particulare, ſed per jus commune, quod ad rem indiviſibilem (quale eſt regnum *cap. imperialem* §. *præterea de probib. feu. alien. per Freder.*) præponit maſculum ejuſdem lineæ, & gradus, *arg. l. ult. ff. de fide inſtr*; & iſtud jus commune intelligitur ſecundùm ſe ipſum concedens etiam
195 ſexum in Repræſentatione, ut eſt probatum. III. (Et hæc reſponſio tollit omnem ſcrupulum, quia omninò adhæret ipſiſſimæ rationi Bartoli,) illa ſtatuta excludunt filias ſtantibus filiis maſculis, ut agnatio conſervetur; prout

conſtat

conſtat ex tenore ipſorum relato per Socin. junior. *ante princip. conſ.*1. *lib.*1: cùm ergo per fœminam non conſervetur agnatio, *ad l. pronuntiatio* 195. §. *fin de verb. ſign*; ideò dixit Bart. neptem ex filio non frui maſculi prærogativâ, quia verba requirentia maſculũ ſunt accipienda propriè,& naturaliter,non impropriè, & civiliter(ut eſt in Repræſentatione) *l. ult. C. de his qui ven. æt*; quam rationem clarè aſſignat. Socin. *d. conſ.*1. *n.*58; ibi: *Quia per eam non poteſt conſervari honor agnationis, & cippus domus*; pro quo *n. ſeq.* allegat Bart. *in d. l. liberorum*, quem etiam eodem modo intelligit Molina *d. lib.*3. *cap.*8. *n.*8. Nos verò loquimur de Regno in cujus inſtitutione populus ſibi ſoli conſulens non egit de aliquâ agnatione conſervandâ, imò, (ut vidimus *cap.*3. *n.*7, & 8,) fœminam ad ſucceſſionem admiſit, ſervatâ ſolâ præcedentiâ maſculi ejuſdem lineæ, & gradus, juxta ordinarium jus *de quo n. præcedenti*, igitur ſtante diſparitate caſus & rationis, non poteſt applicari illa doctrina Bartoli.

Ex eâdem diſparitate applicari non poteſt alius Bartoli locus *in l. cum avus n.*4. *de condit. & demonſtr.* qui habet ſic:

Rogo filium quod reſtituat ſi deceſſerit ſine filiis maſculis; an ſubintelligatur vel fœminis? videtur quod ſic per hanc l. & ſimiles; contrarium puto, quia ex eo quod voluit maſculos excludere ſubſtitutos, videtur voluiſſe quod fœminæ excluderentur, arg. ſupra eod. l. cum ita.

Conſonant *Socin. ibi n.*81; & *Gregor. Lopez in l.*3. *tit.* 196
13. *p.*6. *verbo, mugeres, col.*7. *in* 10. *quæſt.* Diſparitas inquam eſt quod in noſtrâ ſucceſſione regni non habetur reſpectus ad agnationem, *ut n. præcedenti*; at in caſibus, de quibus ſupradicti, diſponens *maſculinitatem, & agnationem conſiderare*

conſiderare voluiſſe cenſendus eſt, ait Molin. *d. cap.*8. *n.*8, & 10. *ad fin.* Scias tamen etiam in hoc caſu Bartoli, communiorem opinionem eſſe pro nepte, atteſtante *Alciat. lib.*2. *reſp. conſ.* 39. *conſideratis n.*1, & 2; *ex Alex. conſ.*38. *lib.*6, & *Cor. conſ.*230. *lib.*3; ſed ne contrarii unum etiam reprobatum Doctorem pro ſe habeant diverſificavi terminos.

Sic etiam Joan. Faber *in* §. *cæterum de leg. agn. ſuc. poſt. med. verſ. item in eo,* dum pro patruo excludit neptem, agit de Baroniâ dans particularem rationem: *quia fœmina non ſuccedit extantibus maſculis etiam remotioribus, in feud. de ſuc. feud. c.*1; *de benef. fœm. c.*1; & *ſic videtur quod mulier ſit hîc probibita ſuccedere in Baroniâ, & non ſuccedit extantibus maſculis.* Proſequitur idem in alio caſu quem dicit frequentem in regno Galliæ, concludendo & *communiter tenetur quod filia de conſuetudine repellitur.*

Alii item pro eâdem parte allegari ſolent de quibus meminerunt Tiraq. & Molina citati ſupra *d. n.*155; ſed (ut breviter totum dicamus) ipſe Molina *d. cap.*8. *n.*8, 9, & 10. oſtendit neminem eorum loqui in caſu noſtro, ſed in priori membro diſtinctionis quam propoſui *n.*157; finitque ita: *quorum opinio in prælatione maſculorum ordinariâ procedere poſſe non videtur:* Cùm igitur Catholicus Rex, ex ſententiâ hujus graviſſimi Doctoris ejus legati pro ſucceſſione Luſitaniæ, neque unum Doctorem in hoc puncto pro ſe habeat, mirandum ſanè eſt quod ſui in illo inſiſtant.

Vide meliorem Doctorē Regis Caſtellæ concludentem contra illum.

97 Ex his ſubſequitur reſponſum ad exemplum è quo argumentabatur *n.*156; cùm enim *n.*142. jam conſtiterit fœminas ad Aragoniæ Coronam prorſus judicatas eſſe inhabiles,

Reſpondetur exemplo.

biles, nil mirum ſi à quolibet excludantur maſculo, ut etiam ſit in Galliæ Coronâ.

Ergo jam ſit evidens, in Repræſentatione, ordinariâ 198 ad ſucceſſionem regnorum, ſpecialique ad ſceptrum Luſitanum, conceſsâ nepotibus ex fratribus ſive inter ſe ſolos concurrant, ſive cum patruo, filiam repræſentare patris gradum, ſexum, ac cæteras qualitates, quod cùm infallibiliter evincant rationes, textus, Doctores, & exempla relata, ad excludendum patruum, à fortiori convincitur ad repellendum amitæ filium, qualis erat Philippus; pro quo ita vanè argumentatur, ut ejus pars (quod eſt mirabile) nec uno patrocinetur Doctore, ut ex teſtimonio ſui Molinæ notavimus *n.196. in fine*.

Objectiuncula adhuc pro Caſtellano Rege contra Repræſentationem.

Objectiuncula pro Philippo.

Addit Ant. de Fuerres Biota *in Antimanif. art.7. poſt* 199 *med. pag.127.* pro Rege Philippo: *Repræſentatio non habet locum quando pater moritur antequam hæreditet cognatum, ita in l. Gallus 29. §. & quid ſi tantùm ff. de lib. & poſthum; Bart. in l.1. §. fin. ff. de collat. bon; l. 1. §. ſi ſit nepos ff. de collat. dot; l.1. §. ſi ſit filius ff. de conjung. cum emancip. lib. ejus. Argentr. ad conſuet. Britan. art.567.n.8; & alii plures; D. Eduardus mortuus eſt 20. Octobr. 1540, atque ita 37. ann. circiter, priuſquam D. Henricus ſuccederet in Regno; ergo D. Catharina non potuit venire repræſentando ſuum patrem.*

Repræſentationem non habere locum quando pater moritur antequam hæreditet cognatum

Reſpondetur.

Nego maiorem; imò Repræſentatio non poteſt ha- 200 bere locum niſi quando pater moritur antequam hæreditet cognatum.

Probatur

201 Probatur ratione; quia ſi pater jam hæreditaſſet cognatum, ageretur de hæreditate ipſius patris, ad quam filius, ſine Repræſentatione aliquâ, intraret ex ſuâ ſolâ perſonâ tanquam filius, nec patruus tranſverſalis aliquam faceret competentiam, rationem hanc poſſet Biota adiſcere à Molinâ *de primogen. lib.3. cap.6. in princ*; ubi eam præmittit ad docendum ignorantes, & optimè declarat in verbis referendis, *c.*10. *n.*17.

Repræſentationem tunc ſolùm habere locum quando pater moritur antequam hæreditet cognatum

Probatur ratione.

202 Probatur textibus in *Auth. de hæred. ab int. ven. in* §. 1. *coll.* 9; ibi: *tantam de hæreditate morientis accipientes partem quanticumque ſint, quantam eorum parens, ſi viveret, habuiſſet*; & iterùm *in* §. *ſi igitur* 2. *verſ. ſi autem*, loquens de tranſverſalibus: *tantam ex hæreditate percipient portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet*; denique ex omnibus textibus allegatis *n.*5.

Textibus

203 Probatur authoritatibus non ſolum Molinæ proximè citati, ſed omnium Doctorum *ſupra n.*29, qui omnes clarè loquuntur de caſu quo pater deceſſit priuſquam deceſſiſſet ille de cujus ſucceſſione agitur; & ad hoc tendunt omnes rationes hucuſque propoſitæ ab utrâque parte, quæ aliàs ineptiſſimæ forent. Quod declaravit in ſucceſſione Regni lex Caſtellæ 2. *tit.*15. *p.*2. relata ſup. *n.*30. ibi: *ſi filius maior moreretur antequam hæreditaret, &c.* quæ noviter hoc non diſpoſuit, ſed affirmat eſſe de jure communi, & totius mundi practicâ, ut ibidem notavimus ex ipſius verbis cùm Doctoribus Caſtellanis. Idem quoad maioratus particulares expreſſit *l.*40. *Tauri* relata ſup. *n.*164, ibi: *repræſentent perſonam parentum, etiam ſi parentes non ſucceſſerint in prædictis maioratibus*; quod ſimiliter de novo non conſtituit, ſed ſecundùm jus commune loquitur, ut conſtat ex Ant. Gom.

Authoritatibus.

ibidem n.65. per totum. Nec putes, legem illam hoc exprimendo voluiſſe dubium aliquod (etiam minimum) juris communis tollere; ſolùm enim enuntiavè loquitur, & *facti accidentiam, non juris miniſterium denotavit*, ut aliàs ſuper quâdam gloſâ dixit Bart. *in l.1.* § *ſi is qui, in fine ff. de collat. bon.*

Exemplis Probatur denique exemplis adductis ſupra tam à Caſtellanis *ex n.*18, quàm à Luſitanis *ex n.*31. 204

Reſpondetur adductis in contrarium. Nec probatur contrarium per allegata ſupra *n.* 199. nam *in l. Gallus* 29.§.*& quid ſi tantùm* nec verbum de hoc agitur, ſecundùm meos codices, & alios quos conſului; fortè diverſos habet Biota, ut aliàs ob ejus extraordinarias doctrinas jam præſumpſi; quin imò Bart. *ibi n.*11. ſcribit pro nobis verba relata ſupra *n.*185. Etiam in Bart.(quem allegat) *in l.1.* §. *fin. ff. de collat. bon*; nec verbum de hoc invenio, unde tandem concludo Biotam, & reliquos advocatos Caſtellani peregrinis codicibus frui, qui forſan continent leges illas pro Caſtellæ Regibus ſpeciales, de quibus memini *n.*32, *&* 143. Iterùm idem Bart. (ab eo quoque allegatus) *in l.1.* §. *ſi ſit nepos de collat. dot.* ait ſic. 205

Iſti nepotes ex perſonâ ſuâ ſuccedunt, non ex perſonâ patris eorum, cui non fuit delata hæreditas, & nepotes conferunt ex perſonâ ſuâ.

Et *in l.1.* §. *ſi ſit filius de conjung. cum emancip. lib.* ita inquit:

Non intelligas quod ex perſonâ patris fiat ei collatio, ſed ex perſonâ ſuâ, quia jus collationis non quæſitum, non tranſit ad hæredem. l.1. §. *ibidem ſupra de collat. bon.*

His ergo locis non negat imò concedit Repræſentationem, ut declarat proximo loco inferiùs ibi: *quia ambo*

unam

unam perſonam repræſentant l. ſi nepos ſupra de collat. bon; ait tamen in eâ filios intrare ex perſonâ propriâ, ex quâ doctrinâ ad aliud formarunt argumentum iidem advocati contrarii *hoc cap. n.*152; cui reſpondi *ex n.*184. quod ibi videri poteſt. Denique ad allegatum *Argentr.* quia eum librum non invenio, ſolùm reſpondere poſſum, eſſe impoſſibile quod tale dicat, ſi ſit Author cui ſatisfacere oporteat.

206 Tandem ipſe Biota, ni ſecundus eſſet Caramuel, meminiſſet, ſe ipſum paulò antea *in eodem art.7. ad princip. pag.*86. definiiſſe ſucceſſionem filii, de quâ contendimus in hunc modum: *Privilegium naturæ per quod filius, vel nepos ſubingreditur locum defuncti ſui patris, & capit portionem vel partem quam ille, ſi viveret, eſſet percepturus ex bonis decendentis cognati*; quid igitur tam citò ſui oblitus arguit quod filius intrare non poteſt in eo quod pater vivus non habuit? Reſpondebit ſe dixiſſe in eodem loco, illud non eſſe Repræſentationem ſed ſubingreſſionem, vel præoccupationem, cui ego jam reſpodi *n.*59. quod ſi dat nobis effectum non curamus de nomine. Certè Biota iſte audivit gallum cantantem, ſed neſcit ubi; audivit patrem non poſſe tranſmittere in filios jus hæreditatis viventis, ut diximus *cap.6. n.*13, & 17. *cum ſeqq*; Sed ignorat differentiam inter ordinarium jus Tranſmiſſionis, & ſpeciale jus Repræſentationis, quam inculcat Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.*65 *verſ. ſextò in princ. junctis verbis poſt principium, ibi: primò quia certum eſt, &c.* ubi præponit nepotem patruo non ex Tranſmiſſione, ſed ex Repræſentatione, declaravi latiùs *d. cap.6. n.*18, & 24. ibi inveniet Biota filum qui eum ducat extra laberinthum ſui intellectus.

Vide advocatum Caſtellanum ſibi contradicentem.

Alia

Alia objectiuncula ſuperveniens pro Rege Caſtellano adverſus ſupra reſoluta.

Alia objectiuncula.

Nota diſcordiam advocatorum Caſtellani.

Sæpius oſtendi advocatos Regis Caſtellæ adhuc non concordaſſe in fundamentis ipſius ad prætendendam Luſitaniæ Coronam; ſcripſerunt olim pro eo aliqui; poſtea Caramuel methodo novo; hunc dudum reprehendit Biota, & ecce noviſſimè dum hæc imprimerentur pervenit ad manus meas libellus cui titulus: *De ſucceſſione Regni Portugalliæ diſſertatio juridica; Authore R. H. juris civilis Doctore Anglo:* qui novam aſſumit viam reprobans quas ſui coadvocati ſequuti ſunt adhuc. 207

Objectiuncula continet duas partes.

Vis ejus diſſertationis (ſatis quidem confuſæ, & inuſitatis loquendi terminis ventilatæ,) conſiſtit in duobus; unum Repræſentationis jus non dari in ſucceſſione Luſitaniæ; alterum quod, quamvis daretur, ſemper maſculus deberet fœminam cxcludere. 208

Prior pars objectiunculæ.

Quoad prius, magis verſatus in Anglicano jure quod deſcendit à Normandis, quàm in Romano quod fluxit à Lacedemoniis, & Athenienſibus; adducit ex Imperatoriis legibus aliqua argumenta eorum quæ ſæpiùs oggannïverunt dicti advocati; in hoc autem differt quod minùs probationibus exornet; vix enim invenies ab eo citatum textum, aut Doctorem pro ſubſtantiali puncto, niſi *Grotium*, ac *Gudelinum* (profectò non ex elegantioribus,) &, quod eſt facetum, nudâ alterutrius authoritate non dubitat pauper homo, *n.* 9, 15, *& ſæpè alibi*, reprobare inſignem Emanuelem da Coſta, atque alios hujus claſſis.

Aerea eſt

Cunctis quæ blaterat patet reſponsũ in ſupradictis, dabo tamen hîc ſpecialiùs ad aliqua. I. *n.* 18. *in princ.* (ex ante- 210

cedentibus

cedentibus ita bonis, ut ſequentem conſequentiam producant,) concludit: *Dicimus denique beneficium illud Repræſentationis in feudis, & maioratibus indiviſibilibus locum non habere, ni in eorum erectione admittatur*; concluſionem illam didicit à decantato Caramuele (quem citat aliquando) *in Philippo lib.*5. *diſput.*8. *q.*2. *art.*2. cui titulus: *Repræſentationem excludi à maioratibus, ni in eorum erectione admittatur*; proſequitur ad regna *art.*3; quàm verè Caramuel hoc docuerit prædicat ejus notum judicium, & juris cognitio, poteſt tamen Deo gratias agere, quod jam habebat diſcipulum; ſuperfluum eſſet pro juriſperitis, poſt dicta *à n.*20, morari ampliùs in hoc illudendo. Nec quidquam evincunt particulares mores aliquarum provinciarum qui in eis tantùm, contra commune, jus conſtituunt particulare, ex dictis *cap.*3. *n.*18.

211 II. Supradicto *n.*18. (ut eum ſumat in elencho ad princ. libri *n.*14.) arguit: *Repræſentationis beneficium, ut cumque à jure civili Juſtineaneo, vel à jure feudali recipitur, non tamen in regnis aliis admiſſum cenſeri debere, niſi in legibus eorum fundamentalibus admiſſum, & approbatum ſit,--- ideóque Luſitanis incumbere probationem, an, quouſque, & quibus in caſibus apud eos receptum ſit.* O egregium Anglicanum Doctorem! putat diſputationem præſentem eſſe de Regno Angliæ, ubi idem eſt allegare leges juris communis Juſtinianei, ac leges Japoniæ. Amice, ſcias quod agimus de Regno Luſitaniæ, ubi eſt lex expreſſa quod jus commune Imperatorum ſervetur, ni fuerit revocatum per legem Regni particularem; vide in prologo; unde in Luſitaniâ qui habet legem Juſtiniani vicit cauſam, & contrario incumbit probare eam eſſe revocatam; & dum ignoras

ras Luſitaniæ leges ne de cauſâ Luſitaniæ loquaris, quia *turpe eſt patritio, & nobili, & cauſas oranti jus in quo verſatur ignorare*; ut dixit Quintus Mutius *relatus in l. 2. §. ſervius ff. de orig. jur.*

III. In *n.* 24. agens de legibus Luſitaniæ particularibus, & ſe remittens ad ea quæ dixerat *n* 8, inquit; legem Lameci 4. relatam ſupra *Proœm.* 2. §. 2. *n.* 42. *verſ. ſi fuerit mortuus*, excludere Repræſentationem; hoc autem argumentum eſt idem propoſitum *hoc cap. n.* 74; & 89; cui aſſignatum eſt reſponſum *n.* 90, & *ſeq.* per Biotam Caſtellanum advocatum, cui addo *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 29; igitur dum iſti coadvocati inter ſe pugnant, tranſeamus ad inſtantiam Angli, quæ *n.* 12. habet; in legibus illis vocari ad ſucceſſionem primum filium Regis, & hoc mortuo in vitâ patris, ſecundum; ſed *legiſlatores Luſitanos caſum hunc, ſi filius præmortuus habuerit liberos, de induſtriâ, & ex propoſito omiſiſſe*, dixerat *n.* 9, & repetit *n.* 24; ſed ſi eſt caſus omiſſus, quid inde? infert, non datur Repræſentatio; proba illationem; *d. n.* 12 probat ita: *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, lex nil juris ſtatuit liberis filii præmortui, ideò de illis & nobis ſilendum eſt*; ſatis rudè interpretaris leges; audi tx. *in l. non poſſunt* 12. *ff. de legib.* Julianus I. C. *Non poſſunt omnes articuli ſingillatim aut legibus, aut ſenatuſconſultis comprehendi*; idem inquit Ariſtoteles *lib.* 1. *polit. cap.* 9; quid igitur in caſu omiſſo fiendum? proſequitur tx: *cùm in aliquâ cauſa ſententia eorum* (ſenatuſconſultorũ, vel articulorũ) *manifeſta eſt, is qui juriſdictioni præeſt ad ſimilia procedere, atque ita jus dicere debet*; procedit Vlpian. *in l. ſeq.* Item *caſus omiſſus* 213 *remanet in diſpoſitione juris communis*, aiunt Bart. per tx.

Vide Caſtellani coadvocatos inter ſe pugnantes

212

ibi

ibi *in l. ſi extraneus* 6. *de condict. cauſ. datâ, & marginalis per tx. ibi in l. commodiſſimè* 10. *de lib. & poſth*; ſed jus commune in tali caſu dat Repræſentationem, ut ſupra *n.*5, *& ex n.*20, ergo ex tuo antecedenti ſequitur intentum noſtrum; hoc ut tuo è gladio juguleris; genuina enim interpretatio eſt propoſita *ex d.n.*90; & tandem recordare, quod *ſcire leges non hoc eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem,* ait tx. *in l. ſcire* 17. *ff. illo tit. de leg*; unde *non dubium eſt in legem committere eum, qui, verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem*; (ut facis) *l. non dubum* 5. *C. eodem*.

214 Ad probandam objectiunculæ partem alteram propoſitam ſup. *n.*208, noviter intendit *n.*9, *&* 13. *cum ſeqq.* fœminas excludi à ſucceſſione Luſitaniæ dum ſunt maſculi ex ſtirpe Regiâ etiam in remotiori lineâ, & gradu, ait itaque quod ſi ſit unica filia Regis ultimi poſſeſſoris, non ſuccedet, ſed remotus cognatus; (ſi probet erit magnus Apollo.) Imprimis vult probare de jure communi per exemplum feudorum, ad quæ non admittitur fœmina dum maſculus ſupereſt remotiſſimus; ſed quæro ab iſto Doctore ubi invenit hanc argumentandi formam ita rectam ſicut cauda ſuina? Valaſc. 1. *p. de jur. emphit. q.*39. *n.*19. oſtendit de feudo ad alias ſucceſſiones nullũ poſſe fieri argumentum, *cùm jura feudorum* (ait) *ſint quædam conſuetudines locales, & ſingulares, ac proinde vim legis non habeant, niſi in materiâ feudali, nec in aliâ materiâ deciſivè allegari poſſunt*; neque dicit ex ſe, ſed ex *Bart*; *Salycet*; *Jacob. Belovi*; *Bald*; *Alvarot*; *Jaſ*; *& cæteris quos ſpeciatim citat Doctoribus*, concludens quod *tunc demum de feudo licebit argumentari quando feudalis deciſio cum jure communi convenerit*,

Poſterior pars ejuſdem objectiunculæ.

Inepta eſt

aut

aut ultra jus commune aliquid ſtatuat, ex juris tamen communis rationibus ; alioquin ſi per leges feudorum contra jus commune aliquid ſtatutum fuerit, non procedet argumentum,--- & tunc magis à ratione & naturali juſtitiâ, quàm à lege; allegat *Alex*; *Jaſ*; *Socin. jun*; *Peralt*; *Everard*; *Cov*; *& alios*: Sed fœminam excludi à feudo per maſculum remotiorem eſt contra jus commune, ex his quæ Molin. Doctor Regis Caſtellæ, *de primog. lib.3. cap.4. per tot.* & ſpecialiter in Regni ſucceſſione *n.3. ex Cyn*; *Bald*; *Yſern*; *Joan. Andr*; *Abb*; *Archidiach*; *Angel*; *Dec*; *Socin. jun*; *Tiraq*; *& aliis innumeris*; ergo, idem eſt argumentum noſtri Doctoris, ac arguere de cygno ad corvum.

Deinde vult probare legibus Luſitanorum; adducitque legem Lameci 6. *relatam in* 2. *proœm.* §.2. *n.*42. *verſ. ſi Rex Portugalliæ*, cujus hæc verba: *Si Rex Portugalliæ non habuerit maſculum, & habuerit filiam, iſta erit Regina poſtquam Rex fuerit mortuus*: inquit ille: *non ad ultimum poſſeſſorem relinquentem unicam tantùm filiam reſtringendum eſt; ſed ita ampliandum, ſi nullus extet hæres maſculus à primo prædeceſſore lineâ maſculâ deſcendens.* Ita *n.*9, *& adſtilatur ex n.*13; quis non miratur inauditam interpretationem? ſed neque probat textu, neque Doctore; & dum non oſtenderit Areſtum Parlamenti Angliæ quo eum declaret textum pro univerſo orbe, poſſumus reſpondere, quod, dicit ita benè ſicut Aſinus volat. 215

Prætereo alia prorſus inepta quæ ille Author ſcribit, non enim veniunt ad propoſitum; tangam aliqua in ultimo cap. hujus primi libri. 21

CON-

CONCLVSIO.

217 Et per hæc excluſus eſt D. Philippus à D. Catharinâ; quia, cùm ageretur de ſucceſſione Henrici patrui, Catharina repræſentans Eduardum patrem, præcedebat Philippum, ſicut Eduardus eum, & matrem ejus Eliſabetham præcederet, ſi viveret; evidens eſt *n.*5.

Quod jus Repræſentationis eſt ordinarium in ſucceſſione omnium regnorum, oſtenditur *ex n.*6, *maximè n.* 26. *uſque ad* 71.

Et ſpecialiter procedit in Luſitaniæ Regno; patet *ex n.*72. *maximè n.*80, *cum ſeqq. uſque ad* 108.

Æqualiterque militat ſive concurrat nepos cum patruo, ſive (ut in noſtro caſu) ſoli nepotes inter ſe; apparet *ex n.*109. *maximè n.*118. *uſque ad* 146.

Denique repræſentat non ſolùm patris gradum, ſed & ſexum, & ætatem, & omnes qualitates cum perſonâ; demonſtratur *ex n.*147. *maximè n.*157. *uſque ad* 198.

Neque obſtant objectiunculæ aliquæ deſtructæ *ex n.* 199. *uſque ad hujus capitis finem.*

CAPVT. X.

Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur ſecundò à ſereniſſimâ Catharinâ ex prærogativâ melioris lineæ.

NON unicâ viâ præponebat jus Catharinam Philippo in ſucceſſione de quâ agimus, ſed plurimis, qua-

rum unaquæque ſufficeret. Quando igitur non ſatis eſſet Repræſentatio ad oculum demonſtrata præcedenti capite, aderat lineæ prærogativa, quæ oſtenditur ſic.

Quomodo conſtituentur diverſæ lineæ.

I. Eſt præmittendum quemlibet poſſeſſorem Regni, maioratus, vel alterius rei, eſſe ſtirpem, ſive truncum tot linearum, quot filios, vel filias habuit; nam unuſquiſque horum eſt caput novæ lineæ quam conſtituit in liberis ſuis deſcendentem patri ſuo, & tranſverſalem ſuis fratribus; ita optimè probat tx. *in cap. ult. de conſang. & affin*; ibi: *per aliam lineam deſcendentium ex eodem:* notat gloſa 2. *in cap. quod dilecto* 3. *eodem tit.* ibi: *Hic ergo habes duas lineas deſcendentes*, &c. inquit Paul. Caſtr. *conſ.* 164. *n.*4,*&* 5, *lib.*2. clariùs ex Nello reſolvit Pelaes Doctor Caſtellanus *de maiorat.* 2. *p.* *q.*7. *n.*13. *in antiq*; ſupponit pro certo Epiſcopus Covarruv. Caſtellanus etiam *pract.* *q.*38, *n.*12, diverſas has lineas agnoſcit Molina (qui fuit legatus Philippi 2, pro ſucceſſione Luſitaniæ) *lib.*3. *cap.*6. n.31. ibi: *ideoque dum aliquis ex lineâ primogeniti ſupererit, nec ſecundogenitus, nec etiam alius ex ejus lineâ procedens ad maioratus ſucceſſionem admittendus erit*; fatetur Biota modernus advocatus Philippi 4, in Antimanif. *art.*9.*poſt princ.pag*.155. ibi: *Quamvis ſint multi filii unius patris, quia unuſquiſque eorum conſtituit ſuam lineam diſtinctam, & ſeparatam ab aliâ*; ad quod citat Scobar. *de purit, ſanguinis* 1. *p.* *q*.4. §.1. *n*.44. Fatetur etiam ejuſdem Regis advocatus Anglus verbis referendis infra *n.*10. *verſ. Henrico*, & ita loquuntur omnes DD. inferiùs citandi, & eſt communiſſimum, diſcurſui apparens, & rationi conſentaneum. 2

Regnum, vel maio-

II. Defuncto dicto patre ſtirpe, ſeu trunco, regnum 3

num vel maioratus ex naturâ ſuâ venit ad filium primogenitum, (quem diximus caput primæ lineæ) ſi ſupervivit; de quo latè *Tiraq. de jure primogen. in præfat. à n.*3; *Molin. d. lib.*3. *cap.*1. *per totum*, & eſt indubitatum. *tus venit ad primogenitum ſi ſupervivit.*

4 III. *Si in vitâ parentis ipſe moriatur ad nepotem ex filio primogenito, & ejus deſcendentibus maioratus ſucceſſio deferenda ſit*, verba ſunt Molinæ *d. lib.*3. *cap.*6. *n.*29. citans *n.* 30, & 31. in eandem ſententiam, *Bald. in l. cum in antiquioribus n.*11. *verſ. nonò C. de jur. de liber. Paul. Caſtr. d. conſ.* 164. *n.*4, & 5. *lib.*2; *Præpoſit*; *Socin*; *Dec*; *Menchac*; *Alex*; *Peralt*; *atque alios*; repetit *n.*50. probantque *Covarruv*; *Gom*; & *Tiraq. referendi ſtatim.* Ratio hujus rei non eſt (ut putavit Molina *ibi*, & *n.*37, *ac in aliis locis*) quòd primogenitus habeat jus primogenituræ ut illud tranſmittat in ſuum primogenitum, & iſte ſimiliter in alium; hoc enim non poſſe fieri oſtendi *cap.*6. *ex n.*17; ſed eſt jus pertinens toti lineæ; quoniam *qui in aliquâ re, vel ſucceſſione vocavit filium, vel nepotem, & in eâ prætulit alteri filio, per conſequens, & eâdem ratione videtur vocare, & præferre omnes deſcendentes ex eo, & poſtquam aliquem filium, vel deſcendentem elegit, aliis videtur etiam præferre omnes nepotes, & deſcendentes ex illâ perſonâ, & lineâ*; *ergo cùm in noſtro caſu, & quæſtione præferatur filius maior, per conſequens debet præferri nepos, & deſcendens ex eo, & generaliter ejus linea*; ita ratiocinatur Ant. Gom. *in l.* 40. *Taur. n.*66. *verſ. ſextò poſt med*; idem latiùs expendit Tiraquel. *de jur. primogen. q.*40. *n.* 94, & 95. confirmans (ſicut etiam confirmant *Molin. d. cap.*6. *n.*32, & *Gom. ubi prox.*) per txs *in l. cùm avus de cond. & dem*; *ac concordantes*, quorum regulam oſtendit æqualiter procedere in diſpoſitione *Si primogenitus præmoritur, ejus deſcendentes ſuccedunt.*

5

ſpoſitione

ſpoſitione legis, ac diſpoſitione hominis, ut diximus *cap.9. n.28.* ubi vide; eandemque rationem dilectionis lineæ conſiderat Covarruv. *pract. d. q.38. n.12. verſ. quod ſi,* ibi: *Nec unquam ſecundogenitus admittatur donec linea primogeniti, quem prædilexit, defecerit; hæc etenim eſt vera, ac propria regula interpretandi teſtantium, & aliorum diſpoſitiones, nempè juxta naturam rei, materiam ſubjectam, & juris regulas --- nam ſecundogenitus cenſetur vocatus poſt primogenitum, & ejus liberos, vel, primogenito mortuo abſque liberis.* Fatetur idem in Regno Luſitaniæ ſpecialiter ſecundùm leges Regni ejuſdē ille Fuertes Biota advocatus Regis Caſtellæ *in d. Antimanif. Luſit. art.7. poſt med. pag.*111. in verbis relatis à nobis *ſup. cap.9. n.90.* ubi videmus hanc ſubſtantiam, quamvis rationem explicare neſciat. Quæ autem ſit differentia inter hunc titulum lineæ, & alium Repræſentationis de quo egimus præcedenti capite, apparebit in præſenti, *n.9.*

Succeſſio non exit ex lineâ inquam intravit, dum aliquis ſupereſt ex eâ.

IV. *Quoties ſucceſſio ad unam lineam devenit non debet fieri tranſitus ad aliā, niſi deficientibus omnibus his qui ex illâ lineâ proceſſerint*; inquit Molin. *d. cap.6. n.32*; & dixerat *eodem lib.3. cap.4. n.14.* affirmando communem ſententiam *ex Paul. ſup. n.11; utroque Socin, Præpoſit, Ruin, & Rolando*; pro quo ſolet allegari *cap.1. de nat. ſucceſſ. feudi*, ibi: *ad ſolos, & ad omnes qui ex illâ lineâ ſunt ex quâ iſte fuit, & cap.1. de ſucceſſ. fratr*; ratio cujus rei non ſolùm eſt, quod ea linea jam præ cæteris acquiſierit jus in ſucceſſione quam poſſidet, ſed etiam quia, cùm talis ſucceſſio in eam intraverit tanquam in magis dilectam *ex dictis n. proximo*, ea dilectionis cauſa ſemper adeſt dum aliquis ex eâdem lineâ ſupereſt. 6

V. Omni-

7 V. Omnibus ex eâ lineâ primogeniti deficientibus, recurritur ad proximum truncum, & eligitur linea melior earum quæ ſuperſunt; melior autem eſt quam fecit filius ſecundogenitus; hæc ex ſupradictis patent; nam ita ut ad ſucceſſionem vocatus, præpoſitus, & prædilectus fuit primogenitus, & conſequenter ejus linea *ut ſupra ex n.* 4; ita, poſt eum & ejus lineam, vocatus, præpoſitus, & prædilectus fuit ſecundogenitus & ejus lineâ ex ratione eâdem; ſic evincunt omnes ſupra citati; & ſignificat Covas in verbis relatis *ſup. n.*5; ibi: *Nam ſecundogenitus cenſetur vocatus poſt primogenitum, & ejus liberos, vel, primogenito mortuo abſque liberis*; fatetur iterùm de Luſitaniæ Regno ſpecialiter ſecundùm Regni ejuſdem leges d. Biota advocatus Regis Caſtellæ *in eo Antimanifeſto d. art.*7. *poſt med. pag.*111. in verbis quæ retuli *d. cap.*9. *n.*90; ibi: *Per ordinem, primogenitus primò, & hoc, ejuſque lineâ deficiente, ſecundogenitus, & ita cæteri.* Rectè inquit: *& ita cæteri*; quia, ſi etiam linea ſecundogeniti finiatur, recurretur ex eâdem ratione, ad lineam tertiogeniti, & ſic deinceps; ut item de jure, & conſuetudine Luſitaniæ eſſe declaravit Rex Joannes I, in teſtamenti verbis quæ retuli *cap.*9. *n.*92. *Finitâ unâ lineâ ſucceſſio venit ad meliorem ex aliis quæ ſuperſunt; & quæ ſit melior.*

8 VI. Poſt lineam meliorem quæ primò inſpicitur, *ſecundò conſiderandus eſt gradus, ut qui ſunt poſſeſſori magis conjuncti præferantur remotioribus. Tertiò conſiderandus eſt ſexus, ut inter eos qui ſunt ejuſdem lineæ, & gradus præferatur maſculus: Quartò conſideranda eſt ætas, ut inter pares lineâ, gradu, & ſexu, maior natu præferatur minori; quæ obſervationes mente tenendæ erunt ad primogeniorum ſucceſſionem, atque voluntatis inſtitutorum interpretationem; alibi namque hoc pacto diſtinctæ, atque declaratæ non invenientur;* *Inter eos qui ſunt ejuſdem lineæ, prævalet gradus, deinde ſexus, poſtea ætas.*

quamvis

quamvis enim Corn. conſ.199. n.38. lib.2. dixerit in feudo, in quo jure primogenituræ ſucceditur, conſiderandum eſſe primo loco gradum, ſecundo ſexum, tertio verò ætatem, omiſit primum quod de lineâ conſiderandâ dictum eſt; poteſt namque eſſe quod quis ſit ejuſdem gradus, & maior natu, non tamen ejuſdem lineæ, ideóque ab eo qui ex lineâ primogenitorum deſcendit excludendus erit. Hæc formaliter ſcribit d. Regis Caſtellæ pro hac causâ legatus Molina *citato lib.3. cap.4. n.14.* fatetur Caramuel ejuſdem Regis advocatus *in Philip. lib 5. diſp.8. in fine n.55.*

9 En linearum materia in ſucceſſionibus; & obiter notandum, inter jus Repræſentationis, & jus lineæ duplicem eſſe differentiam præcipuè; una, quod illud, ad ſuccendendum tranſverſalibus, non datur poſt fratres, fratrumque filios, *ut vidimus cap.6. n.8*; hoc autem uſque in infinitum; *ut apparet ex hic dictis.* Altera, quod illud dat Repræſentanti, qualitatem ſexus patris, *ut ſupra cap.9. ex n.157*; hoc verò nil circa ſexum tribuit, imò inter eos qui ſunt ejuſdem lineæ, ac gradus fœmina cedit maſculo, *ut n. præcedenti*; quod ex eo venit quòd in Repræſentatione ſuccedatur omninò ex perſonâ repræſentati *ut d. cap.9. n.161, 184,& 187.* at in lineâ ex perſonâ propriâ, quia ſcilicet ſuccedens eſt ex lineâ vocatâ, *ut hucuſque diximus.*

Differentia inter jus Repræſentationis, & lineæ.

10 Dicta belliſſimè applicantur caſui noſtro, & clariſſimè eum decidunt; nam (ut videmus *in arbore ante principium hujus libri*) truncus proximus poſſeſſor Regni fuit Rex Emanuel; hic habuit filios ſequentes, (prætereundo alios qui intempeſtivè ſine liberis ſunt mortui,) primò Joannem primogenitum; ſecundò Eliſabetham (primogenitam ex filiabus;) tertiò Beatricem (ſecundogenitam inter filias;) quartò

Dicta applicantur caſui noſtro ac eum decidunt.

quartò Ludovicum ſecundogenitum; quintò Henricum tertiogenitum; ſextò Eduardum quartogenitum; unuſquiſque horum filiorum, & filiarum fecit ſeparatè ſuam lineam, cujus ipſe fuit caput, juxtà dicta ſupra *n.*2.

Defuncto D. Emanuele patre, ſeu trunco, Regnum venit ad primogenitum Joannem juxta dicta *n.*3. & in ejus lineâ continuavit (per ſucceſſionem Sebaſtiani nepotis) juxta dicta *n.*6.

Defuncto ſine liberis Sebaſtiano, nullus extitit deſcendens ex dicto primogenito Joanne, atque ita finita eſt ejus linea; neceſſeque fuit recurrere ad proximum truncum, (ſcilicet Emanuelem prædictum,) ut eligeretur linea melior ex eo procedens; quæ quidem fuerat conſtituta à maſculo ſecundogenito Ludovico, juxta dicta *n.*7; hæc autem finita quoque erat, quia ex Ludovico non extabat legitima proles, *ut conſtat ex d. arbore, junctis quæ diximus cap.*4. *à n.*9; igitur opus fuit recurrere ad lineam tertiogeniti Henrici, juxta dicta *eodem n.*7. *in fine*, & cùm is tertiogenitus caput ſuæ lineæ adhuc viveret, meritò fuit Rex.

Henrico tertiogenito defuncto ſine ſobole, extincta fuit etiam linea ejus; & ecce eadem ratio cogit recurrere iterùm ad truncum, ac ibi quærere ex iis quæ ſuperſunt meliorem lineam; quæ illa? *quidem dicendum, Bragantam in potiori lineâ extitiſſe, à fratre enim deſcendebat, Philippus à ſorore*; ita reſpondet Anglus ille Caſtellani advocatus (quem *cap.*9. *n.*207. retuli) *in diſſert. juridicâ n.*1. *in fine*. Faſſuſque erat rationẽ ejus coadvocatus Biota *d. art.*9. *pag.* 155; ibi: *vir conſtituit linem virilem, fœmina fœmininam, quarum qualitas diſtinguitur per ſexum*, ac oſtenditur quia Eduardus quartogenitus proximè ſubſequebatur extin-

ctum tertiogenitum in vocatione, prælatione & prædilectione, juxta dicta *n*. 5, *&* 7.

Ex hac verò lineâ Eduardi quis eligendus? proximior gradu, ſive maſculus, ſive fœmina, ultimo poſſeſſori Henricò, ut reſpondet Caſtellani præcipuus Doctor *ſup. n*.8, atqui ei proximior erat Catharina neptis ex D. Eduardo fratre, ut eſt in confeſſo; ergo ad illam ſucceſſio pertinuit per ipſorum contrariorum doctrinam.

Quid contra hanc evidentiam arguent? audebunt ne iterùm negare quod jam ſunt faſſi? eos non piget; mirum quidem! 11

1 Objectio pro Rege Philippo.

Negabat Philippus adverſus textum, gloſam, tot Doctores, quid plura? adverſus ſuum Molinam, præmiſſum *n*.2, & dicebat lineam non poſſe incipere niſi ab illo qui ſucceſſionem occupat; *ut argumentatur d. Molina d. lib*. 3. *cap.6. n*.34. *per cap*.1. *de ſucceſ. feu. & cap*.1. *de ſucceſ. fr.* atqui Eduardus non occupavit, ergo non potuit lineã conſtituere; ſolusque Emanuel Rex poſſeſſor eam conſtituit, omneſque ejus deſcendentes dicuntur eſſe ejuſdem lineæ, *ut ex aliis proſequitur Molina*; & cùm inter eos, per matrẽ Eliſabethã, eſſet Philippus, non poterat inferior lineâ reputari. 12

Solvitur. per ipſum legatum Regis Caſtellæ pro hac cauſâ

Huic autem objectioni imprimis reſpondetur, allegatos feudorum textus nec in verbo minimo negare unumquemque filium poſſeſſoris, quamvis non poſſeſſorem, conſtituere ſuam ſeparatam lineam; ſed ſolùm probant quod poſtquam ſucceſſio intravit in lineam unius eorũ, non debet ab eâ exire dum illa non finitur; quod & nos propoſuimus per eoſdem txs *n.6*; cùm autem illa finita fuerit (ut in noſtro caſu) nil in talibus textibus adverſus nos dicitur. Deinde, ut convincantur Caſtellani proprio Doctore, ſatisfacit 13

tisfacit idem Molina Regis Caſtellæ præcipuus Doctor *eodem c. 6. n.* 35. inquiens: *Reſpondetur, quod aut quærimus de lineâ ultimi poſſeſſoris, aut de lineâ primogeniti; ſi de lineâ ultimi poſſeſſoris quæramus, non dicitur efficere lineam niſi ille qui in maioratu ſucceſſit; ſi verò quæramus de lineâ primogenitorum* (de hac quærimus) *is qui primò natus fuit illico jus primogenituræ acquiſivit, & lineam ſecundogeniti excluſit, lineam primogenitorum inter ſe, & illos qui ab ipſo deſcenderint conſtituens,* (in formâ *n* 5. à nobis declaratâ,) *ut ſuperiùs probatum eſt, idque præ cæteris, probat tx. in d. l.* 2. *tit.* 15. *part.* 2; *atque ſic neceſſariò intelligendum eſt in primogeniorum ſucceſſione, ne plura abſurda, atque inconvenientia ex hujus tam receptæ ſententiæ rejectione ſubſequantur;* proſequitur probando ex Bellamerâ *deciſ.* 723. *n.* 16. *verſ. accedo ad ſolutiones, Carolo Molineo, atque aliis.*

15 Inſtant: eſto, ut ait Molina, primogenitus, quamvis non poſſeſſerit, lineam conſtituat; at Eduardus nunquam fuit primogenitus, imò à multis præcedebatur, ut eſt notorium, igitur adhuc non probatur conſtituiſſe lineam. *Inſtantia.*

16 Facilimè ſatisfit, advertendo, quod quemadmodum Molina ait: *Is qui primonatus fuit lineam ſecundogeniti excluſit, lineam primogenitorum inter ſe, & illos qui ab ipſo deſcenderint conſtituens:* ſimiliter is qui ſecundonatus fuit lineam tertiogeniti excluſit, lineam ſecundogenitorum inter ſe & illos qui ab ipſo deſcenderint conſtituens, eodemque modo tertiogenitus lineam conſtituit excludentem lineam quartogeniti, & quartogenitus maſculus lineam quæ excludit illam ſororis quia fœminæ; hoc convicit rationis identitas, ex conſideratione de quâ ſupra *n.* 5, expensâ *n.* 7; ſed ſi adverſarii volunt magis ſpecialem authoritatem *Ei ſatisfit ex verbis ipſorum contrariorum.*

videant

videant verba Covarruv. relata *ſup. n.* 5. in quibus non primogeniti tantùm, ſed & ſecundogeniti lineam conſiderat, quinimò legant eundem Doctorem ſuum Molin. in verbis relatis *ſuperiùs n.*2. ibi: *Dum aliquis ex lineâ primogeniti ſupererit, nec ſecundogenitus, nec etiam alius ex ejus lineâ procedens ad maioratus ſucceſſionem admittendus erit*, conſulant Pelaes, & cæteros memoratos *d. n.*2; taceant denique ad conſpectum confeſſionis ſui coadvocati Biotæ tranſcriptæ *ibidem*, qui item *art.*7. *pag.* 112. clariùs ait: *Non eſt neceſſaria qualitas primogenituræ, ſufficit enim quod qui debet ſuccedere ſit ex lineâ derivatâ à trunco cui competebat ſucceſſio*: nec, in omnibus inconſtantes, jam negent, jam affirment.

Vide advocatos Regis Caſtellæ diſcordes inter ſe.

Verùm, (ut ſatisfaciamus uſque ad ſatietatem) 17
ſi aliqua primogeniti qualitas requireretur (quod abeſt) ad conſtituendam lineam, ſatis aderat Eduardo, ut fatetur à fortiori ipſe Molina, *eo lib.*3. *cap.*7; ubi poſtquam *n.* 1. dixerat: *In maioratus ſucceſſione ſolùm in eo caſu Repræſentationem filio concedendam eſſe, cùm ejus pater, ſi viveret, poſſet in maioratu ſuccedere*; addit *n.*4, declarationem: *Quæ omnia quando pater nullo tempore primogenituræ jus nec in potentiâ, nec in ſpe habere potuit, intelligenda ſunt; veluti ſi erat ſpurius, vel naturalis — vel aliter à maioratus ſucceſſione à tempore nativitatis excluſus fuit; ſecus autem ſi pater aliquo tempore jus primogenituræ ſaltem in ſpe, vel in potentiâ habuerit* — ſic erat in propoſito, Eduardus enim quamvis præcederetur ab aliis, tamen, cùm non eſſet incapax ſucceſſionis, jus primogenituræ ſaltem in ſpe, vel in potentiâ habuit; ergo quamvis nec poſſeſſerit, nec fuerit actu primogenitus, conſtituit lineam de jure quod in ſpe habebat, quæ, (ſpe ad effectum jam redactâ, quia ex fratribus ſenioribus

nemo

nemo extat) præcedit lineam fœminæ, quæ ſpem habebat remotiorem; *juxta dicta n.*10. *verſ. Henrico:* atque ita ex confeſſione ſuorum excludebatur Philippus.

18 Non poterant contrarii hoc non fateri; fatetur Biota *d. art.*9; ſed *ex pag.*156. fortè à Caramuele edoctus, pulchrè argumentatur; quod licet finitâ lineâ in quâ ſucceſſio erat, ad aliam meliorem recurrendum eſſet, & licet tempore quo lineæ, de quibus agimus, exierunt è Rege Emanuele, melior fuerit illa conſtituta ab Eduardo Catharinæ patre, quàm alia conſtituta ab Eliſabethâ matre Philippi, tamen tempore delatæ ſucceſſionis Philippus erat in meliori lineâ; cùm enim eſſet maſculus, & Catharina fœmina, linea Eliſabethæ à principio peior, jam inveniebatur melior, & linea Eduardi quæ fuerat melior, jam peior inveniebatur, quam transformationem probat ex ſolis uſibus feudorũ, in quibus ſtante maſculo ex fœminâ excluditur fœminâ ex maſculo. *2 Objectio pro Rege Philippo.*

19 Quinimò *pag.*157, addit: *quamvis Catharina veniebat ex maſculo, jam non erat ex lineâ ſui patris, ſiquidem naſcendo accepit lineam diverſam ab illo.* Proſequitur eam conſtituiſſe novam lineam fœmininam.

20 Huic autẽ delirio occurrendo memoro imprimis probationes à feudis eſſe ineptas, ut dixi *cap.* 9.*n.*214, & dicã *cap.* 11.*n.*12, ſpecialiúſque quoad ſucceſſionẽ fœminarũ, adverſus quas ſemper maſculus in qualibet lineâ, & gradu admittitur, *nõ enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione donec maſculus ſupereſt ex eo qui prius de hoc feudo fuerit inveſtitus.* Advertit tx. *in cap.*1. *de eo qui ſibi, & hæred. in uſibus feud. cum alijs notiſſimis,* manet ergo transformatio illa probata ſolâ *delirium eſt.*

21 Metamorphoſi Ovidii. At examinemus rationem; pro quo notandum, quod ſi ageremus de lineâ conſtitutâ à

Catharinâ,

Catharinâ, proculdubio ea fœminina eſſet; ſed Catharina quoad præſentem ſucceſſionem, nullam fecit, ſoluſque lineam fecerat Eduardus ejus pater, ut ſatis clarum manet *cap.6. n.4, & hoc cap. n.2.* Vlteriùs abſurdè loquitur Biota dicendo Catharinam eſſe in lineâ quam ipſa conſtituerat, cùm ipſe paulò antea *pag.154.* faſſus fuiſſet *quod linea nunquam incipit in patre, ſed in filio; quia pater eſt truncus, & radix, & cùm ſit tale, non pòteſt eſſe linea, quamvis linea habeat ibi originem; arbores quæ ſunt ad ſimitudinem lineæ, conſtant ex radicibus trunco, & ramis, & quod eſt radix non eſt linea, nec è converſo*; quomodo ergo, ſui oblitus, jam vocat Catharinam truncum, & lineam? certè ex propriâ confeſſione, & præcipuè ex ſupra notatis cogitur agnoſcere Catharinam eſſe in lineâ conſtitutâ ab Eduardo maſculinâ, & fœmineum ipſius Catharinæ ſexum non mutaſſe maſculam qualitatem lineæ, ut docet, Biotam confundens, gloſa *ult. in l. Gallus* §. *nunc de lege ff. de lib; & poſth;* ibi: *Is qui facit teſtamentum ita dicat: omnis virilis ſexus qui ei ſuus hæres futurus eſt, hæres eſto; & tunc etiam neptis ex filio videtur inſtituta,* (nota) *cùm ſit per lineam virilem; ſecus ſi ex filiâ, ut modò notavi,* quam gloſam ſequuntur *ibi Bald. col. fin; Paul. n.4, & 5; Alex. n.3; Iaſ. à n. 9. & communiter omnes, teſtibus Covar. in cap. Rainaldus in princ. n. ult. ad fin. de teſtam; & Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.6. n.37.* ac pro eâ ſunt txs. expreſſi *in l. lege verſ. hujuſmodi C. de legit. hæred. ibi: per virilem ſexum deſcendentes ſive maſculini, ſive fœminini generis ſint*; & in §. *cæterum Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* ubi eadem ponuntur verba.

Vide Caſtellanum advocatum ſibi contradicentem.

Nec fugit Biota inquiens procedere ſolùm in teſta- 22
mentis; nam generale eſt illud: *cùm ſit per lineam virilem;*

unde

unde procedere etiam in contractibus advertunt *margin. ad eandem gloſam, Marſil. ſingulari* 33; item procedere in diſpoſitione legis probatur *ex dictis cap. 9. n. 29*; imò ipſa gloſa circa diſpoſitionē legis loquitur; denique procedere in noſtrâ ſucceſſione maioratuum dicit communem regulam Caſtellanorum anteſignanus d. Molina, *ubi proximè ex Sigiſmundo conſ. 39. n. 14; Jaſ; Paris; Curt. jun; & utroque Socino.*
23 Minùs fugit dicendo illam gloſam affirmare neptem ex filio eſſe ex lineâ virili, in comparationem neptis ex filiâ, non idem affirmaturam ſi, ut in noſtro caſu, concurreret cum nepote ex filiâ; minùs inquam fugit: patet enim eò loci non agi de competentiâ, vel comparatione, ſed ſolùm de neceſſitate inſtituendi deſcendentes per lineam virilem, ne, ſui hæredes facti, rumpant teſtamentum inveniendo ſe præteritos: circa quod gloſa ait quod etiam neptis ex filio eſt ex lineâ virili, (ſecus neptis ex filiâ;) quæ generalis doctrina Biotam confundit, & ſi, ut ille delirat, neptis ex filio, ſtante nepote ex filiâ, non eſſet de lineâ virili, ſequeretur quod non deberet inſtitui, nec cõprehenderetur in generali inſtitutione, omnis virilis ſexus; ſed hoc non ſolùm eſt contra gloſam, ſed abſurdiſſimum, ergo & Biotæ antecedens; ſed cùm in eo tx. & gloſâ de difficilimis capitibus legis Velleæ tractetur haud mirum Biotæ caput ea capita non comprehendere, *intelligentibus leges loquuntur, nam homines groſſi capitis non intelligunt ſubtilia*; inquit Bald. *conſ.* 143, *aliàs* 144. *n.* 5. *vol.* 2, *aliàs conſ.* 477. *vol.* 4. Quare in noſtrâ eâdem ſpecie pro nobis Molina concluſionem ponit in verbis relatis ſupra *n.* 8.

24 Tandem ſi Biota inquit, quod Catharina, quia fœmina; *jam non erat ex lineâ ſui patris*, ergo etiam Eliſabetha

ſiquidem

ſiquidem fœmina, jam non erat ex lineâ ſui patris; quorſum ergo Philippus, ſi mater ejus non erat ex lineâ Regis Emanuelis, vult intrare? cùm videam novos Caſtellani advocatos quotidiè nova dicentes, ſpero citò aliquem ven- 24
turum qui affirmet Eliſabetham habuiſſe utrumque ſexum, ſcilicet fœmineum ut pareret Philippum, & maſculinum, ut eſſet in lineâ patris; & quamvis ſtupidi ſcriptores ſeipſos non noſcant, mirum eſt quod prudentiſſimi conſiliarii Regis Caſtellæ ſinant ſcribere eos qui ridiculam reddunt illius cauſam.

Inſtantia. Aſt adhuc contra ſtimulum calcitrando idem Fuertes 25
Biota inſtat *eodem art.9. ad med. pag.*160. *cum ſeq*; quod ſi viget prærogativa lineæ Eduardi eâ non gaudebat D. Catharina, ſed Rainuntius Princeps Parmæ utpote nepos Eduardi ex primogenitâ Mariâ, & putans omne tuliſſe punctum, proſequitur; *Domini mi qui legetis, quid vultis maiorem claritatem pro juſtitiâ Regis Caſtellæ? orbis, quæ maior gloria, quam vincere armis illius qui vult vincere ſine juſtitiâ?* En ille qui meminit, ſe in inſigni Bononiæ Academiâ canonicum jus docuiſſe; ut dixi *cap.6. n.7.*

Imperita. Ibi (*d. cap.6. n.7.*) promiſi eum docere in hoc loco 26
punctum iſtud, quemadmodum docui aliud ibidem, & plura ſæpè in diſcurſu hujus voluminis; ſed quoniam jam video quod non nobilitabor per talem ſcholarem (ut nobilitantur alii ſecundùm Nevizan. *in ſilv. nupt. lib.*5. *n.*39. *ante med*; *&* 42. *in princ.*) nolo oleum, & operam perdere, & ſatis cum illo ago remittendo eum ad dicta ſupra *d. cap.*6. *n.*4, *&* 5. *ac in præſenti n.*8, *&* 10. *in fine*.

3 Objectio pro Rege Philippo. Agnovit Biotæ abſurdum, & veritatem noſtram ejus coadvocatus Anglus de quo dixi *cap.9. n.*207; ideò videns impoſſibile

27 impoſſibile eſſe Catharinam excludere dum fœmina admittitur ad Coronam Luſitaniæ ſervatâ ſolâ ordinariâ prærogativâ maſculi ejuſdem lineæ, & gradus, factus Alexander Anglus (at virtute, & fœlicitate contrariâ) nodum Gordiani ſecare intendit, firmans conſtanter fœminam modo nullo admitti ad Regnum, quamvis proximam, dum ex Regali proſapiâ maſculus ſuperſit remotiſſimus; proindè nec de lineâ, nec alio jure argumentari poſſe, ſed tantummodò ſexum ſpectari debere.

28 Verùm cùm nova hæc ſecta in nihilo fundetur niſi in vanâ imaginatione illius miſeri advocati, evanuit facilè illud phantaſma nocturnum ad lucem veritatis oſtenſæ *d. cap.9. à n.*214. *Phantaſma.*

29 Dicta confirmantur exemplis, quæ ponam *cap. ſeq. in fin.* ubi vide. *Dicta confirmantur exemplis.*

30 Concluditur ergo per Advocatos Regis Philippi, ipſius excluſio, & D. Catharinæ incluſio ex titulo melioris lineæ (ultrà Repræſentationem;) ſic enim ex eorum dictis formatur argumentum. Quot fuerunt filii Regis Emanuelis poſſeſſoris, tot conſtitutæ ſunt lineæ,) ut ſupra *n.*2. per Molinam, Biotam, & Anglum,) & finitâ eâ quæ ultimò poſſeſſit, recurrendum erat ad meliorem ex reſtantibus; (ut *n.*7. per d. Biotam, & alios;) ſed melior erat linea Eduardi patris Catharinæ, (ut *n.*10. *verſ. Henrico*, per d. Biotam, & Anglũ;) ergo ad eam lineam recurrendũ erat; (rectè infertur.) Sed ex eâ lineâ Catharina erat proximior in gradu, ultimo poſſeſſori Henrico, (ut contrarii fatentur,) ergo ad Catharinam pertinebat Regnum (ut *n.*8. per d. Molinam.) Non poſſunt replicare niſi negando cuncta quæ jam dixerunt. *Concluſio.*

CAPVT. XI.

Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur tertiò, & Cathatharina Dux Bragantiæ vocatur ex Agnationis titulo.

Tertius adeſt titulus quo (ſi præcedentes deficerent) 1 Philippus excluditur, Catharina admittitur; Ecce illum.

Probatio hujus tertii tituli.

Cognati poſtponuntur agnatis in ſucceſſione conſan- 2 guineorum, *l.1.ff. quis ord. in bon. poſſ*; *l. ad inteſtati* 5. *l. defuncto* 7. *C. de legit. hæred*; *princip. Inſt. de ſucceſſ. cogn*; at Philippus Regi Henrico, cui ſuccedebatur, erat cognatus, quia filius ſororis, Catharina verò agnata, quia filia fratris, *l. inter agnatos ff. unde legit*; *l. ſunt autem ff. de legit. tut*; *princip. verſ. ſunt autem Inſt. de legit. tut*; ergo Philippus poſtponebatur Catharinæ; quod ulteriùs comprobabitur in ſolutione argumentorum ſequentium.

I. Argumentum pro Rege Philippo.

I. Generale argumentum primâ facie ſeſe offerebat 3 adverſus dicta; quod illa inter agnatos, & cognatos differentia, de quà txs citati, ſublata eſt de jure noviſſimo Authenticorum quod omnes conſanguineos per marem, vel fœminam æqualiter admittit, *in Auth. de hæred. ab int. ven.* §. *nullam verò collat.*9; *Auth. poſt fratres* 1. *in fine C. de legit. hæred*; ſicque videtur titulum de quo in hoc capite non poſſe procedere.

Solvitur ab advocato ipſius Philippi.

Sed pro nobis ſatisfacit Joannes Caramuel advocatus 4 Regis Caſtellæ, *in Philip. lib.*5. *diſp.*8. *q.*3. *art.*1. *n.*40; his

his verbis: *Reſpondeo ex Molinâ lib.3. cap.41. (4) n.2, & 4, ſublatam eſſe differentiam in hæreditate diviſibili, videlicet in illâ ad quam vocantur agnati, atque cognati futuri participes; atque ideò decernitur, ut tam illi, quàm hi recipiant æqualem partem; reliquum in hæreditate indiviſibili, qualis eſt Maioratus, Comitatus, Ducatus, Regnum, non vocantur participaturi omnes hæredes, ſed ſolummodò unus, nempè propior, & dignior; atque ideò in tali caſu agnatus eſt anteponendus.*

Sanè hic Philippi advocatus, (aliàs nullius momenti) facit fidem contra illum; & ſerò pro Philippo cantat palinodiam coadvocatus Biota *in Antiman. Luſit. art.8. pag.* 142, & 149. ſcribens ex ſuo ſolo capite eam differentiam ſublatam eſſe à Juſtiniano etiam quoad bona indiviſibilia. Sed in hoc civili bello quod inter ſe habent, aſſumam nunc partes boni Caramuelis, eſſet enim crudele nimis, dicere, eum nunquam omninò quæ tranſcribebat intellexiſſe; aio igitur illud quod refert habere pro ſe authoritatem Ant. Gomeſ. *in l.40. Taur. n.62. ad princ.* ibi: *Taliter quod ſemper præferatur linea maſculina, lineæ fœmininæ, — & in quæſtione de facto ita dixi, & reſpondi,* aio etiam fundari optimâ ratione, cùm namque indiviſibilis res unico dari debeat, & æquitas, & omnis conſideratio jubet, ut ſecundùm antiquam obſervantiam præferatur agnatus, qui, & à jure, & à conſuetudine, & à privilegio quodam naturæ prædilectus ſemper fuit; nec eſt credibile Juſtinianum voluiſſe aliud; quare Doctores, & praxis (quæ optima legum interpres, *ut per Rebuff. ad tit. de verbo ſign. l. 87. verſ. ex conſuetudine, & Gam. deciſ.16. n.7.*) ita communiter hoc intelligunt, ut comprobatur optimo exemplo; quod ſcilicet,

Vide coadvocatos Caſtellani inter ſe pugnantes

licet, cùm per mediam Juris prudentiam certa differentia eſſet inter mares & fœminas in ſucceſſionibus hæreditariis, *l. lege* 14. *C. de legit. hæred*; §. *cæterum Inſt. de leg. agn. ſuc*; ab eodem Juſtiniano ſublata eſt, fœminæque ac maſculi pariter admiſſi *in d. l. lege, & in l. maximum vitium C. de liber. præter*; & tamen hoc ſolùm obſervatur in ſucceſſionibus dividuis; in individuis autem extra dubium eſt quod *maſculo, ac fœminâ ejuſdem gradus ac lineæ concurrentibus, maſculus in eâ ſucceſſione præferendus erit, etiam ſi fœmina maior natu ſit*, inquit Molina *de primogen. lib.*3. *cap.*4. *n* 4, confirmans multis quæ omitto quoniam ſic videmus fieri quotidiè; ergo quemadmodum propter abſurdum, hæc abolitio differentiæ inter marem, & fœminam, non intelligitur in ſucceſſione individuâ, ſed in eâ obſervatur adhuc prælatio maſculi de jure antiquo *in l. fin. ff. de fide inſtrum*; *& ſupra citatis textibus*, ita dicendum in abolitione differentiæ agnatorum, & cognatorum; cujus exempli vim fatetur etiam Caramuel ſupra *n.*41. illud tranſcribens ex allegatione pro D. Catharinâ *illatione* 4. *n.*39.

2 *Argumentum Philippi.* Philippus ergo prædictam differentiam adhuc agno- 5
noſcens, circa ſpeciem noſtram particulariùs argumentabatur, D. Catharinam quamvis ex lineâ agnatâ, non tamen eſſe agnatam; I. Quia fœmina eſt caput & finis ſuæ generationis *l. pronuntiatio* 195. *in fine ff. de verb. ſign.*

II. Quòd ulteriùs jam nupta ſereniſſimo Joanni 6
Bragantiæ Duci, tranſiiſſet in ejus familiam, *arg. gloſæ ult. in d. l pronuntiatio, & illius Apoſtoli* 1. *ad Corinth.*11. *n.*3. *caput autem mulieris vir:* addit Biota ſtatim citandus tx. *in l. ſcripto* 7. *ff. unde lib.*

III. Quo-

7 III. Quoniam ejus filii Henrico, cui ſuccedebatur, agnati non erant, *princip. verſ. ſunt autem Inſt. de legit. agn. tut*; unde illis ſuccedentibus jam exibat Regnum ab agnatis, quápropter eorum mater ex jure agnationis admitti non debebat; ut aliàs conſiderat poſt alios Molina *d. tract. lib.* 1. *cap.* 6. *à n.* 40, *& lib.* 3. *cap.* 5. *à n.* 1, *& n.* 69. Hæc omnia quamvis non ſic diſtinctè repetit Biota *d. art.* 8.

8 Sed iterum contra ſuos, & pro nobis reſpondet dictus Philippi advocatus Caramuel, *citatâ q.* 3. *art.* 2. *n.* 43. (ex allegatione pro D. Catharinâ *d. illat.* 4, cujus veritatem fatetur,) inquiens: *His non obſtantibus Leges contrarium diſpoſuerunt, decernentes, in genealogijs ut agnatio à cognatione diſtinguatur, ultimas perſonas non conſiderandas eſſe, ſed inter medias; atque ita dari poterunt agnatæ fæminæ, conſtat evidenter ex tx. in l. pronuntiatio ad fin. ff. de verb. ſign.* §. *cæterùm Inſt. de leg. agn. ſuc. Accinit. Pariſ. conſ.* 35. *in princ*; *& n. ult. lib.* 3. Contra Philippum ſufficit hoc teſtimonium ſui advocati; at demus authoritatem Molinæ, qui etiam erit contra Philippum cùm fuerit in hac causâ ſuus præcipuus Doctor, & pro nobis cùm ſit Author graviſſimus; ita *d. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 39. inquit: *Decimò quintò occurrit alia regula communis, & vera, quod ſcilicet ubicumque agnati vocantur ad alicujus rei ſucceſſionem, fæmina à maſculo deſcendens ab eâ ſucceſſione non excluditur, cùm ea agnata ſit; l. pronuntiatio ad fin. ff. de verb. ſign. d. l. lege* 12. *tab. C. de legit. hæred; l.* 2. *ff. eodem, tx. in* §. *cæterum Inſt. de leg. agn. ſucceſ.* Addo gloſam marginal. *ad ordinar. verbo, non videtur, in l. voluntas* 4. *C. de fideicom.* ita docentem: *Fæminæ ex agnatis deſcendentes, & agnatæ, & de familiâ, & agnatione dicuntur.* Vide plura apud Simon. de Prætis. 3. *ult. vol. interpret.* 3. *dubitat.* 1. *ſolut.* 11. *n.* 66, *&* 67.

Diluitur ab advocatis pſius.

Vide advocatos Caſtellani pugnantes inter ſe.

De-

Deinde ſecundæ conſiderationi de quâ argumentum, 9
n.6, ſatisfacit idem Caramuel *eodem n.* tranſcribens: *fœmina agnata, etiam ſi ducatur uxor, agnata remanet; l. voluntas C. de fideicom; ubi Paul. & Jaſ. in princ.* En iterum Philippum convincit Caramuel, ſed veritatem oſtendit Molina, *d. n.39.* proſequens: *quod procedit etiam ſi fœmina nupta ſit, ea namque ex matrimonio jus agnationis non amittit; l. voluntas C. de fideicom; ubi Paul. n.1, & Jaſ. ante n.1; & alij notare ſolent, Dec. in l. fœminæ, n.92. ff. de reg. jur; Pariſ. conſ.47. n.56. lib.3; & alibi ſæpe ſcribentes*; nec contrarium probat allegata, *l. ſcripto*, ſi Biota eam intelligat cum gloſâ, verbo: *agnatus* (quam ipſe falsò pro ſe citat) ibi: *non eſt agnatus, id eſt, admittendus ut agnatus, quia edictum ſucceſſorium*, &c. imo ſuum, non eſſe agnatum dicunt aliqui, quorum meminit gloſa, *verbo: ſui dicuntur, in l. juriſconconſultus §. proximiores, ff. de gradib.* (quæ tamen eos meritò reprehendit per illum textum) & margin. *in l. filius 12. de ſuis, & leg. hær.* citans Alciat (qui illum tx. emendat) *lib.3. parerg. cap.25.*

Similiter tertiam conſiderationem de quâ *n 7*, tol- 10
lit ipſiſſimus Caramuel *ſup.* his verbis: *ſi habeat filios, etiam agnata remanet*; neſcivit probare, ſed probo ex regulâ txs *in l. non debet alteri 74, de reg. jur*; nec venit in judiciũ quod ejus filij, qui ſunt cognati, ſuccedent, nam tractus futuri temporis non ſpectat ad judicem, *ut notatur per tx. in l. non quemadmodum 35. de judic*; allegata verò Molinæ conſideratio procedit *ſi in maioratus inſtitutione ejuſdem inſtitutor profiteatur ſe eâ ratione maioratum inſtituere, ut bona ipſa perpetuò in agnatione conſerventur, ex hujus enim rationis expreſſione fœminæ atque etiam maſ-*

culi

culi ex eis deſcendentes perpetuò excluſi cenſendi erunt : ita formaliter ſe declarat ipſe, *d.lib.*3. *cap.*5. *n.*1, & repetit alijs citatis locis; at Luſitanum Regnum non ſpecialiter pro agnatis fuit inſtitutum, ſed pro omnibus conſanguineis, ut notavi, *cap.9. n.*195, & fatetur Biota advocatus contrarius, *d. art.*8. *ante med. pag.*144, imo fæminæ ad ejus ſucceſſionem ſunt admiſſæ, ut oſtendi, *cap.*3. *n.*7, *&* 8. & fatetur Caramuel, *d. diſp.*8. *q.*1. ſervatâ ſolâ ordinariâ ſexus prærogativâ in eàdem lineâ, & gradu, *ut d. cap.9. n.*144. *ad fin.* (& ſi fæminæ excluderentur, etiam per matrem excluderetur Philippus, *ut exprimit Molina loco proximo, & dixi d.cap.9.n.*142. *ad fin.*) ergo nihil obſtat quo minus fæmina fruatur agnatione quam habet juxta dicta numeris præcedentibus. Omitto filios ſereniſſimæ Catharinæ fuiſſe agnatos Regi Henrico, (cùm eorum pater Joannes Dux Bragançiæ deſcenderit per maſculum à Regibus Luſitaniæ, ut dicam, *hoc lib. cap.*13) hoc inquam omitto, quia huc non pertinet, cùm agamus de ſolo jure Catharinæ, neque ultra aſſignatum reſponſum, eſt aliud neceſſarium.

11 Sic Caramuel faſſus Agnationis, & Cognationis differentiam adhuc vigere in ſucceſſionibus individuis; faſſus item D. Catharinam fuiſſe agnatam, cognatum Philippum, *d. q.*3. *art*, 3. novâ argumentatur doctrinâ : *Agnata non debet cognato præponi, ſi uterque in eodem gradu exiſtat; decernitur, atque expreſsè definitur textu in cap.* I. *de eo qui ſibi, & hæred. in uſibus; ibi aſſeritur in rerum indiviſibilium ſucceſſione (talia ſunt feudum, Maioratus, Regnum) in quibus fæminæ poſſunt ſuccedere, ſi concurrant vir, & fæmina in eodem gradu, ſemper illum debere præcedere, quamlibet cognatus fuerit, & illa agnata; ſubſcribunt huic reſolutioni* *3 Argumentum pro Philippo.*

ex

ex eiſdem principijs Petr. ab Anch; & Florianus inter conſ. Anchar. conſ. 359. & alij quos citat Tiraq. de jure primogen. q.13. n.5. Huic etiam concluſioni ſubſcribit Everard. conſ. 228, & pro ſe allegat Gaſpar. Caldr. & Andream Yrſen. in ærar. verbo feudum; Ant. Gom. ad l.40. Taur. n.63. ubi citat Bald. in cap. ſignificavit extra de reſcr.1. col. in med; dicitque communiter feudiſtas ita tenere. Probatur id etiam ex cap.1.§. quin etiam, Epiſcopum vel Abbat. in uſib. feud; ubi dicitur, quod ſi quis accepit feudum pro ſe, & ſuis deſcentibus maſculis, & fæminis, ſemper maſculus præfertur, &, eo extante, fæmina excluditur. Valere autem argumentum à feudo ad maioratum probat idem Gom. ubi ſup. n.65. hoc tranſcripſit ex allegatione pro d. Catharinâ, *illat.*4. *n.*47. ſed tacuit (ut ſolet) reſponſum quod ipſa præſtat.

Evaneſcit Negatur verò nova iſta Caramuelica doctrina; nec ullo modo probatur illis textibus aut Doctoribus; nam I. loquuntur de feudis, è quibus ad alias ſucceſſiones in efficax eſt argumentum, ut dixi, *cap.* 9. *n.* 214, maximè pro excluſione fæminarum, quæ eſt contra ordinarium jus, *ut d. cap.*9, *n.*194, unde allegatus Gom. *eo n* 65. *verſ. ſextò ad med.* non ait (ut vitiat Caramuel) abſolutè *Valere argumentum à feudo ad maioratum*, ſed addit: *regulariter*, quod eſt juxta declarationem Valaſci, & aliorum propoſitam à nobis, *d.n.*214, quare gloſa *unica in fin. in allegato cap.*1. *de eo qui ſibi*, nos advertit de ſpecialitate, ibi: *hîc etiam notandum, quod ex rerum qualitate, & differentiâ licitum deprehenditur quod aliàs non liceret*; & idem advertit Bald. ibidem *n.*3, inquiens: *hoc eſt ſpeciale in feudis, ſecus in alijs negotijs*; iterumque in allegato contra nos *cap.*1.§. *quin etiam, Epiſcop. vel Abbat. n.*1. ibi: *eſt ſpeciale in feudis ſimplicibus*, 12

&

& rectis --- unde iſte §. *debet reſtringi ad feudum ſimplex, & rectum*; advertunt item *Paul. in l. ſed ſi hac* § *liberos n.*1, *& 2. ff. de in jus voc*; *& ibi Alex. n.*5; *& Barth. Socin. n.*2. *poſt med.* paſſimque omnes; quinimò Bald. *in d. cap.*1. *n.*1. *de eo qui ſibi*, non ſolùm de feudo loquitur, ſed etiam, contra Caſtellanum eum pro ſe producentem, declarat, contrarium fore in non feudis; allegando Odofredum, & concludens, *Dic quod iſte Comitatus non erat feudum, ſed proprium, & regalę patrimonium, & ideò tranſmittitur ad fœminam*; idem optimè explicat Molina *d. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 9; & ſic etiam loquuntur cæteri quos Caramuel debuiſſet legere priuſquam allegaret: (excepto Gomeſio qui agit de alio caſu ut videbimus *n.*16.)

13 II. Vltrà generalem prælationem quâ in omnibus feudis potiuntur maſculi, ſpecialis clauſula excludebat fœminas è feudo de quo *in d. cap.*1. *de eo qui ſibi*, ut oſtendit txs. inquiens: *Non enim patet locus fœminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus*; ponderando verba illa: *de hoc feudo*, cum Sonsbech. *de feud. p.*10. *à n.* 143.

14 III. Quamvis non eſt opus ampliori reſponſione, demonſtrabo ulteriùs Caramuelis ineptiam in allegatione præſenti; ait: *Agnata non debet cognato præponi, ſi uterque in eodem gradu exiſtat; decernitur, atque expreſſè definitur textu in cap.*1. *de eo qui ſibi, & hæred. in uſib.* &c. ut ſupra *n.*11; cùm tamen in eo tx. nullus concurrerit cognatus, ſed omnes agnati, videlicet filiæ, & filius duorum fratrum; ut conſtat, ibi: *Deceſſit duobus filiis ex eo procreatis, quorum unus duas filias reliquit, alter verò uno filio maſculo relicto deceſſit*; dormitabat ergo bonus advocatus quando

 legebat,

legebat, quæſtionem ibi inter agnatam, & cognatum decerni, atque expreſsè definiri.

IV. Textus ille excludit filias à ſucceſſione feudi quod 15
earum pater poſſeſſerat, (ut gloſa notat) & dat illud remotiori maſculo; videtur ne reverendo Advocato poſſe hoc applicari Regno, (ad quod ex ipſius confeſſione *eâdem diſp.* 8. *q.*1. admittuntur fœminæ,) ut adimatur unicæ filiæ Regis ultimi, & detur maſculo remotiori? non mirabor ſi reſpondeat quod ſic.

Tandem reſtat reſpondere ad Gomeſ. (quem allegavit) 16
in l. 40. *Taur. n.*63; reſponſum patebit ex ipſius verbis; *Nono quæro* (inquit) *ſi faciens, vel conſtituens maioratum, vel meliorationem, vocavit maſculum, & in defectum eorum vocavit fœminas, & contingat* (nota) *quod ſit extincta, & finita linea maſculorum, & tantùm ſupereſt linea fœminina, & ex eâ reperiatur maſculus, & fœmina, quis eorum ſuccedet, & præfertur? & teneo, & reſpondeo quod ſuccedet, & præfertur maſculus; nam ex eo quod conſtituens, & diſponens prius vocavit maſculum, & in eorum defectum vocavit fœminas, videtur ſemper velle præferre maſculum.* Vbi quæſo agit de agnatâ, & cognato? nonne vides agere de caſu quo *ſit extincta, & finita linea maſculorum, & tantùm ſupereſt linea fœminina* ex quâ omnes ſunt cognati? ita ſunt veræ contrariorum allegationes.

4 Argumentum pro Philippo.

Ea propter alius Advocatus Fuertes Biota in d. Antimanif. *art.* 8. *è pag.*143. judicavit melius negare Agnationis jus in regnorum ſucceſſione. I. Ex eo quòd populi in conſtitutione regnorum egerunt tantummodò de proprio regimine, non de conſervatione Regiæ Agnationis. 17

II. Quo-

18 II. Quoniam primævis illis temporibus quibus regna habuerunt originem, nondum à legibus civilibus inductum erat agnationis jus; imò ſucceſſiones deferebantur ex ratione naturali, ſecundum quam (addit *pag.* 149.) cognatus (atque ita Philippus) præfertur agnato, ut dicit probari *in tit. & l. 2. ff. unde cogn; & ibi D D*; & eſſe communem.

19 III. Quia Reges ſuſcipientes ſceptrum, cùm per Deum gubernent, omnes relinquunt humanas conſanguinitates, & incipiunt eſſe de familiâ Dei, ac proinde nominantur, Reges Dei gratiâ; quâpropter de Mechiſedech Rege agitur in Scripturâ ſacrâ tanquam de homine ſine patre, & ſine matre; ac in novo teſtamento Chriſtus Dominus mutavit nomen Principis Eccleſiæ qui vocabatur Simon, in Petrum.

20 IV. Quòd Reges, relictis propriæ familiæ ſtemmatibus, & inſignibus, utuntur eis ſolis quæ ſunt Regni, quaſi aliam familiam non habeant.

21 V. Denique, in Luſitaniæ Regno nil ſpeciale inveniri, ſed aliorum Regnorum ibi militare regulas quæ non admittunt prærogativam Agnationis juxta notata.

22 Addit *ex pag.* 150. quod ſi in regnorum ſucceſſione conſideraretur Agnatio, hanc non habebat D. Catharina, ſed D. Maria ejus ſoror maior natu; tam quòd Catharina per nuptias tranſiens in familiam viri, *ut ſup. n.* 6, amiſerit Agnationem, quam Maria quæ tardiùs nupſit retinuit; quàm quòd ad ſolam Mariam, quia mair natu, Agnationis jus pertinuit, *ex traditis in l. cum pater* 79. §. *pater pluribus de legat.* 2.

23 Erubeſcerem tempus conſumens in reſpondendo ad *Vanuit.*

 iſtas

iſtas vanitates, ni facerem tanquam per ludum quo à ſeverioribus divertar, ut aliquando ſtudioſum oportet, quemadmodum oſtendi *in tract. Perfectus Doctor qualit.* 20. *n.*1. Igitur ad I. conſiderationem *ſup.n.*17. reſpondeo, quod licet populi in conſtitutione regnorum de conſervatione Regiæ agnationis non egerint, inde tamen non ſequitur in eorum ſucceſſione Agnationis jus non attendi; videmus ſiquidem in ordinarijs hæreditatibus (in quibus nulla hominis diſpoſitio circa agnationem erat) Agnationis prælationem inductam à Legibus ex ratione politicâ, adjutâ à naturæ privilegio concurrente in lineâ maſculorum, & cùm regna ad inſtar hæreditatis deferantur, ut ſupra *cap.*5. *ex n.*12, meritò hæreditatis ſubjacent regulis, quæ in individuis adhuc retinent Agnationis, & Cognationis differentiam; ut in præſenti *cap. n.*4.

Ad II. *n.*18. jam dixi *cap.*5. *n.*35 *& cap* 9. *n* 55. non ſequi: hoc fuit inductum à juregentium, ergo non regulatur per civile; imo omnia per iſtud gubernantur; ſed ſi ſolum naturale militaret in regnis, unde probat Biota, ſecundùm illud, cognatum agnato præferri? reſpondet, quod ex toto tit. *& l.*2. *ff. unde cogn*; & ibi tenere DD. communiter; videatur precor hujus ſcriptoris judicium; legit in *d. l.*2. *&* alijs locis, atque in Doctoribus, quod ſi deficiant liberi & agnati, *Prætor naturali æquitate motus omnibus cognatis promittit bonorum poſſeſſionem quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet jure civili deficiant*: putatque hoc eſſe dicere, naturalem rationem ſolos cognatos vocare; cùm ſit dicere, vocare cognatos æquè ac agnatos, quia omnes naturaliter æquè ſunt conſanguinei, unde, omnes vocantur propriè *cognati*, tam in bonâ latinitate, *ut apud Callepin*; quàm

quàm in jure civili, *l. Juriſconſultus* 10. §. *cognati ff. de gradib. gloſa, verbo: cognati in* §. 1. *Inſt. de legit. agn. tut*; & ſolùm explicationis gratiâ hoc jus diſtinguit nomina, dum inter eos differentiam conſtituit; hoc cæci vident clariſſimè.

25 Ad III. *n.* 19. reſpondeo, quod dato quod Reges, poſtquam ſunt in trono, tranſeant in familiam Dei; (pro ut argumentum facetè ait,) à parte antea ut aſcendant ad tronum clarum eſt conſiderari eorum conſanguinitates, cùm per ſucceſſionem conſanguineorum intrent; circa quod leges regnorum fundamentales diſponunt. Exempla verò Melchiſedech (qui fuit Rex ac ſimul ſacerdos, *ut in Gen. cap.* 14. *n.* 18. *Pſal.* 109. *& Paul. ad Heb.* 7. *n.* 3.) atque divi Petri ſummi Pontificis, appoſitè allegabuntur à Biotâ, quando ſcripſerit pro ſucceſſione Regni, cujus Rex dicat ſe habere quoque officium Pontificis; ſed pro Regibus Luſitaniæ, qui de ſolo temporali agunt regimine, aptiùs argumentaretur à Regibus Galliæ, vel alijs, in quibus, ut veniant ad coronam, attenditur familia de *Valois*, de *Borbon*, & ſimiles. Sed, eſto, quod in ſucceſſione regnorum, ſicut in ſupremo Sacerdotio, non attendatur pater, nec mater, nec ulla conſanguinitas; quare igitur Philippus 2. voluit habere Luſitaniæ ſceptrum? an ne Chriſtus Dominus qui Petrum ſine cognatione nominavit Principem Eccleſiæ, nominavit etiam Philippum Luſitaniæ Principem? oſtendat hoc in Scripturâ ſacrâ, & ſine dubio obediemus illi.

26 Ad IV. *n.* 20. patet quod Reges utuntur Regni inſignibus, vel quòd maiori ex parte ſint eadem ſuæ familiæ, (cùm per ſucceſſionem veniant,) vel quòd coronam intrantes

tes teneantur ejus uti inſignibus, quemadmodum,& plurium maioratum poſſeſſores, *ad ea quæ tradunt Tiraq. de jure primogen. in præfat. n.*134,*& de nobilit. cap.6.n.*17 ; *& Molin. de primogen. Hiſpan. lib.*2. *cap.*14. *per tot* ; & tamen nemo dubitat in intrantibus ad maioratus conſiderari familias ; quod argumentum, circa arma, vel inſignia, de maioratu ad regnum fecit Molina *d. tract. lib.*1. *cap.*2.*n.*14.

Ad V. *n.*21. volo fateri in Luſitaniæ Regno nil ſpeciale inveniri ; ſed quid inde ? regulabitur per jus commune ; ſed jus commune dat prælationem agnatis, *ut ſup. ex n.*1. ergo,&c. 27

Ad illud denique, *n.*22, facillimè ſatisfit, memorando jam *ſup.n.*9. ex toto jure, quinimo ex confeſſione Doctorum Philippi oſtenſum eſſe fœminam non amittere jus Agnationis per nuptias ; quod autem inquit pertinuiſſe in ſolidum ad maiorem filiam, negatur, non enim Agnatio eſt primogenitura unius, ſed jus competens omnibus qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt, *l. ſunt autem* 7.*ff. de legit. tut.* §.1. *Inſt. eod. cùm vulgar* ; non ergo defuncto unicus eſt Agnatus, ſed multi poſſunt eſſe ; §.1. *Inſt. de legit. agn. ſuc* ; *ibi omnibus ſimul agnatis, l.*2. §. *hæc hæreditas ff. de ſuis, & legit* ; *ibi : & ſi plures ſint, &c. & alibi paſſim* ; ac per conſequens Henrico Luſitaniæ Regi non una tantum filia fratris ſui Eduardi erat agnata, ſed utraque, *d. l.*2. §. *hæc hæreditas*; ibi : *duos fratres habui, unus ex his unum filium, alius duos reliquit : hæreditas mea in tres partes dividetur.* Verùm, quemadmodum ad ſucceſſionem dividuam non vocantur ſimul omnes agnatorum gradus, ſed gradus proximior, §. *ſi plures Inſt. de leg. agn. ſuc. cùm concordantibus ibi à gloſâ citatis*, (& tamen alij non 28

deſinunt

deſinunt eſſe agnati licet à proximioribus præferantur) ita ad individuam (quale noſtrum Regnum) non vocarentur ſimul omnes filiæ Eduardi, ſed (minori remanente agnatâ) ſola maior Maria, ſi viveret, (nec aliud obſtaret,) propter prærogativum ætatis *ad l. fin. de fide inſtrum*; *& quæ Molin. de primogen. lib.*1. *cap.*1. *n.*5; (quo etiam modo procedunt quæ notantur in allegatâ *l. cum pater* §. *pater pluribus.*) at, cùm tempore delatæ ſucceſſionis jam eſſet defuncta, neque Agnationem tranſmiſit ad filios (quia per fœminam jam incipiebant eſſe cognati, *l. inter agnatos ff. unde legit*; *d.* §. 1. *de leg. agn. tut.*) neque ſi tranſmitteret, admitterentur, cùm Catharinâ jam præcederet, quia proximior *d.* §. 1. *d.* §. *ſi plures Inſt. de leg. agn. ſuc*; *d. l.* 2. §. *hæc hereditas de ſuis, & legit.*

29 Diſparuit ſicut fumus quartum argumentum; at Regis Caſtellæ Advocati tanquam mures qui ceciderunt in muſcipulam aliud foramen tentant; inquit ergo Anglus, *de quo cap.* 9. *n.* 207, fœminam coronæ Luſitanæ eſſe incapacem omnino; ſic nec ex Agnatione, nec ex alio titulo poſſe intrare; probatque ut vidimus ibi *ex n.* 214. *5. Argumentum pro Philippo.*

30 Verùm nec per hoc foramen poſſunt evadere; *ibidem* namque manifeſtum extat, fundamentum intentionis eſſe aereum. *Aereum.*

31 Vidi tandem quoſdam corde Caſtellanos arguere, Elizabetham Philippi matrem fuiſſe agnatam Regi, cui ſuccedebatur, Henrico, quia ejus ſoror, §. *cæterum in princip. Inſt. de legit. agn. ſucceſ*; ergo etiam ejus filius cùm ſuccedat in omni matris jure, *ex textibus citatis cap.* 9. *n.* 5. *6. Arg. pro Philippo.*

32 Hi, ut paſſeres rete capti, plus ſe implicant, dum explicare curant, nam incidunt in Scillam Repræſentationis, *Contra illum retorquetur*

cupientes

cupientes vitare Agnationis Caribdim; procedat argumentum ſi volunt, & tunc *in d. cap.* 9. invenient noſtram juſtitiam; hic enim titulus *Agnationis,* & alius *Lineæ* præcedenti capite notatus, proponuntur ut conſtet quod, etiam ſi deficeret Repræſentatio, quam negant, jus D. Catharinæ abundabat per alias vias.

Exemplis dicta confirmantur Omnia hîc dicta circa Agnationem, & præcedenti 33 capite circa Lineam, confirmantur exemplis. Vnum eſt illud Navarræ ſupra relatũ *cap.* 9. *n* 32, cujus deciſio licet à Repræſentatione manaverit, ut *ibi* dixi, tribuitur etiam prærogativæ Lineæ, atque Agnationis per Garibay *lib.* 19. *cap.* 16. verbis ſequentibus: *In his comitiis non defuerunt qui exiſtimabant Regem Angliæ, qui etiam per filiam erat nepos Reginæ D. Joannæ filiæ Regis D. Henrici, debere hæreditare Navarram; ſed cùm Rex Eduardus deſcenderet per lineam fœminæ, & Regina D. Joanna per lineam viri, ſanior pars comitiorum inclinavit in iſtam favendo ejus juſtitiam.*

Aliud exemplum invenimus in ipſâ Luſitaniâ; nam 34 de ſuccedendo Regi Joanni 2, (qui non habebat legitimam prolem) diſceptarunt Maximilianus (qui fuit Imperator hujus nominis I,) & Emanuel Dux Bejæ; erant ambo nepotes Regis noſtri Eduardi, & inter ſe fratres amitini, quemadmodum & Regi Joanni; at Maximilianus per fœminam, quia filius Eleonoræ: Emanuel autem per maſculum, quia filius Ferdinandi; & quamvis uterque maſculus, Maximilianus erat natu maior, natus enim fuerat ann. Chr. 1459, *ut refert Reuſnerus in genealog; atque alii;* Emanuel verò poſtea ann. 1469, *ut narrant Goes in ejus Chron. Mariſ. dial.* 4. *cap.* 19, *& cæteri,*

cæteri, unde in eodem gradu, & ſexu, maior ætas deberet vincere niſi aliud obſtaret, *juxtà ea quæ allegavi cap. 9. n. 4, & cap. 10. n. 8*; obſtitit tamen Linea, & Agnatio Emanuelis qui veniebat per maſculum, & ita Regnum obtinuit; acquieſcente juſtitiæ eodem Maximiliano, ut ipſe ſcripſit ad Ferdinandum Catholicum Regem Caſtellæ, ac Aragoniæ, apud Curitam *in Annal. Aragon. p. 5. lib. 3. cap. 20.* inquiens: *Se rectam judicare ſucceſſionem Regis Emanuelis, quia deſcendebat è maſculis.*

35 Manet igitur, hunc ſolùm Agnationis titulum ſufficientem eſſe (ſi alii ſupra demonſtrati deficerent) ad excludendum Philippum, & Coronam Catharinæ dandam. *Concluſio.*

36 Tandem omnia paucis verbis comprehendit Paul. Caſtrenſ. *in l. maximum vitium C. de liber. præt. n. 2. verſ. è converſo*, concludens quod neque Philippus poteſt habere plus juris quàm mater ejus (cùm nequeat eſſe plus in cauſato quàm in causâ,) neque Catharina minùs quã ejus pater, cujus eſt hæres, quod teſtatur eſſe ex Baldo, & omnibus ibi communiter; ſed jus matris Philippi erat minus quàm jus Patris Catharinæ, ut negat nemo, ergo idem in eorum filiis ex communi Doctorum placito decidit Paulus.

CAPVT. XII.

Philippus 2 Rex Caſtellæ excluditur quartò, per ſereniſſimam Cathatharinam à Coronâ Luſitaniæ, quia extraneus, ex lege ſpeciali; item Princeps Parmæ, Dux Sabaudiæ, & Regina Chriſtianiſſima.

PRæſens titulus extra aleam ponit cauſam; fundamentales Regni Luſitani leges tranſcriptæ ſuprà *procem.* 2. §.2. *n.*42. diſponunt ſic: 1

CAPUT, ſive LEX. 6.

Si Rex Portugalliæ non habuerit maſculum, & habuerit filiam, iſta erit Regina poſtquam Rex fuerit mortuus, de iſto modo. Non accipiet virum niſi de Portugal nobilis, & talis non vocabitur Rex, niſi poſtquam habuerit de Reginâ filium varonem, (maſculum) *& quando fuerit in congregatione maritus Reginæ, ibit in manu mancâ,* (ſiniſtrâ) *& maritus non ponet in capite Coronam Regni.*

CAPUT, ſive LEX. 7.

Lex Luſit. excludit à ſucceſſione Regni filiam Regis nubentem cum non Luſitano.

Sit iſta lex in ſempiternum, quod prima filia Regis accipiat maritum de Portugalle, ut non veniat Regnum ad eſtraneos, & ſi caſaverit (nupſerit) *cum Principe eſtraneo, non ſit Regina, quia nunquam volumus noſtrum Regnum ire for* (extra) *de Portugallenſibus, qui nos ſuâ fortitudine Reges fecerunt, ſine adjutorio alieno, per ſuam fortitudinem, & cum ſanguine ſuo.*

Atqui Eliſabetha filia Regis Emanuelis nupſit Carolo quinto

quinto Imperatori Germaniæ Regi Caſtellæ; Beatrix, filia ejuſdem Emanuelis, Carolo 3 Duci Sabaudiæ; Maria, neptis ejuſdem, Alexandro Farneſio 1 Principi Parmæ; qui omnes non Luſitani erant; ſimiliterque Regina Chriſtianiſſima Catharina de Medicis, & omnes ejus aſcendentes; ergo, caſu, negato, quo aliquod jus habuiſſent ad Coronam, illud amiſerunt (ex lege iſtâ) nubendo prædictis extraneis non Luſitanis; & ſola Catharina Dux Bragantiæ habilis invenitur, quia ſola nupta Luſitano, quinimò Principi ex Regià Luſitaniæ domo, ut in ſeq. capite.

2 Juſtitia hujus legis fundatur primò ratione naturali; nam Rex eſt anima Regni, ſecundùm Sotto *de juſt. lib.* 4. *q.* 4. *art.* 2. *poſt princ*, Caput membrorum Reipublicæ, ut dixi *latiùs proœm.* 2. §. 2. *n.* 37, Cuſtos, ſeu Paſtor vaſſalorum, juxta Ariſtot. *lib.* 5. *de repub. & Æthic.* 8. *art*; Parens ſubditorum, ut dixit Ageſilaus apud Plutarch. *in apopht*; Pater patriæ, ad ea quæ Senec. *lib.* 1. *de clement. c.* 14; Defenſor publici, arg. l. 3. *ff. de offic. præfect. vigil*; deberque regere non ſibi, ſed ſuis, prout ſcribit Cicer. *offic. lib.* 1. Atqui non naturalis officio non ſatisfacit, I. *Quia tales Reges alterius gentis ſolent parùm affici ad gentem cui præficiuntur, & per conſequens non curare de eis*: inquit Div. Thom. 1. 2. *q.* 105. *art.* 1. *ad* 2. II. Quia etiam ſi in eo, & in vaſſallis ſit bona intentio, tamen nec ille cognoſcit oves, nec oves eum, ut ad bonum regimen requiritur, ex ijs quæ in Evangel. *Joan. cap.* 10. *à princ.* III. Quòd *externi, cum nec mores, nec leges patriæ norint, ad conſulendum de alienâ Republicâ imprudentiſſimè admittuntur*; ait Joan. Magn. *hiſt. lib.* 19. *c.* 3. *ad fin*; & notare ſolent Scriptores ſacri ſu-

Iuſtitia hujus legis ratione naturali.

per illud *Joan.*18. *n.*31, *ſecundùm legem veſtram judicate eum*; *& cap.*19.*n.*7: *nos legem habemus*, &c. ex quibus moraliter impoſſibile eſt quod gubernet ſicut poſtulat naturalis neceſſitas.

Fundamento politico. Augetur fundamento politico; eſt enim indecens, & multi reputant abſurdum, viros generoſos unius nationis, quàm Deus terminis, linguâ, atque moribus diviſit ab alijs, obedire homini alterius quam fortè, ex nobili inter gentes competentiâ, inferiorem exiſtimat, ad quod alludebat ille Scytha apud Q. Curt. *lib.*7. quando coram Alexandro laudabat ſuos, inquiens: *alienigenam dominum nemo pati vult*; unde hoc appellat opprobrium Jerem. *thren. c.*5.*in princ.* dicens: *reſpice opprobrium noſtrum; hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos.* 3

Experientiâ. Oſtenditur experientiâ; Saul quamvis Iſraelita, erat Rex extraneus filijs Iſrael, (nam ſceptrum debebat eſſe in tribu Juda, *Geneſ.*49. *n.*10, ille autem erat de tribu Benjamin, 1 *Reg. cap.*9. *n.*1.) & licet fuerit vir bonus, *d. c.*9.*n.*2, *& c.*10. *n.*24, tamen conſtat non fuiſſe poſtea bonum Regem. Herodes Rex Judeæ *non erat de domo Iſrael, nec de illâ vineâ Iſraeliticâ quam eduxerat Dominus de Ægypto*, ait S.Cyprian. (ſi Autor illius operis non eſt Roſinus) explicans Oſeam *c.*5. *n.* 13, *in expoſit. ſimboli*, & palam eſt qualis Rex fuerit; hæc retuli, quia notoria in Hiſtorijs ſacris; prophanas referre infinitum foret; ſolùm memorabo de Hiſpanis, Philippum I. Regem Caſtellæ Germanum cauſam dediſſe contentionibus inter Caſtellanos Titulares, & Germanos qui eum comitabantur, circa honores Caſtellanis exhibere ſolitos, quos tandem amiſerunt, *ut latiùs apud Fr. Hieron. de Caſtro in addit. hiſtor. Gothor.* 4

Julian.

*Julian. de Caſtillo cap.*1. *pag. mihi* 390; ejuſque filius Carolus (qui etiam Imperator) quia Germaniæ natus, quamvis bonus Princeps, non tamen ſatisfaciebat Caſtellæ populis, *ut narrat Illeſcas hiſt. Pontif.* 2.*p. lib.*6. *cap.*24 §.9. *in princ*; & tandem è regimine illius civilia reſultarunt bella cunctis nota; ſed jam reſpiciamus ad Luſitaniam à Caſtellano Principe externo gubernatā; quid de hoc dicam? inopem me copia fecit; textus *in cap. fundamenta* 17. §. *dignè, de elect. in* 6. mihi verba dabit: *numquid obduxit oblivio quæ incolis nota diſpendia intulerunt hactenus peregrina regimina? hoc præſtiterunt Senatores incogniti, hoc Præſides improviſi, ut glorioſa* Natio *redderetur ingloria, ſua ſtabilitas vocaretur inſtabilis, ſuæque conſtantiæ antiqua ſoliditas linguis hominum vocaretur infirma.*

5 Ex his & alijs rationibus Reges debere eſſe ex eodem Regno, principium habet à jure divino, *Deut. cap.*17.*n.*15. ibi: *Regem eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum; non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus.* ***Iure divino.***

6 Obſervatum eſt à primævo jure gentium, ut apud Juſtinum *hiſtor. lib.*1. *in princ.* legimus: *Principio rerum, gentium, nationumque Imperium penes Reges erat; - intra ſuam cuique patriam Regna finiebantur,* teſtatur meliùs Scripturæ locus, *Deut.d. cap.*17. *n.*14; ibi: *conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes,* &c. hoc more (ex relato Dei præcepto) continuarunt Iſraelitæ per annos plurimos, venienteſque ad David, ut ungerunt eum in Regem, 2 *Reg.c.*5. *n.*1, hanc allegarunt rationem: *ecce nos os tuum, & caro tua ſumus,* ſive: *ecce nos propinqui tui,* juxta Caldaicam explicationem; hoc more Scythæ, ***Iure gentium.***

ut

ut ſup.n.3; hoc Parthi qui à Tiberio Cæſare Regem petebant Phrahatem, *ut genus Arcaſis ripam apud Eufratis cerneretur*: refert Cornel. Tacit. *lib.6*; eodem more Galli uſque in hodiernam diem per Legem Salicam non admittunt niſi Principem ſanguinis domus ſuæ Regiæ per maſculum; eodem Gothi in Hiſpaniâ legem fecerunt prohibentem ne extraneæ gentis homo promoveretur ad Regni apicem. *in concil.6. Tolet*; eodem, Aſturienſes cum primo Rege Pelagio conſtituerunt(ad inſtar noſtræ legis) quod deficiente filio Regis maſculo *filia ejus aſſumatur in Dominam, & illa magnatorum Gothorum providentia de nobilioribus Gothis accipiat virum, de quo Regalis poſteritas conſervetur:* verba ſunt legis relatæ per Molin. *de primogen. in annotat. ad fin. tomi, n.3*; ſic Aragonenſes Petronilliam unicam filiam Regis Ramiri 2. nuptui dantes Raimundo comiti Barcionnæ (qui tamen Hiſpanus, & provinciæ vicinioris) pacti ſunt ne ille vocaretur Rex, ſed filij ejus; *ut apud omnes Hiſtoricos illius Regni*; ſic Angli Mariam eorum Reginam nuptui tradentes Philippo tunc Principi Caſtellæ, non permittebant eum aliquid gubernare, ſed totum naturalis Regina agebat; tandem ut benè notat Philip. de Cominеſ. *lib.8.comentar.* vix eſt natio quæ diu patiatur peregrinum imperium, imo occaſione habitâ expellit illud,quod exemplis oſtendit.

Iure poſitivo Canonico, & Civili. Comprobatur communi jure poſitivo tam civili quàm Canonico *in l. in Eccleſiis* 11. *C.de Epiſcop. & Cler*; *l. un. C.non licere habit. metrocom. lib.*11; *c.nullus,& cap.obitnm* §. *commonemus* 61 *diſt*; *cap. cum inter de elect*; quibus & alijs textibus prohibetur ſæcularia officia, vel Eccleſiaſtica beneficia conferri niſi perſonis ejuſdem loci, ſi idonei reperiantur; 7

antur; idemque diſponunt particulares leges omnium pene ſtatuum Europæ, ut unicuique eſt notorium; in tantum ut non ſit ſatis originem ducere longiquam ab eo loco, ſed requiratur proxima; *cap. bonæ.4. §. nec obſtabat, verſ. quià verò, de Poſtul. prælat,* ſecundùm veram lecturam, de quâ infra dicam, *n.*32. *& videbis n.*30; quod diſpoſitum in minoribus à fortiori procedit in dignitate Regiâ, in quâ, propter maius regimen, vertitur maius periculum, cui magis conſulendum *l.* 1. §. *ſed & ſiquis ff. de Carb. edict*; *cap. ubi periculum in princ. de elect. in 6*; *& quæ gloſa, verbo: perſonaliter, in fine, in cap. ult.* §. *is autem de offic. delegati.*

8 Corroboratur authoritatibus ſacræ paginæ (omittendo alias ſcriptorum innumeras). *Eccleſiaſtici, c.*8. *n.*21; ibi: *coram extraneo ne facias conſilium, neſcis enim quid pariet.* iterum *c.* 11. *in fine*, ibi: *Admitte ad te alienigenam, & ſubvertet te in turbina, & abalienabit te à tuis propriis*; unde idem Eccleſiaſt. *cap.*10. *n.*8. hoc minatur in maius ſupplitium: *Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos*; & Iſaias *cap.*1. *n.*8. prophetiſans Judæis: *Regionem veſtram coram vobis alieni devorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili*; item, Habacuc *cap.*1. *n.* 6. aiens: *quia ego ſuſcitabo Chaldæos, ut poſſideant tabernacula non ſua*; & Jeremias *cap.*4. *n.*16. dicens: *ecce auditum eſt in Jeruſalem cuſtodes venire de terra longiquâ*; atque *cap.*5. *n.*15. inquiens: *ecce ego adducam ſuper vos gentem de longiquo domus Iſrael*; hoc ipſe plorabat, *Thren. c.*5. verbis relatis ſup. *n.*3; hoc denique ſuſpirabant Apoſtoli *Act. cap.*1. *n.*6. quærentes: *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues Regnum Iſrael?* è contrario per Oſeam *cap.*2. *n.*15. pro favore ſpeciali populo Dei promittitur: *Authoritatibus.*

mittitur:

mittitur: *dabo ei vinitores ejus ex eodem loco*; & Joel *cap* 3. *n.*17. fœlicitatem ſic deſcribit: *erit Jeruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam ampliùs.*

I. Objectio pro Rege Caſtellæ.

Ecce lex Luſitaniæ, ecce illius fundamentum, ratio, & juſtitia; ſed jam videamus quid ei ad caſum præſentem opponatur. Tempore captivitatis Luſitaniæ, Chroniſta noſter Fr. Ant. Brandão impediebatur à miniſtris imprimere tertiam partem Monarchiæ Luſitanæ, quòd in eâ hiſtoricè tranſcriberet leges illas Lameci, quæ demonſtrabant injuſtam poſſeſſionem Philippi; coactus ergo colore aliquo eam operire injuſtitiam, ait *lib.*10. *cap.*14. ſibi videri vigorem earum legum duraſſe tantùm uſque ad tempus Ferdinandi Regis; cùm enim in illo finita fuerit legitima Luſitanorum Regum proles, ideoque populi ad Regnum vacans elegerint Joannem I. filium nothum Regis Petri, ut narravi *proœm.*2. §.3, nec ei conſtituerint leges, incæpit jam ſtyllus novus, & Regnum cenſetur datum ſecundùm jus commune regnorum, in quibus filiæ Regum nubentes extraneis non excluduntur. Addere impreſſioni hoc futile reſponſum ſatis fuit ut illa permitteretur; non enim pro regni ſucceſſione attendebatur an juſtum, dummodo aliquid diceretur. 9

Futilis.

Futile inquam eſt hoc; I ratione, nam in electione Joannis I. non fuit conſtitutum novum regnum, ſed Joannes electus ad illud quod erat, ut erat; conſtat ex inſtrumento ejus electionis relato ſup. *c.*3 *n.*3; unde Reges qui fuerunt poſt illum numerabantur continuatim ad eos qui antea fuerant, ut Alphonſus ejus nepos qui voçatus fuit eo nomine quintus reſpectu aliorum qui Joannem præceſſerant; ſi autem novum regnum foret, Alphonſus ille vocaretur 10

caretur primus eo nomine ; quemadmodum in Angliâ poſt Gullielmum Conquæſtorem, (quia abolito antiquo Regno novum fundavit legibus novis) Eduardi incæperunt numerari à numero primo, cùm tamen antea fuiſſet ſanctus Eduardus Rex, & duo alii.

11 II. Textibus allegatis ſupra *cap.3.n.17,& cap.9.n.*158. quibus diſponitur ſubrogatum habere eaſdem qualitates, & naturam ejus in cujus locum ſubrogatur; ſed Joannes ſubrogatus fuit Ferdinando, & alijs Regibus cum quibus leges illæ loquebantur; ergo, &c.

12 III. Exemplis; videmus etenim Germaniæ Imperatorem unumquemque eligi, ſemper tamen ſub eiſdem legibus præteritorum; &, ne conſideres differentiam quoad Principatum ex naturâ electivum, do tibi exemplum in hæreditario Galliæ, ad quem, finitâ Regum ſerie, armis & electione pervenit Pepinus, & iterum Hugo Capetus à quo progenitore derivantur præſentes, & tamen certiſſimum eſt ſubjici legi Salicæ ſtabilitæ ante annos plurimos.

13 IV. Denique, confeſſione ipſius Joannis I. in ſcripturâ relatâ *ſup. cap.9. n.*92, ibi: *ut requiritur per jus, ac conſuetudinem in ſucceſſione horum Regnorum*, ubi ad jus, & conſuetudinem antiquam remittit ſucceſſionem.

14 Quare Caramuel vim illarum legum agnoſcens *in Philip. lib.*5. *diſp.*8. *q.*4. *art.*1. *n.*46, conatus eſt oſtendere caſum noſtrum non comprehendi in illis; inquiens, d. legem non imponere obligationem nubendi cùm Luſitano, niſi filiæ Regis qui non habuerit maſculum, ut conſtat ibi: *ſi Rex Portugalliæ non habuerit maſculum, & habuerit filium*,&c. ſed Elizabetha non erat filia Regis non habentis maſculum, *2 Objectio pro eodem Rege Caſtellæ.*

maſculum, imo eſt notorium Emanuelem patrem ejus plures filios maſculos habuiſſe, igitur lex non loquitur cùm illâ.

Adſtipulatur Fuertes Biota *in Antiman.art.*10.*pag.*182. 15
addens ex eo etiam legem illam non agere de caſu noſtro, quòd diſponat de filiâ quæ debet ſuccedere patri, hîc verò non tractari de ſuccedendo Regi Emanueli patri Elizabethæ, ſed tranſverſali Henrico; fundat hoc ſolitis ſuis chimeris, & ad probandum diſtinctionem quâ præcipuè nititur, *pag.*184, inquit: *hanc diſtinctionem docui ego dum legerem Bononiæ ad vitandas plures difficultates quæ ſeſe offerunt circa extentionem legum; multis viſa eſt nova, & nunquam audita, ideo eam typis mandavi, ut omnes intelligerent eſſe veram*,&c.

Facilè ſolvitur.

Sed facili negotio reſpondetur I. Caramuelis explicati- 16
onem procedere ſolùm (licet non bene *ex ratione n. ſeq.*) quoad verba d. legis, 6 ibi: *ſi Rex Portugalliæ non habuerit maſculum*,&c; ſed non procedit contra verba legis 7 ſequentis (quam ipſe ſupprimit) in quâ ad tollendum omne dubium generaliùs diſponitur: *ſit iſta lex in ſempiternum quod prima filia Regis accipiat maritum de Portugalle, ut non veniat regnum ad extraneos, & ſi nupſerit cum Principe extraneo, non ſit Regina*; ſed Elizabetha *erat prima filia Regis, & nupſit cùm Principe extraneo*, ergo *non ſit Regina.*

II. Jam dixi *cap.*9. *n.*212.*& ſeq.* interpretationem le- 17
gum non ſolùm debere fieri ex verbis earum, ſed etiam ex mente, & à caſu expreſſo ad non expreſſum argumentandum; probabo ulteriùs ſtatim *n.* 21.*& ſeqq*; quæ fuit mens noſtræ? ipſa declarat: *ut non veniat regnum ad extraneos*;

&

& iterum: *quia nunquam volumus noſtrum regnum ire extra Portugallenſes*, &c. At ratio iſta æqualiter viget quocumque caſu jus ſuccedendi deveniat ad filiam Regis, ergo ſemper illa quæ vult eſſe habilis debet accipere Luſitanum virum; vide item inferiùs *n.*24.

18 III. Hinc ſequitur illuſio ad addita *n.*15, inquo, non eſt amplius immorandum, cùm Author ille fateatur: *hanc diſtinctionem docui ego, multis viſa eſt nova, & nunquam audita.* Novis & inauditis diſtinctionibus edoctis à Biotâ, fundatur Caſtellani juſtitia; noſtra verò jure ante multos annos à legiſlatoribus conſtituto, & ſæpiſſimè audito, de quo ſolo curamus, & manet citatum.

19 Sed jam ipſe Biota recurrit ad aliud, *eodem art.* 10. *pag.* 185. *in fine cum ſeq*; inquiens: privationem filiæ nubentis cum extraneo, non extendi ad filium ipſius filiæ, qui nihil peccavit, imò, cùm privatio ſit odioſa, reſtringendam eſſe ad filiam de quâ ſolâ lex loquitur. *3 Objectio pro Rege Caſtellano.*

20 Hoc autem eſt æquè innane; I. Quia ſi filia eſt excluſa, per conſequens ejus filius qui non poteſt intrare niſi ex jure matris; ut probat Paul. Caſtr. *relatus ſup. cap.* 11. *n.* 36, quod ex dictis *cap.* 9. *& duobus ſeqq*, procedit in caſu noſtro ex rationibus particularibus. *Inanis.*

21 II. Lex noſtra eſt in utilitatem Reipublicæ, ut evidenter patet ex dictis *à n.* 2. ergo (ſi neceſſarium foret) interpretatione eſſet adjuvanda, *l. boc modo* 63, *aliàs* 64. *in fine de cond*; *& dem*; *ad quod multa Alex. ab Alex. lib.* 4. *gen. dier. cap.* 8.

22 III. Quamvis eſſet lex odioſa, & pœnalis (quod abeſt) & contra regulas ordinarias juris communis, deberet extendi ex identitate rationis, (jam notatâ) vel æquitatis;

 l. ſi

l. ſi quis ſervo 20 *ad fin. ibi: non ab re extendatur, C. de furt; & ibi gloſ. ult; bona gloſa per tx. ibi, in l. placuit* 8, *verbo: in omnibus C. de judic*; unde quoque ex identitate lex propoſita contra facientem delictum comprehendit mandantem, *l. ſi quis* 7. §. *hoc verò, de juriſd. omn. jud*; & habens plura capitula cenſetur repetere in ſequenti, quod in præcedenti dixerat, §. *capite tertio verſ. illud palàm Inſt. de lege Aquil*; Imò non dicitur extentio, ſed ex lege ipsâ eſſe quod venit ex ejus mente, licet verba deficiant, *l.* 3. *ad leg. Corn. de Sicar*; *expreſſior tx. in l. nominis* 6. §. *verbum, ubi gloſa* 1. *de verb. ſign*; *optimus tx. in princ. ubi etiam gloſa* 1. *Inſt. de legit. patron. tut. Bart. per tx. ibi in l.* 3. *ff. de legit. tut*; mens enim potiùs attendenda, quàm verba, *l. quamvis* 9. *in fin. ff. de injuſ. voc*; *gloſa, per tx ibi, in l. at ſi quis, aliàs & ſi quis* 14. §. *idem Labeo, verbo imitari, de religioſ. & ſumpt. fun*; *faciunt quæ dixi c.* 9. *n.* 212, *& ſeq*; unde rectè dicetur legem de quà agimus locutam ſolummodo de filiâ, vel exempli causâ, ut in ſimili ait tx. *in l.* 3. §. *quod vulgò, & ibi DD. ff. de vi, & vi armatâ*; vel quia eſt caſus frequentior, ad quem ſolum leges in diſponendo adaptantur, ut inquiunt Juriſconſulti *in l. jura* 3, *cum duabus ſeqq. ff. de legib*; in eo tamen comprehenditur deciſio ad ſimiles, ut proſequuntur alii *in l. neque leges* 10, *cum tribus ſeqq. eodem tit.* 23

IV. Si contrarii nolunt niſi verba ſine interpretatione, (quod ſoli Judæi faciunt, ut ait gloſa 2. *in l. non dubium C. de legib.*) legant benè legem noſtram invenient hæc: *Non veniat Regnum ad extraneos*, & iterùm: *Nunquam volumus noſtrum Regnum ire for* (extra) *de Portugallenſibus, qui nos ſuâ fortitudine Reges fecerunt*, &c. quid clariùs? 24

certè

certè negabit nemo ſanæ mentis generaliter eſſe prohibitum Regnum tranſire ad extraneos ſive per filiam, ſive per nepotem, ſive per alium quemlibet, ſive filia habuerit fratres, ſive non, & ſive per eam agatur de ſuccedendo patri, ſive alio conſanguineo.

25 Quare Adverſarii jam hæc agnoſcentes, magis ad propoſitũ argumentantur, Eliſabetham non nupſiſſe extraneo, ſed Carolo quinto Imperatori qui Luſitanus erat; ſi probent vicerunt hoc punctum cauſæ. *4 Objectio pro Caſtellano.*

26 I. Proponunt rationem; nam Carolus 5 erat nepos Maximiliani 1 Imperatoris, qui per matrem Eleonoram, fuerat nepos Eduardi Regis Luſitaniæ; ergo (inferunt) cùm habuerit abavum Luſitanum, erat Luſitanus.

27 II. Volunt probare textu *in cap. bonæ 4. §. nec obſtabat, verſ. quia verò, de poſtul. præl.* ubi (ſuppoſito quod epiſcopatus non debet conferri niſi ei qui fuerit ex eodem loco, *ut ſup. n.7.*) ait Summus Pontifex, ut Caſtellani referunt: *Non poteramus ſalvâ conſcientiâ eidem Eccleſiæ in aliâ perſonâ, niſi quæ de regno Hungariæ originem duceret, congruè providere, nec vellemus ei præficere alienam*; En, (inquiunt) Hungarus reputatur qui ab Hungariâ originem tantùm ducit.

28 III. Adducunt exemplum Germani Imperii, in quo lex adeſt (ut affirmant) ne niſi Germanus promoveatur ad illud; *& tamen neceſſe non eſt creandum Cæſarem in Germaniâ eſſe natum, ſed ſufficit, ſi parente Germano editus ſit; arg. l. filios C. de municip. lib.*10; *l.*1. §. 1. *& l. adſumptio 6. §. filius ff. eodem*; ita ex aliis Caramuel *in reſp. ad manifeſt. Luſit. lib.*5. *cap.*3. *n.*34, *&* 35; addens quod ſecundùm hoc electus fuit Imperator Fridericus 2, natus

Siciliæ,

Siciliæ, quia filius Henrici 6 Germani; *Nec ſolùm*, inquit, *habentur Germani filii, ſed etiam nepotes, ut viſum eſt in Cæſaribus Carolo 5, & Ferdinando 1; ille natus fuerat in Gante Flandriæ, iſte Medinæ Caſtellæ; erant filii Philippi 1, nati in Bruxas, ſed nepotes Imperatoris Maximiliani 1, qui fuerat Germanus per ſanguinem, & nativitatem.* Caramuelem ſequuntur Anglus ille (de quo *cap. 9. n.* 207.) in diſſert. jurid. *n.* 32, & Fuertes Biota *in d. Antiman. art.* 10 qui, *pag.* 188. addit II Exemplum Ferdinandi 1, qui filius Joannis 1 Regis Caſtellæ, & ibi natus, ac nutritus, obtinuit Regnum Aragoniæ tanquam Aragonenſis, ex eo ſolo quod ejus mater Aragonenſis fuerat; item aliud Ferdinandi Catholici quem, natum & nutritum in Aragoniâ à patre Aragonenſi, Eliſabetha Regina Caſtellæ accepit in maritum inquiens non poſſe extraneum vocari cùm ſanguinem Caſtellanum haberet. III. Adducunt etiam in exemplum Luſitanos ipſos ita agnoviſſe cùm Beatricem unicam filiam Regis Ferdinandi nuptui tradiderunt Joanni 1 Regi Caſtellæ, eum Luſitanum agnoſcentes quòd haberet ſanguinem Luſitanum. IV. Denique affirmant ita in omnibus obſervari Regnis quibus dignitates negantur extraneis, & tamen dantur illi qui (quamvis in alio Regno) natus ſit ex patre, vel matre illius Regni de cujus dignitate agitur.

IV. Loco tentant confirmare verbis ejuſdem noſtræ legis, quæ ait: *non accipiet virum niſi de Portugal*; & inferiùs: *accipiet maritum de Portugalle*, tunc arguunt: lex non dicit: *maritum Luſitanum*, ſed: *maritum de Portugal.* (*de Luſitaniâ,*) at verò (inquit Caramuel *n.* 32,) particula *de* non ſignificat poſſeſſionem, id eſt, ut ſit Luſitanus, ſed deriva- 29

derivationem, id eſt, ut habeat originem à Luſitaniâ; quemadmodum *nobilis Toletanus* vocatur qui natus eſt Toleti; *nobilis de Toleto*, qui venit ex *Toletorum* familiâ, licet alibi natus, quapropter d. particula ponitur in cognomine, ad diſtinguendas familias; dicimus enim: *Maria de Medicis*, non: *Maria Medicorum*, & ſic de aliis; & Reges Caſtellæ vocantur *Philippus de Auſtriâ, & Portugal.* ac Imperator, cui nupſit Elizabetha, vocabatur *Carolus de Auſtriâ, & Portugal*, idemque habebant cognomen ejus pater Philippus, & avus Maximilianus Imperator; & qui hoc cognomen eis negaverit, negabit etiam *Auſtriacum*; proſequitur Biota *pag.* 191, eamque particulam *de* non importare cauſam proximam ſed remotam, corroborat ex traditis ab erudito Aug. Barboſâ *in tract. de diction*; adſtipulatur Anglus citato loco.

30 Verùm hæc minimo flatu curruunt; oſtendam clariſſimè quot ſunt verba, tot continere falſitates. Quoad rationem de quâ *n.* 26. imprimis eſt pluſquam certum, quod ut quis ſit municeps, ſeu, (ut dicimus) naturalis unius Regni, vel civitatis, attenditur ſolus pater, non mater; omitto probationes particularium legum; probabo ſolùm illis ipſiſſimis juris communis quas adverſarii *ſup. n.* 28. pro ſe falsò, vel ignoranter allegarunt; I. Eſt *l. filios* 3. *C. de municip. lib.* 10. ecce eam integram: *Filios apud originem patris, non in maternâ civitate, & ſi ibi nati ſint, (ſi modò non domiciliis retineantur) ad honores, ſeu munera poſſe compelli, explorati juris eſt.* Vide Bartoli ſummarium: *Filius ſequitur originem patris, & non matris, niſi ex aliâ causâ civitati matris ſit adſtrictus.* II. Textus eſt *l.* 1. §. 1. *ff. illo tit.* audiamus illum: *Qui ex duobus igitur Campanis* *Contra veritatem*

parentibus

parentibus natus eſt, Campanus eſt; ſed ſi ex patre Campano, matre Puteolanâ, æquè municeps Campanus eſt; niſi fortè privilegio aliquo materna origo cenſeatur. III. Eſt *l. adſumptio* 6. §. *filius eodem tit*; en verba: *Filius civitatem ex quâ pater ejus originem ducit, non domicilium, ſequitur.* Sed Carolus 5, Philippus 1, Maximilianus 1, per parentem maſculum non veniebant à Luſitaniâ, ergo non erant Luſitani, quamvis, per matrem, Luſitanum ſanguinem haberent. Deindè, hoc quod diximus, filium ſequi originem patris, intelligitur *ubi ſcilicet pater fuit natus, ut ff. eodem l. adſumptio* §. 1; *adeo quod ſi avus fuit aliundè, non ſequitur eum nepos; aliàs oportet nos quærere ubi Adam natus fuit, quod dicitur eſſe ager Damaſcenus*; declarat formaliter gloſa 1. *in d. l. filios*; repetit eiſdem ferè verbis *in d. l. adſumptio* §. 1. *verbo: ſequitur.* Scio tamen marginalem *ibi* ex Bart. notare, etiam nepotẽ ſequi avi originẽ, ſed non maiorum ulteriùs; eſto; ergo, licet Carolus 5 deſcenderet per maſculum (quod non eſt) à Luſitaniâ, tamen, cùm talis non eſſet pater, nec avus, ſed in quarto gradu abavus (erat abavia) non poterat dici de ejus origine; his tota Caſtella reſpondere non poterit.

31 Ad tx. in cap. bonæ 4. de quo *n.* 27. reſpondeo I. literam quæ allegatur non eſſe veram; vera (abſque particulâ *niſi*) ait ſic: *Non poteramus, ſalvâ conſcientiâ, eidem Eccleſiæ in aliâ perſonâ quæ de Regno Hungariæ originem duceret congruè providere, nec vellemus ei præficere alienam*; ita pro nobis potiùs facit expreſsè, ſiquidem ait, non eſſe ſatis originem ducere, oportebat ergo ibi natum eſſe; quod verò hæc ſit vera litera notat ibi gloſa margin. *in codicibus impreſſionis Taurinæ ann.* 1621, *ac in aliis*, advertens: *In quibuſdam*

buſdam vulgatis hîc inſeritur dictio, niſi, quæ nec in antiquis, nec in veteri compilatione habetur: & ex lecturâ textus ap-
32 paret veriſſima. II. Si adverſarii nolint admittere noſtram veram literam, ſaltem non poſſunt negare, contra relatam gloſam, eum textum variè legi; tunc audiant Jaſonem *in lect. l. admonendi n.67, & 68. ff. de jurejur.* docentem: *quando una lex habet varios intellectus, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, &c.* dixi *in tract. Perfectus*
33 *Doctor qualit.23. n.14, & 36.* III. Quamvis ſuſtineamus literam quæ habet, *niſi*, non diſcrepat à nobis; debet enim intelligi, *niſi quæ de Regno Hungariæ originem duceret* proximam & per maſculum, ſcilicet, quia pater, vel ſaltem avus in Hungariâ natus fuerat, juxta txs citatos *n. præcedenti*, ne dicamus hunc loqui adverſus illos; imò intelligendo unum per alios, *ut adverti ſup. cap.1. n.6. in fine.*
34 IV. Licet (ad libitum Caſtellanorum) loqueretur de origine remotâ, fortè poſſet fieri contra prohibitionem juris communis de quâ ſupra *n.7*; maximè ex ratione Pontificis ibi: *quia verò non plenam de perſonis illius Regni notitiam habebamus*; & ex neceſſitate Eccleſiæ requirentis ſine dillatione paſtorē, propter controverſias quas tx. refert; de hoc verò non valeret argumentum ad caſum noſtrum, in quo non tantùm agimus de prohibitione juris communis, ſed etiam de prohibitione ſtatuti ſeu legis particularis, quæ non admittit tam latam diſpenſationem, imò ſtrictè interpretanda, *ut notatur in l.3. §. hæc verba 2. ff. de negot. geſt.* proindeque intelligenda de Luſitano in rigore.

35 Exemplum Imperii de quo *n.28.* fundatur lege cujus verba contrarii non oſtendunt, nec poſſum invenire; puto autem non eſſe ita expreſſam ſicut noſtra, ſiquidem Cara-

muel *in d. reſp. ad manif. lib.5. art.3. n.35* fatetur, & ſcimus aliunde, per obitum Maximiliani habuiſſe aliqua electorum ſuffragia Franciſcum 1 Regem Galliæ nil Germani ſanguinis habentem (ni fortè remotiſſimè;) nec eſt credibile habiturum ſuffragia contra legem adeo expreſſam. Sed eſto expreſſa ſit; exempla adverſus nos prolata ſunt miſerabilia; Principes enim illi per patrem, vel ſaltem avum paternum erant Germani, ut narrant ipſi adverſarii, rectè igitur judicati ſunt Germani juxta dicta *n.30*; quemadmodum Luſitanus foret Carolus ſi patrem, vel avum paternum Luſitanum habuiſſet; arguere autem à proavia in tertio gradu, eſt terminus diſparatus.

Supra n. 30. in fine, lege: in tertio gradu proavus, (erat proavia.)

Ad II. exemplum de utroque Ferdinando 36
Regibus Aragoniæ, ac Caſtellæ, facilè ſatisfit negando in illis Regnis ullam eſſe in obſervatione legẽ quæ à Coronâ extraneos excludat; unde etiam vidimus in Caſtellâ regnaſſe primum Philippum extraneum omninò; non ergo in illis erat difficultas quam parit ſpecialis noſtra lex; & tale argumentum eſt ſolummodo pro implendo papyro. III. Exemplum de Beatrice Luſitanâ 37
nuptâ Joanni 1, Regi Caſtellæ oſtendã infra *à n.50. maximè 53.* contra Philippũ eſſe optimũ argumentũ. IV. De- 38
nique in quo adverſarii aſſerunt ita obſervari in omnibus Regnis, me obligat recordari illius quod Ludovicus Viv. *in lib. de verit. fidei Chriſt.* contra Machumetem ait: *Profectò alterum neceſſe eſt, vel ipſum beluam fuiſſe, vel eos quibus loquebatur habuiſſe pro beluis*, non intendo comparare aliquem diabolico illo Autori peſtiferæ Sectæ, at liceat ſimili modo declarare quàm ſit mirum Caſtellani Advocatos audere publicis ſcriptis affirmare

quod

quod in Regnis, quorum leges denegant dignitates extraneis, non judicatur extraneus ille qui extra Regnum eſt natus ex omnibus parentibus extraneis, dummodo (ut erat in Carolo 5.) ex octo, quos unuſquiſque habet proavis, habeat unicam tantùm proaviam natam in Regno de quo agitur.

39 Ad argumentum deſumptum *n.*29. ex verbis legis utentis particulâ *de*, reſpondetur imprimis, ipſum Caramuelem paulò antea *eodem cap. n.*29. dixiſſe circa legem illam: *Stillus eſt ſecundùm tempus, & occaſionem antiquus, & militaris, non eſt cur examinemus an ſit Ciceronianus*; quomodo igitur jam eum tanquam Ciceronianum examinat? certè iſti arguentes affirmant, & negant ut petit phantaſia

40 propria. Sed eſto fiat examen in rigore; ſi Ciceronis latinitatem inſpiciamus, eundem ſenſum facit dicere: *accipiat maritum de Portugalle*, ac dicere: *accipiat maritum Portugalliæ*; teſtis ipſe eſt Cicero 4. *Tuſcul.* ibi: *afflictio, deſperatio, & ſi qua ſunt de genere eodem*; id eſt: *ejuſdem generis*, ut explicat Callepini dictionarium *dictione, de, in noviſſimis*; vel eſt idem ac: *accipiat maritum ex Portugalliâ*, juxta eundem Callepin. explicantem *de* pro *ex*; ſi verò attendamus interpretationem juris, particula *de* ex naturâ ſuâ denotat cauſam proximam, & immediatam, *notatur per l.*1. §. *fin. de incend; ruin; & naufr*; *Mantica de conject. ult. vol. lib.*11.*tit.* 12.*n.*17, *Tiraq. ceſſ cauſ. limit.*20.*n.*31. *verſ. nam, & dictio, de*; & quia *n.*30. promiſi oſtendere contrarias objectiones tot continere falſitates quot verba, quæſo videatur Auguſt. Barboſa (quem Biota pro ſe allegavit) *in tract. de dict. in dict.*86. *n.*8; ibi enim ex Baldo *conſ.*336, *quæritur utrum lib.*3. inquit *de* ſignificare imme-

diatam materiam ex quâ aliquid exit, vel fit; & *n.*3. dixerat nunquam ſignificare cauſam remotam, niſi quando materia ſubjecta poſtulat, & conſtat diſponentem ſic voluiſſe; ergo illud: *accipiat maritum de Portugalle,* non derivationem remotam, ſed proximam nativitatem ſignificat. Confirmatur ratione ibi: *ut non veniat Regnũ ad extraneos;* 41
ſed qui non venit proximè, & per maſculum ex Luſitaniâ, eſt extraneus, *ut ſupra n.*30, ergo: *de Portugalle* ſignificat verè Luſitanum. Ex his apparet in cognominibus fami- 42
liarum nos uti particulâ *de* v. g. (ut aiunt contrarii) *Maria de Medicis, Ludovicus de Bourbon, Mauricius de Naſſau,* non quòd *de* remotam derivationem oſtendat, (cùm potiùs proximam dicat, ut probavi, imò qui ſic appellantur non remotè deriventur, ſed immediatè ſint ipſiſſimi ex familiâ,) ſed quia vulgari idiomati magis convenit ille modus loquendi in quibuſdam cognominibus, quemadmodum aliis *de* repugnat omninò; v. g. non dicimus *Eliſabetha de Stuard, Alexander de Farneſio,* & ſic de plurimis, ſed *Eliſabetha Stuard, Alexander Farneſius;* unde, quia in hoc nulla eſt ratio at tantùm conſuetudo, eos quoque quibus vulgariter addimus particulam *de,* nominamus latinè ſine illâ, propriè enim dicimus: *Maria Medicea, Ludovicus Bourbonius, Mauricius Naſſauvius, &c;* quin etiam Luſitano, vel Caſtellano ſermone, loquendo generaliter de familiâ, meliùs dicitur: *os Medicis, los Bourbones,* quàm *os de Medicis, los de Bourbon;* quapropter cùm hoc veniat ex mero uſu, abſque certâ regulâ, abſque illâ deducitur argumentum hinc. Similiter eſt ridiculum affir- 4
mare Maximilianum, Philippum, ac Carolum Imperatores, & Caſtellæ Reges, fuiſſe cognominatos *de Portugal,*
cùm

cùm nec ſcriptura, nec Author ullus hoc dicat; imò Caſtellani Advocatus Biota *in eodem Antiman. art.* 8. *ex pag.* 146. ex profeſſo curaverat probare nullũ Regem Caſtellæ, vel alium, uſum fuiſſe cognomine; ſed eſto Maximilianus, & cæteri relati cognominati fuerint *de Auſtriâ*, non ſequitur (ut putat Caramuel) poſſe itidem cognominari *de Portugal*; nam ſi legat Armariæ, ſeu Inſignium libros addiſcet neminem in rigore (licet abutamur contrario) poſſe aſſumere cognomen per matrem, maximè cùm nullum honorabilem ſtatum per eam poſſidet, ut non poſſidebat Maximilianus, nec ejus deſcendentes; ſed quid ego immoror? cognominati fuerint quomodo adverſarii velint, punctum eſt quod extranei excluduntur à Coronâ noſtrâ, ideóque filia Regis nubens extraneo; omnes Caſtellani extranei erant, ergo, &c. hæc omnia remanent pluſquam demonſtrata.

Vide Caſtellani Advocatos ſibi contrariantes.

44 Videns ergo Biota actionem Caſtellani nequaquam poſſe ſubſiſtere, dum ſubſiſtunt leges illæ excludentes extraneum, *d. art.* 10. *ex pag.* 177. negat illas, non in totum, (jam enim vidimus *cap.* 9. *n.* 90. eas faſſum fuiſſe; quinimò vidimus *in* 2. *procem.* §. 1. *n.* 28, *& in d. cap.* 9. *n.* 74, 85, 212, *&* 215, *ac cap.* 10. *n.* 27, *& cap.* 11. *n.* 29. omnes ejus coadvocatos Philippi juſtitiam velle fundare in illis legibus, de quibus item negativus Caramuel præſtat particulare teſtimonium relatum *d. procemio* 2. §. 2. *n.* 42.) ſed negat eam partem Philippum excludentem non inveniens aliud reſponſum; & negationem fundat in eo quod, cùm Chriſtus Dominus conſtituerit Regnum Luſitanum in Alphonſo 1, & ejus ſemine generaliter, ut vidimus *in* 2. *procem.* §. 2. *n.* 5; non eſt poſſibile quod comitia generalia excluſerint

5 Objectio pro Rege Caſtellano.

excluſerint poſtea fœminas ejuſdem deſcendentes ex eo quod nuberent extraneis; atque ita eas leges eſſe vitiatas in illâ excluſione, aliàs enim ſequeretur viſionem Chriſti veram non fuiſſe; addit confiſus totam Luſitaniam ſolvere non poſſe antinomiam iſtam.

Sine momento. In hoc, imprimis, ſi Biota alicujus numeri Author foret, ei gratulandum quòd fateretur illam noſtri Regis viſionem beatam; II. Notandus venit modus argumentandi Caſtellanorum, qui eaſdem leges concedunt dum putant pro eis facere, & negant dum faciunt contra ipſos; III. Non tota Luſitania, ſed unicus calamus ſolvit antinomiam fictam, advertens, in excludendâ fœminâ nubente extraneo, v. g. matre Philippi, non adimi Regnum ſemini Alphonſi cui Chriſtus illud dedit, datur enim alii ſemini ejuſdem Alphonſi, ſcilicet Catharinæ. At nil obſtat quod leges in publicum bonum potuerint ſucceſſionem regulare inter deſcendentes Alphonſi prædicti. 45

Replicabunt fortè contrarii, quod talis lex ſuſtineri non valet, quia poteſt dari caſus quo nullum Alphonſi extet ſemen niſi filia extraneo nupta quæ privari non debet donatione Chriſti. Reſpondeo, cùm non ſimus in tali caſu, nil ad Caſtellanos pertinere adhuc de illo; interim lex diſpoſuit circa frequentiorem caſum (in quo vix deſunt deſcendentes) cui leges adaptari ſolent, non eis qui perrarò contingunt, *l.3. cum ſeqq. ff. de legib*; & juſta eſt cùm habeat qualitates legis *notatas in cap. erit autem diſt.*4. *cum ſimilibus*; ſi autem præmeditatus caſus veniat, tunc non erit reprehenſibile ſi non habeat locum, diſpenſetur, vel mutetur, *ad ea quæ notantur per tx. in cap. non debet de conſang. & affin.* Omitto quod deſcendens per fœminam 46

&

& in regno extraneo poteſt dici non eſſe ex ſemine Alphonſi, argumento eorum quæ allegavi *n.* 30, maximè cùm Chriſtus Dominus Regnum conſtituerit pro ſolis Principibus verè Luſitanis, *ut conſtat ex relatis d.* 2. *proœm.* §. 2. *n.* 5; *& patebit in appendice cap.* 1; item omitto alia, quoniam ut dicebam, ſumus in terminis habilibus.

47 Tandem evidenter oſtendo citatam legem nullum admittere niſi ex patre Luſitano in Luſitaniâ nato; ait enim: *ut non veniat Regnum ad extraneos, &c.* an ne in hoc egit de marito Reginæ? minimè quidem; hic namque licet Luſitanus, (ait lex 6.) *non vocabitur Rex niſi poſtquam habuerit de Reginâ filium maſculum*; & cùm illum habuerit, *quando fuerit in congregatione ibit in manu ſiniſtrâ, & non ponet in capite Coronam Regni*: ergo, filium Reginæ vocat Regem extraneum propter patrem, juxtà jus de quo ſupra *n.* 30; ſi igitur extraneum judicat filium Reginæ Luſitanæ, à fortiori, pronepotem Luſitanæ non Reginæ; eſt ſubtilis probatio, cui reſponderi non poteſt. *Notà probationem optimam.*

48 Quare idem Biota parùm confidens de præpoſito argumento, inquit *eodem art.* 10. *pag.* 180, quod ſaltem fateri debet leges per non uſum abrogari, *ut dixi cap.* 3. *n.* 18, noſtram verò non fuiſſe practicatam, imò contrarium quando Beatrix unica filia Luſitani Regis Ferdinandi extraneo Joanni I Regi Caſtellæ nupſit conſenſu Luſitanorum, qui nihilominùs jurarunt eam Principem hæredem; & quamvis poſtea renuerunt, non fuit ex hac causâ. *6 Objectio pro eodem.*

49 Verùm argumentum iſtud non eſt juridicum; ut enim leges per contrarium uſum abrogentur, plures actus ſunt neceſſarii, & DD. pauciores requirentes, duos requirunt, *ut retuli cap.* 3. *n* 19. ergo ſine fundamento ædificat, qui unum tantùm allegat. *Nec juridica, nec ſecundùm veritatem.*

At

At certè nec unus actus eſt in contrarium, imò in allegato lex illa ad unguem obſervata fuit, quamvis enim populi à Ferdinando Rege, metu ſaltem reverentiali, coacti matrimonio conſenſerint, tamen, conſtat *ex Chron. Regis Joann. I. & omnibus aliis*, quòd, ut modo aliquo ſuſtinerent mentem legis, appoſuerunt conditionem ne Caſtellanus Luſitaniam intraret donec ex Beatrice haberet filium, qui ſuccederet in Coronâ Luſitanâ ſeparatim, (nam habebat jam ex priori matrimonio Henricum, & Ferdinandum pro ſucceſſione Caſtellæ,) quod quidem conſonum erat verbis noſtræ legis 6. Lamecenſis, ibi: *talis non vocabitur Rex, niſi poſtquam habuerit de Reginâ filium maſculum.* Planè pro eo quod deeſt ad implementum illarum legum, ſatis erat reſpondere, quod, ut ait verſus vulgaris: 50

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta jubendi;

Ideò tx. *in l.4. ff. de reg. jur.* inquit: *Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini:* unde facta per metum reverentialem carent effectu; *l. pen. ff. de furt; gloſa, verbo: metu, per tx. ibi in l.* I. §. *quæ onerandæ ff. quar. rer. act; & verbo: non probatur, in l. filiusfam.* 8. §. *invitus ff. de procurator; Cujac. lib.16. obſerv. cap.40, & lib.15. cap.23; Socin. reg.*192; & etiam in delictis (quibus ſemper videtur ineſſe malitia) talis metus, ſi delictum non ſit ex atrocibus excuſat omninò, *l. ſervus 20, ubi gloſa ult. ff. de act; & oblig; l. ad ea 199. ubi gloſa* I; *de reg. jur;* ſi verò delictum ſit atrox ille metus minuit pœnam; *l. ſervos* 8. *C. ad l. Jul. de vi; ubi gloſa, verbo: metallo, l.2. C. de ſepulchro viol; ubi etiam gloſ. ordinaria, verbo: relegatione, & marginal. plura citans, Tiraq. de pœn. temper. causâ* 34. ubi agit de facientibus mandato Principis; & quamvis ſola reverentia 51

non

non ſufficiat, ſed debeant concurrere minæ, vel aliud metum inferens, *ut deducitur ex l. ad invidiam 6. C. de his quæ vi, met; ve cauſ. cum aliis*, tamen cùm hæc probare ſit difficile *ut ex Boërio de ciſ.*101. *notavit gloſ. margin. ad ordinariam in d. l.*1. §. *quæ onerandæ, verbo: metu, ff. quar. rer.* per conjecturas juſtificabitur; quarum eſt una ſi ſuperior ſoleat ſævire in renuentes, *ex Abb. in cap. cauſam matrimonii ubi Dec. n.*5. *de off. del*; *idem Dec. in c.*1. *n.*3. *eodem tit. Cov. qui plura refert, de ſponſal.* 2. *p. cap.*3. §. 6. *n.*4. *Molin. de primogen. lib.*2. *cap.*3. *n.*9. At verò licet Ferdinandus Luſitaniæ Rex fuerit mitis, attamen ejus uxor Eleonora, quæ totum gubernabat, eo rigore uti ſolebat in parùm affectos, ut illius temporis hiſtoria facilè demonſtret juſtè potuiſſe timere villarum procuratores in comitiis, ſi quid ejus filiæ

52 denegarent. Eſt item alia regula quod ſi, cum reverentiâ, enormiſſima læſio concurrat, præſumitur metus ſufficiens, nec aliud eſt neceſſarium, *Covarruv. citato loco, & in cap. quamvis pactum* §. 4. *p.*3. *n.*7. *Molina d. c.*3. *n.*11; *referens Franc. de Aret; Dec; & Aymon. qui conſ.*11. *col. pen.* extendit ad renuntiationem juratam; enormiſſimam autem læſionem conſiſtere in admittendo Rege extraneo contra dictam legem prohibentem, oſtenditur clarè per ſupra notata *à n.*2.

53 Verumtamen antiqui Luſitani non relinquerunt nos in opinionibus quamvis certiſſimis, datâ enim libertate integrâ, ſcilicet defuncto Rege Ferdinando, reclamarunt ſtatim quod fecerant, & effectivè filiam à ſucceſſione excluſerunt, non ſolùm ex aliis cauſis, (ut deficiens in notitiis argumentum ait,) ſed præcipuè quòd extraneo nupta eſſet, ut conſtat ex oratione inſignis Doctoris *Joannis das Regras*

tunc habitâ Conimbricæ in generalibus comitiis, ac aliis contentis *in Chron. Regis Joannis* 1, *p.*1. *à cap.*179. *uſque ad* 185, *retuli in* 2. *procem.* §.3. *n.*2; unde patet Luſitanos tunc feciſſe idem quod nunc fecerunt, excludendo tunc, & nunc extraneum quem inviti admiſerant, & ſi Caſtellani deſiderant illum antiquum Luſitanorum conſenſum, jam quod petunt intus habent.

7 Objectio pro eodem. Quápropter Biota hujus etiam medii diffidit, recurrens ad aliud per quod, quaſi piſcis rete captus, putat adhuc eam rumpere; ait inquam *d. art.*10. *pag.*192. quod generalis prohibitio facta alicui de non nubendo ſub pœnâ privationis ſucceſſionis non valet; ſed talis eſt quam noſtra lex facit prohibendo generaliter nuptias cum extraneis, ergo invalida eſt, dixerat *pag.*181. matrimonium fieri in cœlo, & exequi in terrâ, & cùm ſit ſacramentum debere eſſe liberum ab omni conditione. 54

Ignorantiſſima. Hoc argumentum non poteſt non dici ignorantiſſimum; nam, non agendo de propoſitione maiori (quæ tamen non tranſit ſine declaratione,) minor eſt in negotione manifeſtâ; non enim in lege noſtrâ populi dantes ſucceſſionem Coronæ prohibent generaliter nubere niſi cum extraneis; permittunt autem expreſſis verbis, imò jubent & pro conditione ſeu modo ponunt accipere virum nobilem de toto Luſitaniæ Regno, in quo ſatis honeſtè, ac liberè poteſt eligi; & ſic non eſt dubium juridicam, atque optimam eſſe conditionem ſeu modum; nolo Authorem alium niſi Molinam Caſtellani Regis legatum in Luſitaniâ pro ejus ſucceſſione; audiamus eum *d. tract. de primogen. lib.*2. *cap.*13. *n.*2, *&* 3. ex profeſſo punctum tractantem: *Dicendum eſt hujuſmodi conditionem validam eſſe: nam quamvis metu* 55

Vide principaliorem Doctorem Caſtellani contra illum.

pœnæ

pœnæ non poſſit quis ad matrimonium contrahendum aſtringi, l. Titia ff. ſol. matr; c. Gemma de ſponſal; ſpe tamen præmii optimo jure poteſt ad matrimonium allici, atque invitari, l. Titio centum §. Titio centum el. 1. ff. de cond. & dem; per quem textum (vide) *in ſpecie cenſuerunt Bart; & communiter ſcribentes ibidem, valere conditionem contrahendi cum certo genere perſonarum; quia ex hoc non cenſetur adempta facultas contrahendi, licet ex parte reſtringatur, quod etiam dixit Oldradus conſ. 16. 1. q; Felin. in cap. 1. n. 23. de ſponſal; Guillielm. Bened. in repet. cap. Raïnuntius, verbo: cuidam Petro tradiderunt, n. 1. uſque ad 12. de teſtam; Palac. Ruv. in rep. cap. per veſtras de don. int. vir. & ux. 3. not. §. 21. n. 1. cum ſeq; Roder. Xuar. in l. 1. tit. de los caſamientos, lib. 3. fori, verſ. quæro primò, ſcrib. communiter in l. 1. C. de inſt. & ſubſt; D. Didac. de Covarruv. in epit. ſuper 4. p. 2. c. 3. §. 3. n. 6. cum ſeq; Eman. Acoſta in l. cum tale §. ſi arbitratu ff. de cond. & dem. 6. limit. n. 1. cum ſeq; Alciat. in d. l. Titia in princ. ff. de verb. oblig; Socin jun. in l. ſtipulatio hoc modo concepta n. 28. ff. eodem; idque comprobatur ex eo, quod habetur Geneſ. 1. c. 28, ubi Iſaac præcepit Jacob. filio ſuo ut acciperet uxorem de filiabus Laban.* Proſequitur *n. 4.* ita: *Quod ne dum in præcepto contrahendi cum certâ perſonâ adjecto: ſed etiam in eo quod per viã modi adjectum eſt, procedit; Oldrad. d. conſ. 16, Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti, §. ſi tibi nupſero ff. de verb. oblig; Palac. Ruv. in d. cap. per veſtras 3. notab. §. 21. n. 3; & illuſtriſſimus D. Didac. de Covarr. in epit. ſupra 4. c. 3. §. 3. n. 7, & 8; quod ad maioratus mente tenendum eſt, quibus hæ, atque ſimiles leges, in vim modi apponi ſolitæ ſunt.*

6 Per hæc ita exhauſtus eſt puteus Caſtellanarum obje- *Confirmantur ſupra dicta.*

 ctionum,

ctionum, ut Anglus Advocatus, in ſæpe citatâ diſſertatione juridicâ, tranſiens cum refutatis, nil novi invenerit dictu; nobis autem adhuc duo reſtant multum ſubſtantialia.

Lex excludens extraneũ à Coronâ Luſitaniæ, militat particulariùs contra Caſtellanos.

Vnum quod inter omnes extraneos ſpecialiter Caſtel- 57
lani debent excludi à Luſitanâ Coronâ; illa enim ratio parvæ affectionis quam noſtræ legi, & ſimilibus aſſignat Div. Thom. *ut ſupra n.*2; plus militat in Caſtellanis qui non ſolùm non diligunt, ſed nativo perſequuntur odio Luſitanos; ut fatetur Philippi 2 ſcriptor Coneſtag. *in unione Portugal. lib.*1. *poſt princip*; inquiens: *Inter has nationes* (Luſitanam & Caſtellanam) *accenſum eſt odium ita mortale, ut duret uſque in hodiernam diem.* Rationem invenit idem Author in bellis inter utramque continuatis per multa ſæcula; quam proſequitur eruditus Author antiquus libertatis Portugal. *pag. mihi* 33. *in ultimâ impreſſione ann.* 1641. dicens: *Caſtellani odiunt perſonas à quibus toties fuerunt victi, & caſtigati*; quod quidem ordinarium eſt.

Hinc venit ut ipſe hic Author notat, quod Caſtellani 58
Principes, judicantes, ex ſuo, cor aliorum, putant ſe à Luſitanis odio haberi; quod probat hac hiſtoriâ; Luſitanus quidam coronelis, ſeu magiſter campi, nomine *Ferraz*, qui Franciſco 1 Galliæ Regi, adverſus Carolum 5 Imperatorem, ſervierat, factâ pace rediens in patriam per curiam Caſtellæ, debito reſpectu eundem vidit Imperatorem, à quo præclarâ famâ notus honorificè per dies aliquot exceptus eſt; cúmque ſemel ab Imperatore interrogaretur, cur maluiſſet Gallo inſervire; reſpondit urbanè, Luſitanos è patriâ exeuntes ſolum honorem affectare, ſibique viſum fuiſſe maiorem acquiſiturum ſi contra maiorem

rem Ducem pugnaret; cui Caſtellanus Imperator ridens: magis credo cauſam fuiſſe vetus odium quo nos odiſtis Luſitani; tunc Luſitanus irâ inflamatus, quòd putaretur nobile cor odii capax eſſe, Caſtellanos parvi faciens, Juro Domine (inquit) coram Majeſtate veſtrâ, me nunquam Caſtellanorum meminiſſe; amplectebatur eum Princeps ille reſponſum laudans, ſed oſtenderat quam dicimus opinionem, quam etiam publicare fecit Philippus ejus filius per Coneſtag. d. *loco*; quomodo igitur gubernabit, qui vaſſallos odit,& ſe credit odioſum illis? experientia oſtendit in Philippis,qui Luſitaniam regerunt non Reges, ſed hoſtes, ut patebit *lib.*2. *cap.*4.

59 Hîc non abs re erit breviter dicere quã ſint decepti Caſtellani illud exiſtimantes; nam nos eos nullo modo odiſſe (quamvis injuſtas aliquot eorum actiones abominemur) demonſtratur imprimis evidenti ratione, quòd ſit ordinarium eos odiſſe à quibus percutimur, eorũ autem miſereri quos percutimus; atqui ex omnibus hiſtoriis eſt notiſſimum Luſitanos in continuis bellis per 400 circiter annos ſemper Caſtellanos percuſiſſe obtinendo inſignes victorias, devaſtando eorum terras, conquirendo eorum oppida quorum aliqua retinent adhuc; Caſtellanos verò in tanti temporis tractu, neque unam momenti (quod eſt mirabile) victoriam è noſtris habuiſſe,ergo benè ſequitur illos nos proſequi odio, nos miſericordiâ illos.

60 Gratis dictum videbitur ni ulteriùs comprobetur exemplis; Sit I. quod ardente juſtâ irâ noſtri Regis Alphonſi 4 adverſus Caſtellanum Alphonſum 11, ob gravem cauſam, ſciens Luſitanus Caſtellano iminere maximũ periculum ex ingenti Sarracenorum potentiâ, ivit in ejus auxilium

auxilium cum numeroſo exercitu, fuitque pars præcipua in obtinendâ ab Infidelibus celebri victoriâ nuncupatâ *del Salado*; narrant (ultra noſtros) Caſtellani Authores *Julian. de Caſtillo in hiſt. Gothor. lib.*4. *diſcurſu* 8. *Marian. hiſt. Hiſp. lib.*16. *cap.*7, *atque omnes alii.* Sit II. quod in obſtinato bello Joannis 1 Luſitaniæ, cum Joanne 1 Caſtellæ, deficientibus Caſtellanis præ fame, propter ſterilitatem illius anni eximiam, factâ ceſſatione armorum per aliquot tempus, plurimi Caſtellani cum integris familiis remedium quærebant in Luſitaniâ abundante cibis, quibus magnanimus ille heros D. Nunius Alvarez Pereira (uſus pietate quâ Demetrius in ſimili erga populos rebellantes laudatâ apud Eraſm. *lib.* 5. *apopht.* 3. *de Demetrio,*) eos tanquam amicos aluit liberaliter per annum integrũ, quouſque Caſtellani campi redierunt ad fertilitatem; author eſt Ferdin. Lopez *in chron. Joan.* 1. *p.* 2. *cap.*201. Sit III. quod tempore bellorum Alphonſi 5 Luſitaniæ, adverſus Ferdinandum ac Eliſabetham Caſtellæ Reges, cùm Caſtellani duriſſimâ obſidione premerent *Ceptam* Luſitanorum in Africâ arcem gubernatam à Roderico Mendez Ribeiro, copioſus Sarracenorum exercitus voluit irruere in Caſtellanos ſi Luſitanus Dux permitteret, ille tamen, poſthabito intereſſe reſultaturo ex Caſtellanorum clade, impedivit tranſitum, ut eorum impediret ruinam; referunt *Rodericus de Pina in chron. Alphonſi* 5. *cap.*179; & *Mariſ. dial.*4. *cap.*9. Sint pro IV exemplo auxilia gentium, navium, armorum, & argenti, quæ ſæpiſſimè præſtiterunt Luſitani Caſtellanis Principibus; ut Alphonſus 2, Alphonſo 8; Alphonſus 3, Alphonſo 10; Dionyſius, Ferdinando 4; Alphonſus 4, Alphonſo 11; Petrus, Petro;

tro; Alphonſus 5, Joanni 2; Joanne 2, Ferdinando 5, ac Eliſabethæ; Emanuel,& Joannes 3, Carolo 5 Imperatori; Sebaſtianus denique, Philippo 2; fatentur ex Caſtellanis *Marian. hiſt. Hiſp. d. lib.16.cap.7; & lib.24. cap. 21. Sandoval. in chron. Caroli 5. Illeſcas in hiſt. Pontif. 2. p. lib.6. cap.27. §.1.* ex noſtris teſtificantur latiùs *Brandão in monarch. Luſit. 4. p. lib.13. c.3, & lib.15. c. 2, 3, 4, & 26. Eduard. Nun. in chron. Alphonſi 4, & Dionyſii; Pina in chron. Alphonſi 5. c.50, & 72; Rezende in chron. Joan. 2. c.61, & 175; Oſor. de reb. Eman. lib.2, & 12; Goes in chron. ejuſdem 1. p. c. 51; Andrada in chron. Joan. 3. p. 3. cap.15; Mariſ. dial.4. cap.17, & 19.*

61 Itaque vix fuit Rex Luſitaniæ, qui non habuerit cum Caſtellanis bella, vix item fuit Rex Luſitaniæ, qui non dederit Caſtellanis auxilia, meliùs igitur Luſitanis conveniunt laudes quæ de Octaviano Auguſto prædicat Sueton. *in eundem c.51*, quòd maioribus inimicis conferret maiora beneficia; ſequuntur enim evangelicam doctrinam: *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos:* apud Luc.6. *n.*27; dicant modò Caſtellani quid nobis boni fecerint, aſſignent unicum tantùm auxilium nobis præſtitum in difficilimis bellis noſtris, parvum Sebaſtiano promiſerunt contra Sarracenos, quomodo impleverint coactus dicam *ſeq. libro cap.*2; hîc non repeto præ pudore Chriſtianæ religionis.

62 Alterum quod *n.*56. notandum dixi, eſt quod ex aliâ quoque ratione fortiùs militabat lex relata contra Philippum; ex eo ſcilicet, quia erat Rex Caſtellæ, & aliorum plurium Regnorum, quorum grande regimem impediebat quod tot ac tantis poſſet ſufficere, ut Reipublicæ oportebat, *Alterum notatu dignum contra intentum Philippi.*

oportebat, ex relatis ſupra *Proœm.* 2. §. 2. *n.* 37.

Quinimò Rex plurium Regnorum, quoad illa Regna 63
quæ ſunt quaſi acceſſoria Regno patrimoniali, etiam in voluntate plerumque peccat; plus enim diligit illud in quo eſt natus, & unde habet principalem originem, juxta vulgare Ovidii 1. *de Pont.*

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Vnde in occaſionibus ſæpè occurentibus non dubitat alia minuere, pro augmento ejus quod judicat principale; exemplum optimum offerunt Auſtriaci qui, in Philippo 1, venerunt ad citerioris Hiſpaniæ monarchiam florentiſſimam gentibus, divitiis & cæteris quæ potentiam pariunt: At protinus Carolus 5, prò ſuſtinendo Imperio Germaniæ ubi fuerat natus, deinde Philippus 2 ejuſque filius, ac nepos, pro eàdem domo Auſtriacâ, & provinciarum Flandriæ comitatu paterno, è quibus in nihilo pendebat Hiſpana Corona, hanc gentibus atque divitiis ita exhauſerunt, ut ex eâ nil ferè appareat niſi cadaver, Germania autem, ac Flandria antea inopes argenteis inundantur fluminibus, ex tributis miſeræ Hiſpaniæ: Idemque Luſitani (proh dolor) ſumus experti poſtquam eidem Principes noſtrum occupaverunt Regnum, quod, ratione dictarum provinciarum, inutilibus implicaverunt bellis, militibus, navibus, tormentis bellicis, argentoque ſpoliarunt.

Hæc mala non à ſolo Rege proveniunt, ſed etiam ab 64
utriuſque Regni miniſtris qui in negotiorum concurrentes expeditione, unuſquiſque agit de Regno natali; ſi enim (*Dan.* 10.) circà petitionem Danielis pro libertate populi contenderunt (ut ita dicam) miniſtri Angeli utriuſque Regni,

Regni, Judeæ, & Perſiæ, procurante Angelo Judeæ ſuos eripere à converſatione malorum,& cupiente Angelo Perſiæ Judæos inter Perſas detinere, ut hi converterentur exemplo illorum, prout explicat Div. Gregor. Magnus *Moral. lib.*18, quantò maiores contentiones facient miniſtri homines, diverſorum Regnorum in negotiis occurrentibus agens uniuſquiſque, ſine zelo Angelico, de intereſſe Regni proprii? Et ſi contentiones illæ retardarunt per tot annos expeditionem apud Regem Deum, quantò magis retardabunt apud Regem hominem? obtinuit Daniel quia Judæi non ſolùm habuerunt pro ſe Gabrielem Angelum miniſtrum ordinarium Judææ, ſed etiam *Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium*, inquit ibi ſacra pag. *n.*13, quia erat etiam protector Judæorũ,ait S. Dionyſ. Carthuſ. *ſuper Dan. cap.* 18; ergo in negotiis vincet Regnum quod habuerit pro ſe primos Principes; atqui ſemper hos habet Regnum paternum ubi Rex aſſiſtit, væ ſi igitur alterius illi uniti.

65 Concluditur ex omnibus dictis & probatis, prætenſores qui agebant ad Coronam Luſitaniæ, excludendos quarto titulo utpote extraneos à D. Catharinâ Bragantiæ Duce, ſpecialiterque Caſtellanum Philippum. *Concluſio.*

CAPVT. XIII.

Philippi injuſtitia convincitur quintò ex deſperatis fundamentis pro eo allegatis; unde belliſſimè oſtenditur jus irrefragabile Catharinæ ſereniſſimæ.

DE quibuſdam allegatis pro Philippo articulum ſpecialem facio, præſtant enim argumentum egregium, 1
imò probationem evidentem indubitati juris Catharinæ; congerit ea Caſtellanus Advocatus Fuertes Biota *in Antimanif. art.9. ex pag.*166. Ecce illa:

Argumenta pro Philippo.

I. Philippus 2 erat conſanguineus Regi Emanueli 2
(qui fuit cauſa immediata ſucceſſionis) proximior, quàm Catharina; ergo ad illum potiùs pertinebat ſucceſſio. Probat antecedens; nam licet uterque nepos eſſet Emanuelis, tamen Philippus erat ex filiâ primogenitâ, Catharina verò ex Eduardo filio ſeptimogenito; atque ita inter Catharinam, & Emanuelem medius erat Philippus.

II. Rex Caſtellæ habebat fœliciorem nativitatem, 3
cùm eſſet filius Imperatoris nec viderit mundum, vel viſus fuerit à Sole niſi Princeps ſucceſſor magnæ monarchiæ; Catharina verò erat tantummodo filia Eduardi Principis ſanguinis abſque Regno vel Imperio, ſine aliâ authoritate quàm directi vaſſalli Regis Caſtellæ (inſiſtit adhuc in aëreo feudo de quo dixi *proœm.*2. §.1. *ex n.*24,) & illa erat Duciſſa Bragantiæ per maritum, nec allegare poterat maiorem fœlicitatem.

III. Quia, cùm Luſitania ſit pars Hiſpaniæ, & tota 4
Hiſpania

Hiſpania fuerit in principiis ſuis ſubjecta uni Principi, cùm jam reliquum eſſet ſub Imperio Caſtellani, maior pars petebat minorem, ad formandam Catholicam monarchiam ita magnam ut nec eſſet orbe minor, nec alia in orbe fuerit æqualis, nec timeret humanas vires; pertinebatque ad Philippum, quia monarcha Hiſpanus erat.

5 IV. Et ultimò, quoniam, cùm Hiſpania nec conjunctim, nec ſeparatim cognoſcat Imperatorem, vel alium ſuperiorem externum in temporalibus; & cum Luſitania ſit pars Hiſpaniæ, erat conveniens quòd uniretur toto, ne introduceretur externi recognitio; item ne Regnum veniret ad extraneum è Regio ſanguine Hiſpaniæ, per matrimonia filiorum Catharinæ cum aliquo externo Principe.

6 Vidiſtis jam allegationes diſparatas; modò qui ſeveritatem amatis hoc omittentes progredimini ad caput aliud, ego namque ſtudiis fatigatus volo parumper ludere cum Biotâ, nam etiã Socrates non erubeſcebat ludere cum parvulis, nec Scævola Juriſconſultus, quinimò & Joannes Evangeliſta ludebat cum diſcipulis ſuis; *ut poſt Senec. de tranquil. animi, & alios referunt Eſtephan. Coſt. in tract. de ludo* §. 1. *n.* 3. & 4; *Paris de Puteo, eodem tract. n.* 8; de quo latiùs in meo tract. *Perfectus Doctor qualit.* 9. *n.* 1, & *qual.* 20. *n. etiam* 1. *Diſparata.*

7 Igitur ad I. allegatum *n.* 2. vellem oſtenderis, peregrine Biota, ubi inveniſti doctrinam egregiam, quod filia quia primogenita, eſt conſanguinea proximior patri ſuo, quàm filius quia natus eſt poſt illam; addiſcite jam, patres, ex Doctore Regis Caſtellæ, vos non eſſe æqualiter conſanguineos omnibus veſtris filiis, ſed plus illis qui nati ſunt

 primò;

primò; at dum novus iſte gradus non canoniſatur adhærebimus antiquæ doctrinæ quæ omnes filios in primo gradu, omnes nepotes in ſecundo pariter conſtituit; & ſi daretur aliqua differentia, proximior reputaretur filius, quia patri magis ſimilis, quàm filia.

8 Ad II. *n.*3. pro nobis reſpondet Molina, præcipuus Doctor Philippi 2 in hac causâ, *de primogen. lib.*3. *cap.*1. *n.*2. advertens pro ſucceſſione maioratuum attendi ad eos in quibus concurrunt aliæ qualitates, (de quibus *ex cap.* 9. egimus,) *non autem ad eos qui dignitate, vel genere, ſeu aliis qualitatibus maiores ſunt*; citat idem advertentes *Tiraq. de jure primog. q.*1. *n.*10. *cum ſeq*; *allegantem plures, & Gregor. Lop. in l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2, *verbo: maioria, in princ.*

9 Verùm, quandoquidem Caſtellanus de tali qualitate agit, adverto: duplicem nobilitatem conſiderari in perſonis; unam dignitatis, alteram ſanguinis, & hæc eſt plus naturalis; ſi loquamur de dignitate, maior quidem erat Philippus Rex, Catharinâ & Joanne ejus viro Ducibus; ſi de ſanguine, quod principalius, erant æquales; cùm etenim omnes domus Regiæ ſint fontes nobilitatis, imò ſint ipſa nobilitas, politici earum generis qualitatem non diſtingunt; maximè cùm ſit certum omnes inter ſe matrimoniis plurimis conjunctas eſſe; at verò quemadmodum Philippus erat de domo Regiâ Caſtellæ, ſic Catharinâ, & ejus vir Joannes de domo Regiâ Luſitaniæ, nec remotè, ſed proximè; nam Catharina erat filia Eduardi filii Regis Emanuelis, & filia Eliſabethæ filiæ Jacobi Ducis Bragantiæ, (qui etiã domus Regia, ut ſequitur,) Joannes autem per lineam maſculinam deſcendebat à Rege

Rege Joanne 1, ejus quinto avo, hoc modo: Joannes 1 Rex, Alphonſus, Ferdinandus 1, Ferdinandus 2, Jacobus, Theodoſius 1, & Joannes (de quo agimus) Duces Bragantiæ; quam Regalem proſapiam maſculinam renovavit per fœminam dictus Ferdinandus 2 proavus Joannis, uxorem ducens Eliſabetham filiam Infantis Ferdinandi qui erat filius Regis Eduardi; quare ejus filius Jacobus, avus Joannis, juratus fuit hæres Luſitanæ Coronæ, in caſum quo Rex Emanuel decederet ſine liberis; ac eâdem æqualitate quà accipiebant, dabant etiam Bragantiæ Duces filias ſuas in uxores filiis Regum; ſic Infans Joannes filius Regis Joannis 1 duxit Eliſabetham filiam Alphonſi 1 Ducis Bragantiæ, & Infans Eduardus filius Regis Emanuelis duxit Eliſabetham filiam Jacobi Ducis Bragantiæ; omneſque Reges & Principes Europæ deſcendunt ſæpiùs ex Bragantinis; cum igitur tam Catharinâ, quàm ejus vir fuerint ex domo Regiâ, ſive ipſa domus Regia, quamvis non Reges, æquales erant ſanguine Philippo quamvis Regi, quemadmodum ſi duo ſunt fratres primus Rex, ſecundus non Rex, non Rex æqualis eſt Regi in ſanguine, licet non in dignitate.

10 Sed ſi Caſtellani (contra rationem) conſiderent in domibus Regiis maiorem vel minorem qualitatem ſanguinis, invenient non ſolùm domum Regum Luſitaniæ, ſed & Bragantinam illuſtriores domibus Regum Caſtellæ, & Auſtriacâ, quæ nihilominus illuſtriſſimæ. Patet; nam domus Caſtellæ venit per fœminam à Pelagio Aſturiarum Rege primo circa an. Domini 719, cujus Pelagii patrem nonnulli nominant Ducem Fafilam, ſed avus, ac aſcendentes reliqui ignorantur ſpecialiter, quamvis generaliter

ter ſit certum fuiſſe nobiliſſimos. At domus Luſitaniæ Regia, & Bragantina veniunt ex Bodo Saxonum Rege circa an. Domini 260, cujus equidem ulteriores aſcendentes nominatim non reperio, conſtat autem *ex Petro Albino Nivemont. in aulæo Regum, & Ducum Saxoniæ* Reges illos continuari ab anno mundi 2720; qui (ſecundùm varias computationes) fuit ante Salvatoris nativitatem, ann. circiter 2000. Ex Bodo verò domus noſtræ derivantur uſque ad præſens per maſculinam lineam triginta & octo avorum, quorum octo Reges, quatuor Duces Saxoniæ; unus Princeps Rugiæ & Iburgi, duo Reges Galliæ, unus Dux Burgundiæ, octo Reges Luſitaniæ, (numerando uſque ad Joannem 1, ex quo linea maſculina Bragantinorum,) ſeptem Duces Bragantiæ, alii autem ſeptem, qui deficiunt, Comites Vitebergæ, Andium, ſive Anjou, Pariſiorum, Comeſtabiles Galliæ, multarum provinciarum Domini, Heroës inſignes apud hiſtorias, quorum nominatim memini ſup. *Procem.* 2. §.1. *n.*3, & 4. ex variis authoribus, latiùſque in meâ Genealog. *Reg. Luſit. p.*1; ex quâ maiori antiquitate ita clarè continuatâ demonſtratur maior nobilitas.

Quoad Auſtriacæ domus originem variæ ſunt ſententiæ, *Vollaterranus* & alii eam deducunt ex Leonum familiâ, quæ Romæ claruit Gregorii 7 Summi Pont. temporibus, circa an. 1075; ſed plerique hiſtorici ex Regibus Francorum; & *Wolfgangius Lazius* Caroli 5 Imperatoris juſſu (ut ipſe teſtatur) geneologiam de illâ formans, fontem derivavit clarius è Regibus antiquis Auſtraſiæ, (qui etiam ex Francis) cui adſtipulatus eſt *Gebuilerius*, & ſequitur *Reuſner. in Geneal. Cathol*; juxtà quos quamvis æqualem 11

qualem

qualem ac noſtræ domus antiquitatem agnoſcat, in eo tamen ſuperatur quod circa an. Chr. 700, in Otberto, aliàs Ottoperto, ceciderit in ſimplicem comitatum Habsburgii, in eoque fuerit uſque ad an. 1273. (quo Rudolphus comes Habsburgius ad Imperium Germaniæ promotus fuit, unde ejus deſcendentes ſtatus augmentarunt;) per quæ tempora noſtrarum domuum aſcendentes Reges, ac Duces Saxoniæ, Reges Galliæ, Duces Burgundiæ, Reges item Luſitaniæ, non ſolùm, ut Auſtriaci, conſervabant ſanguinis claritatem, ſed etiam ſtatuum magnitudinem, cui, imò & Bragantinis poſtea Ducibus, parvi Habsburgenſes poterant militare; unde apparet maior Regum Luſitaniæ, & Bragantinæ domus nobilitas, cùm ab eádem (ſi non maiori) antiquitate continuetùr ſine intervallo potentiæ quæ clarificat cæteras qualitates; ac per conſequens ſi nobiliori deberetur Regnum, ut Caſtellanus inquit, proculdubio deberetur Catharinæ, vel ejus viro Ducibus Bragantiæ.

12 Ad III. ab adverſariis allegatum *ſup. n.* 4. omittens diſtinctionem Hiſpaniarum viſam ſupra *Proœm.* 1. §. 2. *à n.* 3. & loquens ad libitum contrariorum, dico, quod ſi (ut inquiunt) tota Hiſpania debet eſſe ſub uno Principe, quia in ejus principiis fuit ita, idem jus petit quod totus mundus obediat uni Principi, ſiquidem in principio unicum habuit Principem Adamum; & fortè ex hoc jure Caſtellæ Reges totum volunt ſibi, ſed debent oſtendere Adami teſtamentum in quo eos univerſales inſtituerit hæredes ad

Vide quare Caſtellanus Reges aſpirant ad monarchiam totius orbis.

13 actionem fundandam: Sed eſto fiat Hiſpaniæ Princeps unicus ſicut in ejus principiis, quis erit iſte? profectò Luſitanus; etenim in Luſitaniâ incœpit totius Hiſpaniæ Regnum,

num, *ut vidimus procem.*1. §.4. *n.*2, continuatumque fuit
in multis Regibus qui inde imperabant toti Hiſpaniæ; *ut*
adverti eodem procem. §.6. *n.*3. *in fine.*

Ad IV. *n.*5. ſat eſt dicere quod nil concludunt illius 14
futiles conſiderationes, nam Luſitanum Regnum æquè,
imò meliùs conſervat exemptionem ſuam ſeparatum,
quàm Caſtellæ unitum; æquè etiam conſervat Reges ſan-
guinis Hiſpani, vel potiùs Luſitani, pro quo habet legem
Vide Caſtellanos argumentantes contra ſe. expreſſam *de quâ præcedenti capite.* Quinimò exibat ab 15
Hiſpanis in Regibus Caſtellæ, qui non Hiſpani, ſed Ger-
mani per lineam maſculinam; unde, ſi argumentum quid-
quam valeret, retorquebatur contra illos.

Inſtantia Caſtellana. En, ô Chriſtiani, fundamenta Philippi pro occupando 16
regno; eorum ambitionem vult excuſare præallegatus
Biota in fine illius articuli verbis Curitæ *Annal. Aragon.*
*tom.*3. *lib.*12. *cap* 60. dicentis: *Vocare Regem ambitioſum*
in augmentandis regnis per media ita juſta, eſt non intelligere
quàm periculoſus ſit ſtatus Regis qui non attendit, niſi ad con-
Æquivoca, & Machiavelica. *ſervationem propriam.* Excuſatio æquivoca, & Machiave- 17
lica; æquivoca, quia certè non debet accuſari qui per me-
dia juſta auget regna; ſupereſt tamen probandum relata
Philippi media juſta fuiſſe; Machiavelica, quia qui ita in-
juſtis mediis (ut ſunt relata) non attendit niſi ad conſerva-
tionem propriam, Machiavelli, ne dicam Diaboli, diſci-
Concluſio. pulus eſt, hoc autem non audeo præſumere de tantis Prin- 18
cipibus; infero igitur maximam eſſe ignorantiam, maxi-
mam deſperationem Advocatorum fundantium ſui Prin-
cipis cauſam argumentis quæ non ſolùm contrariæ partis
jus oſtendunt, ſed & propriam inculcant ignominiam.

CAPVT

CAPVT. XIV.

Oſtenditur ſextò Philippi 2 injuſtitiâ ex ipſius, & ſuorum confeſſione pro D. Catharinâ, ex judicio totius orbis, & ex qualitate ſcribentium pro utrâque parte.

1 VEritas dixit Epimenides philoſophus, (ut refert Medina *in dial. verit.* 1.) eſt quæ regit cœlos, illuminat terram, ſuſtinet juſtitiam, gubernat Rempublicam, confirmat clarum, clarificat dubium, & per illam omnes virtutes habent perfectionem; Chilus de eâ ſic: Veritas eſt homagium quod non cadit, ſcutum quod non rumpitur, tempus quod non turbatur, claſſis quæ non naufragatur, flos qui non areſcit, mare quod non alteratur, portus, in quo nemo periclitat; Anaxagoras: Veritas eſt ſanitas quæ non deficit, vita quæ non moritur, ſocrotium quod omnes ſanat, Sol qui neſcit occaſum, Luna quæ non patitur eclipſim, janua quæ nulli clauditur, iter quod neminem fatigat; unde rectè Zorobabel ſenſit veritatem omnibus eſſe potentiorem, quod & Darius Longuimanus Rex, & barbari ejus populi ſunt faſſi, *Eſdræ 3- cap.4. ex n.34.* *Vis veritatis.*

2 Hæc veritatis vis coëgit Philippum 2 Caſtellæ Regem, ut fateretur Luſitaniæ Coronam pertinuiſſe ad Catharinam Ducem Bragantiæ; quamvis non oſtendamus confeſſionem factam verbis, oſtendemus eam productam factis, inter quæ nil intereſt, ut ait tx. *in l. de quibus 32. ad fin. de legib.* *Philippus 2 faſſus eſt Coronam Luſitan. pertinuiſſe ad Catharinam.*

I. Ex literis originalibus ab eodem manu propriâ 3
ſcriptis, quæ in archivo Villaviçoſæ ſervantur nec à contrariis negari poſſunt, conſtat illum Regem per legatos Ducem Oſſunæ,& Chriſtophorum de Moura multa promiſiſſe D. Catharinæ, ut deſiſteret à jure ſuo, (quod non promitteret ni illud maximum agnoſceret,) omnia tamen Princeps illa recuſavit, confidens in juſtitiâ.

II. Eſt notorium dediſſe inſtructionem legatis prædi- 4
ctis, quod ſi D. Catharina hæres Regni declarata jam eſſet, congratularentur ei, ſin minùs, declarationem, quam ex jure certo timebat, conarentur impedire.

III. Videns negotium protelari, diffidens rationi, & 5
viis ordinariis, propoſuit,omiſſis cæteris, ſolâ vi uti, ut fecit; audiamus verba Ludovici Cabrera Caſtellani in hiſtor. ejuſdem Regis dicatâ Philippo Principi, *lib.* 12. *cap.* 16. ita narrat reſolutionem illius: *Non erat conveniens procedere in negotio per rationes, & conſiderationes ordinarias, quo ad ſuos, & externos; ſed oſtendere ſuam providentiam, ideò decrevit congregare quadraginta millia militum qui conſueverunt dare regna multum magis quàm juriſperiti*; en Caſtellani juſtitia, quam etiam eorum chroniſtæ non verentur ſcriptis publicare; magna eſt patientia pietatis divinæ.

IV. Poſt occupatum Regnum, conſcientiâ motus 6
putavit ſimulatam reſtitutionem facere ducendo viduus in uxorem eam paulò antea viduatam, tot incitans inſtantiis per *Domnam Agnetem de Noronha* illuſtrem fœminam, ut honeſtiſſima Princeps tandem reſponderit, ſe religionem intraturam ſi ille ampliùs inſtaret.

Idem fatentur miniſtri ejus.

Eadem veritatis vis coegit etiam Philippi miniſtros 7
fateri

fateri eum Catharinæ Coronam uſurpaſſe.

8 I. Multò ante reſtitutionem Regis noſtri, & noſtræ libertatis, ſæpiùs audivi *à domino Gondiçalo de Souſa de Macedo* patre meo, è ſupremo Luſitaniæ Senatu, cauſarum Coronæ, ac patrimonii Regii expeditore, ſibi narraſſe bis *D. Antonium de Guevara* Archiepiſcopum Compoſtellanum juriſconſultum inſignem, quod cùm à Philippo jam Luſitaniam poſſidente interrogaretur de jure ad illam Coronam, reſponderat, ſerò conſilium ab eo quæri, hoc tamen præſtare, quod ſiquidem jam res acta erat, ſuſtineretur, (ſciebat inutile futurum conſilium contrarium,) dummodo magnæ donarentur compenſationes Duci Bragantiæ; Regemque replicaſſe: ille non petit, (imò Dux Joannes recuſàverat ordinem Aurei Velleris, ſive *de Tuſon*,) cui iterùm Archiepiſcopus: non petenti conferantur. Compoſuerat idem Archiepiſcopus elegantem tractatum de primogeniis, è quo manuſcripto, poſt annos multos dominus pater meus apud illum præ curioſitate tranſcripſit aliqua quæ ſervat adhuc declarato nomine Authoris, qui dicebat ſe non mandaſſe typis opus illud, quòd priùs prodiiſſet in lucem Ludovici Molinæ tractatus de eodem ſubjecto; verùm aliqui ſuſpicantur cauſam fuiſſe quod noluerit Philippi detentionem Luſitaniæ injuſtam oſtendere reſolutionibus quas non poterat tacere quando ſimilem materiam tractabat.

9 II. Expirante eodem Philippo exierunt aliqui è cubiculo ejus dicentes foris adſtantibus (ut plerumque dici ſolet) illum tanquam ſanctum mortuum eſſe; audivit Petrus Barboſa à Regis ſupremo conſilio, ille Juriſconſultus eximius, cujus præclara habemus volumina, æqualiter re-

 ligioſus

ligioſus ac doctus, adeóque liber in non occultando verita-
tem, ut publicè quæſierit, juſſit ne Majeſtas ſua Luſitaniæ
Regnum Duci Bragantiæ reſtitui? reſponderunt: Non;
non ergo (ille iterùm) credo in ſanctitatem iſtam; obſtu-
puerunt audientes, & rei ſilentium fuit impoſitum propter
viri authoritatem; fatentur adverſarii conſtantem famam
hoc narrare, dicunt tamen veram non eſſe; ſed cui crede-
mus, illis, vel famæ? ſanè cùm certum ſit dictum illud non
fuiſſe tale quod permitteretur authenticari in chronicis,
juſtè credetur publicæ famæ, *arg. l. fin. ff. de hæred. inſt.*

III. Domnus Franciſcus de Mello qui hodiè ſub 10
Rege Caſtellæ gubernat Flandriam, narravit ſereniſſimo
Regi Luſitaniæ Joanni 4, non dum Coronæ reſtituto, e-
juſque fratri ſereniſſimo Infanti Eduardo, quod cùm inter
varios ſermones, fortè loqueretur cum Comite *de Olivares*
Duce *de Sant Lucar la maior*, tunc primo Regis Caſtellæ
miniſtro, de ſucceſſione Regni Luſitaniæ, reſponderat
Comes Dux ridens: non eſt cur agamus de juſtitiâ quâ
poſſidemus Luſitaniam; credo equidem Domnum Fran-
ciſcum perſonam quæ nec aliud dixerit quàm quod audie-
rat ab illo miniſtro, nec ſe dixiſſe negabit, ſed ſi obliviſca-
tur nil intereſt, cùm teſtes extent adeò qualificati.

IV. Circa ann. 1630. Matritii in curiâ Regis Ca- 11
ſtellæ doctiſſimus Juriſconſultus Fr. Seraphinus de Freitas
Luſitanus, in Valliſoletanâ Caſtellæ Academiâ veſperti-
næ canonum Cathedræ moderator, & ordinis *de la merced*
religioſus (cujus extat eruditus tractatus *de juſto Imperio
Luſit. Aſiatico*, adverſus falſum Authorem *Maris liberi*)
admiratione plenus mihi narravit, ſe illâ eàdem die vidiſſe
impreſſam allegationem juris ſuper causâ quæ ventilaba-
tur

tur in ſupremo Caſtellæ conſilio; quæ allegatio, ſatisfaciens argumento Repræſentationis jus neganti exemplo ſucceſſionis Philippi in Luſitaniâ, reſpondebat clarè, non deberi argumentum ſumi à tali ſucceſſione cùm injuſta prorſus fuiſſet; mirabatur vir ille, ſed non ego, qui jamdudum novi eos qui non verentur facere, non vereri quid poſſit ſcribi.

12 Vis eadem veritatis coegit item totum mundum agnoſcere juſtitiam ſereniſſimæ Catharinæ. *Agnovit totus mundus.*

13 I. Agnovit eam Henricus Rex Luſitaniæ, qui agens de declarando ſucceſſore *erat in ſcrupulis magis inclinatus ad Bragantiæ Duciſſam*, narrat hiſtoricus Caſtellanus Cabrera *in d. hiſt. Philip. 2. lib.* 12. *cap.* 12; *repetens c.* 16, *&* 17; quare Philippus fugit ejus judicium, ut videbimus *ſequenti lib. cap.* 1. Henricus in oppido *Almeirim* moribundus, conſcientiâ obligatus ad rumpendas quas fecerat moras, miſit P. Georgium Rodriguez Societatis Jeſus Provincialem, qui quantâ poſſet celeritate ex oppido *Villaviçoſa* vocaret neptem Catharinam; pervenit illa noctu, & ſine arbitris locuta eſt patruo per aliquot horas, exienſque è Regio cubiculo, Regina fuit ſalutata ab omnibus utpote quæ talis declaranda foret à Rege ſequenti die; ſed mors in eâdem nocte expectatò citiùs præcidit intentum, ex Dei judicio volente Luſitaniam punire per inimicorum manus, & poſtea, ut jam fecit, redimere.

14 II. Idem agnovit totum Luſitaniæ Regnum, quare plures ex illuſtrioribus viris Bragantino Duci ſervitia obtulerunt ſi vellet arma ſumere; inter alios, Comites *de Tentugal, de Vimioſo, de Redondo, de Penaguião, & Mariſcalis Regni*; Archiepiſcopique *Ulyſſipponenſis, & Eborenſis*;

renſis; imò & plures ex principalioribus civitatibus, *ut Ebora, Portus, Conimbrica, Portalegre, Beja, Elvas, & inſigne oppidum Santarem*; Dux autem renuit, pro tunc, adverſâ valetudine continuò laborans, Regnumque conſiderans exhauſtum gentibus, & pecuniis ex Sebaſtiani clade in Africâ, ut fatetur d. Philippi hiſtoricus Cabrera *citato lib.*12. *cap.*12; inquiens: *Gens erat perdita, ſine obulo, non erant niſi quatuor ſenes caduci trementes præ Caſtellæ timore*, quapropter Luſitani, à vero quaſi rejecti ſucceſſore, in varias diviſi ſunt partes.

III. Agnovit eandem juſtitiam Gregorius XIII tunc Summus Pontifex, ideoque eam voluit fovere, ut conſtat ex ipſius bullis in *Villaviçoſæ* archivo conſervatis; quod intelligebat Philippus, ut fatetur ejus ſcriptor Conneſtag. *in union. Portugal. lib.*3. *in fine*; ibi: *Non erat multùm ſecurus de voluntate Papæ, &c.* unde illius quoque judicium recuſavit, *ut libro ſeq. in* 1. *capite*; & tandem juſtus Pontifex juſtitiam videns ſine remedio oppreſſam, ad reparandam modo aliquo injuriam, conſuluit Philippum ut primogenitum ſuum collocaret in matrimonium Ducis filiæ; vidi Pontificis epiſtolam impreſſam in libro (ſi benè memini) cui titulus: *Theatro, o grandeſas de Madrid.* 15

IV. Philippi injuſtitiam in omni Europâ cognitam, variarum nationum ſcriptores teſtantur. Imprimis eſt de materiâ tractatus integer cujus titulus: *Speculum tyrannidis Philippi Regis Caſtellæ in uſurpando Portugalliam*; dicetur, ab aliquo Luſitano compoſitum fuiſſe, do igitur alium cujus titulus: *Fóra velhaco, c'eſt adire la liberté de Portugal*, cujus Author declaratur in epiſtolâ nuncupa- 16

nuncupatoriâ ad Henricum 4 Regem Chriſtianiſſimum, Aragonenſem fuiſſe; opponetur fuiſſe Secretarium ſtatus Antonium Perez (ut quidam ſuſpicantur) qui fidem non meretur ob notoriam cum Philippo Rege inimicitiam; ergo videantur Galli *Scævola*, *& Ludovicus de Sanctâ Marthâ in hiſt. geneal. Reg. Franc. tom.*2. *lib.*27; *Scipion Dupleix in hiſt. gener. Gall. in Henric.*3; & alii; ſed arguetur hos loqui vel in favorem Reginæ Chriſtianiſſimæ prætenſoris in causâ *ut ſup. cap.*5; vel in favorem Antonii cui Galli favebant, *ut c.*4. *n.*2, Caſtellano bellum gerentes; ideò tranſeamus ad aliam nationem, legantur ex Anglis *Guillielmus Camden. in hiſt. Eliſabeth. Reginæ Angl.* 2. *p. ann.* 1578. *& clariùs loquentem quendam vocatum Epiſcopum Abbatem in coſmographiâ*; *tit. Portugalliæ.* At jam video Anglos quoque recuſari tanquam eo tempore hoſtes Caſtellæ ſub Eliſabethâ Reginâ; certè jam nimiæ ſunt recuſationes ex inimicitiæ titulo; qui tot habet inimicos non præſumitur optimus, aut ſaltem maximâ indiget juſtificatione, (quæ hîc non apparet) ut dicatur eum ſolum contra omnes verum dicere; quæſo tamen conſiderentur neutrales, & invenietur eos nunquã ſcripſiſſe Philippum jure intraſſe Luſitaniam, ſed occupaſſe, ita Horat. Turſilin. *in epit. hiſt. lib.*10. *à Chriſto nato ann.* 1575. ait: *Philippus Hiſpaniæ Rex, Antonio pſeudo-Rege debellato, Luſitaniam occupavit anno hujus ſæculi* 80; armis occupaſſe inquit etiam Ant. Albis. Florentinus *in Stemmate Princip. Chriſt. in annot. ad Stem. Reg. Portugal*; pluresque alii ſimili æquivocatione utuntur, nolentes offendere Caſtellanos, nec opinionem propriam.

QVI

QVI PRO *PHILIPPO* SCRIPSERVNT.

Nullus Doctor anthoritatis, vel dignitatis ſcripſit pro Philippo.

Eâ de causâ nullus authoritatis, vel dignitatis Doctor 17
pro Philippi jure ſcripſit, ut fatetur ejus advocatus Caramuel *in Philip. lib.*5. *in proœm.* §.4. *n.*12. dum librorum pro eo elenchum faciens, meminit tantùm de paucis hiſtoricis qui factum narrarunt breviter, ut ipſe inquit.

Aguirre.

Ejus tamen coadvocatus Biota *in Antiman. art.*11. *ante* 18
*med. pag.*198. aſſerit pro Philippo ſcripſiſſe meliores Juriſconſultos Caſtellæ; at eos non nominat, nec habemus niſi *Michaëlem de Aguirre* ſimplicẽ Licentiatũ ex minùs quàm mediocribus, ut oſtendunt ipſius ſcripta; fundamenta ab eo mutuarunt moderniores refutata jam in hoc libro; hîc eſt ſatis dicere ipſius coadvocatum Caramuelem *in reſp. ad manif. Portug. lib.*3. *c.*2. *n.*11. illum reprehendere de errore craſſo in geneologiâ notoriâ, unde rectè Villa Real *in Anti-Caram. lib.*3. *poſt med. pag.*112. ait *Aguirrem* defendiſſe cauſam, cujus ignorabat principia.

Car. muel

Poſt *Aguirrem* (occaſione dicendâ *ſeq. libro c.*7.) ſcrip- 19
ſit de Philippi jure anno 1639, & poſtea 1642. quidam Joannes Caramuel Lobkowitz ex iis quos Joannes Nevizan. *lib.*5. *ſilvæ nupt. n.*39, & 40. ponit ſub titulo *de ſtylo ignorantium,* vel ex iis quos Gratian. *diſcept. tom.*1. *c.*186. *n.*41. appellat *monetam tonſam,* quia tales monetæ non habent literas.

Inſcribit ſe Doctorem in S. Theologiâ quam novo 20
Hiſpano vocabulo *Theulugia* vocat, unde & *Theulugos* derivabit, ex quibus, non ex *Theologis* ipſe eſt; ut apparet ex loquellâ ejus circa hypoſtaticam unionem de quâ ſup. *proœm.*

*procem.*2. §.2. *n.*9. *in fin.* propter quam eruditiſſimus, ac elegantiſſimus Pater Franciſcus de Macedo *in fine tranſlationis de jure ſucced. in Regn. Luſit. corolar.* 4. *in fine*, inquit: *& tamen bonus vir & videri, & dici Theologus amat*; quinimò idem irridet coadvocatus ipſius Biota *in d. Antiman. art.*5. *poſt med. pag.*69.

21 Quàm ignorans ſit in hiſtoriis oſtendi jam in prologo tractatus: *Caramuelis convicti*; cui ille conatus eſt reſpondere *in epiſtolâ ad Typographum in fine tranſlationis reſponſi ad Manif. Portugal*; in cidens in nova præcipitia; quare Petrus Garcia Vlyſſipponenſis tonſor libellum edidit titulo: *Caramuel ridiculus.*

22 In juriſprudentiâ (quod intentum noſtrum) eſt ita ſapiens ut ille qui dicebat textum *in cap. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & rem*; dum jubet omnem utriuſque ſexus perſonam, poſtquā ad annos diſcretionis pervenerit, confiteri ſemel ſaltem in anno, procedere ſolùm in hermaphrodito, quòd ſolus utriuſque ſexus ſit; vel ut ille qui textum *in Auth. de nupt.* §. *deinceps* dicentē quod mors omnia ſolvit, allegabat ad probandū quod hæres non erat obligatus creditoribus defuncti; ut refert Nevizan. *ſupra.* Poſſum herculè affirmare Caramuelem nec juris volumina vidiſſe unquam; imò nec intelligere allegationes juriſtas; nam *in Philip. lib.*2. *q.*2. *art.*2. *in princ. pag.*127. allegat: *Bald. libr.* 1. *col.*3. *circa med. C. de emancip. liber*; quis vidit Baldum allegari per libros? invenit fortè allegatum breviter: *Bald. l.* 1. *&c*; & putavit, l, ſignificare, *librum.* Iterùm *lib.* 5. *diſp.*8. *q.*2. *art.*4. *n.*26. *pag.*410. allegat: *cap.*1. *de novis oper.* invenit allegatum: *de nov. oper*; & putavit, propter dictionem, *de*, debere dicere, *de novis operibus* in caſu ablativi;

tivi; eádem *diſp*.8. *q*.4. *art*.2. *n*.48. *pag*.424, allegat: *Mendoza reg*.17; invenit allegatum *Mandoz. in reg*.17. *chancell*; & putavit *Mandozium* eſſe *Mendozam*; hæc tribuerem erratis impreſſionis (quæ tamen Plantiniana) ni hominis ignorantiam vidiſſem, quòd *lib*.2. *q*.2. *art*.2. *n*.33. *pag*. 128. allegaverit: *cap. vigilanti extrav. de præſcript*; invenerat allegatum à legiſtâ: *cap. vigilanti extra de præſcr.* & putavit *extra* dicere *extravagantem*; replicabitur quod etiam erravit typus; oſtendo quod non, quoniam *in reſp. ad manif. Portug. lib*.3. *cap*.2. *n*.9. *pag*.90; alium tx. allegat ſic: *cap. prohibemus, extravag. de decim*; nec eſt probabile in libris diverſis eundem à Typographis errorem commiſſum, imò patet veniſſe ab Authore.

Quæ res ſi non eſt literatus, quomodo fecit illos libros? 23
Reſpondeo; ipſe *in d. Philip. lib*.5. *in proœm*. §.4. *n*.10; *& ſæpè alibi* narrat perveniſſe ad ejus manus Allegationem typis olim mandatam pro D. Catharinâ; inde (ut idiotæ heretici hujus ſæculi ex contrariis doctiſſimi Cardinalis Bellarmini) tranſcripſit argumenta propoſita pro diſputatione ſolenniori, ſolutiones tacendo; quod patet ex lecturâ utriuſque, ſcilicet *Philippi*, & prædictæ Allegationis jam denuò latinè impreſſæ titulo: *de jure ſuccedendi in Regnum Luſit.* Addo ita tranſcripſiſſe, ut quoties Allegationis illius typus vitiavit citationes Doctorum, vitiatas quoque eas videamus in Caramuelis *Philippo*; Allegatio illa *q*.1. *n*.31. *poſt med.* citaverat *l. lege* 12. *tab. verſ. illa proculdubio*; cùm deberet dicere: *verſ. illo proculdubio*, & eundem errorem videmus in Philip. *lib*.5. *diſp*.4. *q*.3. *art*.2. *n*.83. *pag*.356. Iterùm Allegatio *eádem q*.1. *n*.35. *ad fin.* citaverat *Molin. lib*.1. *c*.9. *n*.4, 50, *&* 66. cùm in eo capite non

nõ ſit *n.* 66; & eundem errorem videmus in Philippo *eádem q.* 3. *art.* 1. *n.* 60. *pag.* 339. Item Allegatio *d. q.* 1. *n.* 44. citaverat *l.* 5. §. *de illo ff. pro ſocio*, cùm deberet dicere: *l.* 3; & eundem errorem videmus in Philip. *d. q.* 3. *art.* 1. *n.* 50. *pag.* 340. *in princ.* Iterùm Allegatio *illat.* 2. *n.* 20. citaverat diminutè: *Tiraq. de nobilit. n.* 15; & eandem diminutionem videmus in Philip. *d. lib.* 5. *diſp.* 3. *q.* 3. *art. ult. n.* 122. *pag.* 283. Iterùm Allegatio *illat.* 4. *n.* 38. citaverat: *Molin. lib.* 3. *cap.* 41. *n.* 4. *juncto n.* 2, cùm deberet dicere: *cap.* 4, & eundem errorem videmus in Philip. *d. lib.* 5. *diſp.* 8. *q.* 3. *art.* 1. *n.* 50. *pag.* 418. Iterùm Allegatio *q.* 3. *n.* 8. citaverat litem quæ fuerat *inter filium, & nepotem Regis Aragoniæ* de ſucceſſione Coronæ, cùm deberet dicere *inter filium, & nepotem Regis Caſtellæ*, ut ipſa declarat inferiùs *n.* 56; & eundem errorem videmus in Philip. *eâ diſp.* 8. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 26. *pag.* 410; unde apparet de verbo ad verbum tranſcripſiſſe Allegationem prædictam.

4 Quod plus eſt, ita cæcus tranſcripſit, ut ridiculũ hoc ei ſæpè acciderit; eſt inquã, quod cùm dicta Allegatio citaſſet textũ *in l. cùm ita* §. *in fideicommiſſo de legat.* 2. proſequitur *q.* 1. *n.* 30. ita: *arg. txs in d.* §. *in fideicommiſſo, junctis his quæ notantur in Auth. res quæ, &c.* Caramuel autem, qui in tranſcriptione non mutavit verba, ſed parùm ordinis, *in d. tract. Philip. lib.* 5. *diſp.* 4. *q.* 3. *art.* 2. *n.* 80. *pag.* 354. cùm nondum citaſſet eum tx. *in d. l. cùm ita* §. *in fideicommiſſo*, tranſcribit: *tx. dicti* §. *in fideicommiſſo, junctis iis quæ notantur in Auth. res quæ, &c.* ponens relativum ſine relato; ſimiliter, Allegatio *q.* 30. *n.* 10. citavit ſic: *Ant. Gom. in d. l.* 40. *Taur. n.* 65; -- *Ant. Gabr. d. loco à n.* 16. -- *Rojas d. n.* 36; quia hos citaverat numeris præcedentibus; Cara-

muel verò *d. lib.*5. *q.*2. *art.*2. *n.*5. *pag.*400; cùm eos nondum citaſſet, eodem modo tranſcribit: *Ant. Gom. in d. l.* 40. *Taur. -- Ant. Gabr. n.*16. *-- Rojas d. n.*36. Iterùm Allegatio *illat.*2. *n.*19. citat: *tx. in d. c.*1. §. *ſi quis verſ. naturales, Palaes d.* 2. *p. q.*1. *à princ.* quos citaverat *n.*4, & Caramuel qui eos nondum citaverat, *d. lib.*5. *diſp.*3. *q.*3. *art.*3. *n.*121. *pag.*282, eodem modo tranſcribit: *tx. in d. c.*1. §. *ſi quis verſ. naturales*; -- *Palaes d.* 2. *p. q.*1. *à princ.* His viſis judicet quilibet an Caramuel habeat judicium.

Si aliquando, in tranſcribendo, verbum Allegationis 25
mutare voluit, abſurda dixit; v. g; Allegatio *q.*3. *n.*8, ait aliquos Doctores ſcribere Bonifacium 8, judicaſſe de Regno Siciliæ pro Roberto contra Carolum Regem Hungariæ; (de quo ſup. *c.*9. *n.*18.) & addidit Allegatio: *ut referunt, & colligunt ex tx. in clement. paſtoralis de re judic*; cautè dixit: *referunt, & colligunt*, quia tx. nec verbum de illo ponit, & Doctores ex ſolâ remotâ conjecturâ colligunt, ut vidimus *d. cap.* 9. *n.*69; at Caramuel *in d. Philip. lib.*5. *diſp.*8. *q.*2. *art.*4. *n.*25. *pag* 409, in tranſcriptione ita mutavit: *hujus ſententiæ æquitas conſtabat liquidò ex tx. in clement. Paſtoralis de re judic*; equidem ita liquidò ex eo textu conſtat ut juſtitia Catholici Regis Caſtellæ ad Coronam Luſitaniæ. Iterùm Allegatio *illat.*3. *n.*3. Reſpondens Principi Rainuntio volenti intrare per Repræſentationis beneficium, ait (ut & nos ſup. *cap.*6. *n.*8.) tale beneficium in ſucceſſione collateralium de quâ agitur *non concedi niſi nepotibus filiis fratrum perſonæ cui ſucceditur, ut tales nepotes, qui cum defuncto ſunt in tertio gradu, §. tertio Inſt. de grad; per beneficium Repræſentationis intrent in locum, & gradum patrum qui erat ſecundus §. ſecundo Inſt. de gradibus*;

bus; proſequitur, Rainuntium non eſſe filium fratris, ſed nepotem, atque ita eo beneficio non uti; Caramuel hoc tranſcribens *d. lib.*5. *diſp.*6. *theorem.*5. *n.*11. *pag.*392. ita verba mutavit: *Dico: Repræſentationis beneficium ut plurimùm conceditur filiis fratrum ultimi poſſeſſoris, §. ſecundo Inſt. de gradibus; cumque D. Rainuntius non ſit ultimo poſſeſſori filius fratris, ſed fratris nepos, non poteſt ſceptrum prætendere ex Repræſentatione*; textum itaque quem Allegatio citaverat ad probandum quod fratres ſunt in ſecundo gradu, putavit Caramuel citatum, & citat ad probandum quod *Repræſentationis beneficium ut plurimùm conceditur filiis fratrum ultimi poſſeſſoris*, quod textus ille nec ſomniavit, nec quando fuit factus erat Repræſentatio in ſucceſſione collateralium (ut ſup. *cap.* 9. *n.* 110.) ô Juriſconſultum egregium, qui ita egregiè intelligis quæ tranſcribis!

26 In paucis quæ oportuit tractare extra contenta in eâ Allegatione oſtendit Caramuel phantaſiam peregrinam; videat quæſo *ſup. in procem.* 2. §. 2. *n.* 18, ubi unam retuli ex principalioribus opinionibus judicii illius; videat item *hoc lib. cap.* 1. *n.* 19. item *cap.* 4. *n.* 19, iterùm *cap.* 6. *n.* 6, *&* 7, ulteriùs *cap.* 10. *n.* 11, denique *cap.* 12. *n.* 14, *& ex n.* 25, Sæpiuſque alibi in volumine iſto; hîc addam argumentum quod facit *in d. Philip. lib.* 5. *diſp.* 8. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 24; inquit: *Repræſentationis beneficium vel innitur æquitati, aut non: ſi non, eliminandum igitur, non enim leges iniquas tenemur tolerare*; putavit bonus literatus æquitatem in jure opponi iniquitati, ideòque leges quæ non fundantur æquitate, eliminandas utpote iniquas; nec dum didicit æquitatem oppoſi rigori juſto, maioremque legum partem ex rigore juſto procedere; en Doctor Regis Caſtellani.

Supereſt

Supereſt adhuc de eo dicere quod neque ſe ipſum intel- 27
ligit; videatur; *In Philippo lib.* 1. *tit. Ferrandus* 1. ſcribit: *Infans Joannes magiſter Avizenſium, calliditate Reginæ Eleonoræ perſuaſus, uxorem ſuam eſſe adulteram leviter credidit, inque Conimbricenſi civitate violentâ manu interemit*; Inferiùs *lib.*3. *diſp. un. q.*2. *art.*1. *n.*12. ſibi contradicens non Joanni magiſtro Avizenſium, ſed alio Joanni (& benè) hoc imputat; ibi: *Ex pulcherrimâ Agnete ſuſcepit Alfonſum qui puer obiit; Joannem de Portugal qui duxit D. Mariam Telles, Reginæ Leonoræ ſororem: hujus Reginæ conſilio Joannes occidit Mariam*; & repetit paulò infrà *q.*3. *n.*19. Iterùm *eádem diſp.un. q.*2. *art.*2. *n.*13. loquens de Rege Ferdinando, & Leonorâ ejus uxore, ait: *Ferrandus Leonoræ vitâ functæ honores Regios ſolvit*; (Leonora tamen ſupervixit;)& ſtatim *n.* 15. inquit quod mortuo Ferdinando *Caſtellæ Rex ſeſe monarcham Luſitaniæ facere ſtatuit, Leonora inſtigat, &c.* ergo, vel Leonora, vitâ functa vivo Ferdinando *n.*13, revixit *n.*15. poſt mortem Ferdinandi; vel inſtigat in ſpiritu; vel Author non intelligit ſe ipſum.

Dicam ulteriùs (coactus quidẽ) pudorem non detinere 28
illũ quominùs ad libitũ loquatur; vidimus jam *in* 2.*proœm.* § 2. *n.*8; ſed nunc addam, quod cùm *in Philippo, lib.* 5. *diſp.*8. *q.*2. *art.*5. *n.*30. erudita hiſtoriarum exempla tranſcripſiſſet per eadem verba, & ipſiſſimis citatis Authoribus, ab eâ Allegatione pro D. Catharinâ *q.*3. *n.*17; poſtea videns ea relata in Manifeſto Luſitaniæ, auſus eſt ſcribere *in reſp. ad illud Manif. lib.*5. *cap.*2. *verſ. conpertinacia*, manifeſti Authorem tranſcripſiſſe ab eo eruditiones illas, nec qualicumque ſcribit modo, ſed verborum impudentiâ admirabili, alios accuſat de furto quod ipſe commiſerat.

Scio

29 Scio quod ſecundùm Caſſaneum *in Cathal. glor. mundi p.10. conſiderat.35.* ad ponderandos ſcriptores, etiam nobilitatis habetur conſideratio; ego autem de Caramuelis genere non loquor, quia ejus familia non eſt apud genealogicos Authores; aliquid tamen aliundè inveſtigavit curioſus Villa Real quod invitus tetigi *in 2. proœm.* §. 1. *n.* 9, juſtiſſimâ occaſione coactus.

30 Poſt *Caramuelem* anno 1643, ſcripſit pro Caſtellæ Rege libellum cui titulus *Antimanifeſtum* quidam *Antonius de Fuertes Biota* adeò ſimilis Caramueli, ut videatur *Caramuel ſecundus*, vel Caramuel, *Biota primus*. Equidem eſt ex illis qui volant ſuper pennas ventorum fumum olentes, ut apud Joan. Pyrrhum *de donat. conjug. chartâ* 2; ex illis qui *ſe ipſos compungunt ſuis acuminibus, &, multa quærendo, reperiunt non modo ea quæ jam non poſſint ipſi diſſolvere, ſed etiam quibus ante exorta, & potiùs detexta propè retexantur:* ut cum Antonio apud Ciceronem ait Franc Duaren. *in epiſt. de rat. docendi in* 1. *vol. tract*; ex illis tandem quibus applicatur *Pſalm.72. verſ.9.* ibi: *Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terrâ.* *Fuertes Biota.*

31 Dico propter ejus novas opiniones fumo plenas, quarum memini *cap.9 n.*15, & 58; *cap.*10. *à n.*18, *cap.*11. *à n.* 17, & *cap.*12. *à n.*15; propter alias ſtupidi ingenii; *quarum cap.6. à n.6, cap.9. à n.* 199; *cap.*10. *n.*19, 24, & 25, *cap.*12. *n.*19. 28. 44. 48, & 54, *ac cap.*13. *per totum*; alias contradicentes ſibi ipſis, *ut ſupra cap.9. n* 206, *cap.*10. *n.*21, & 24, *ac cap.*11. *n.*25; alias cavilloſas, *ut cap.*12. *n.*54, & 55; alias denique falſis allegationibus roboratas *ut d. cap.* 9. *n.*199 *juncto n* 205; *cap.*12. *n.*28. *juncto n.*30, *ac eodem cap* 12. *n.*29. *in fine juncto n.*40; eſtque facetum quod ubi vult,

vult, communem opinionem ſine teſtibus affirmat; vel putans lectores neſcire quàm difficulter communis opinio fiat, cognoſcatur, ac credatur, vel (quod certius) hoc neſcit ille; diſcat ab Ant. Mariâ Coraſio *de commun. opin. lib.*1. *à tit.*1. *in vol.*1. *commun. opin.*

Quid plura? ipſe de ſe teſtimonium perhibeat; *in art.* 32
9. *ad med. pag.*161. *in margine lit. a*, ita de ſe ait: audivi ſub doctiſſimis præceptoribus è quorum numero unus D. Ferdinandus Azcon -- *quo præceptore, & præſide ego* 50 *locos difficiliores juris unâ die pro laureâ Baccalaureatus obtinendâ ante adimpletos curſus annum agens* 18, *publicè defendi anno* 1623; *quod non elatè, nec ſuperbè dico, ſed gloriæ divinæ causâ*; ſuper quo cadit Apoſtoli ſententia *ad Rom.*1. *n.*22. inquiens: *Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.*

At verò *Fuertes Biota* eſt ex Doctoribus qui ſe ipſos 33
laudare debent ut cognoſcantur, ex illis quorum laus pendet ex ore proprio, ex illis, inquam, qui ante fores tabellas depingunt cum inſcriptione medicamentorum, manifacturæ, ſeu rei ſimilis quam vendit domum habitans ſapiens ignotus; reſpicite, Prætereuntes, reſpicite ad tabellam quam poſuit in introitu libri illius; ecce illam:

RELATIO
Operum quæ Autor impreſſit,
& aliorum quæ imprimet.

Habetis itaque relationem præteriti, & futuri; Refert quinque typis mandaſſe libros, quorum unus eſt Relatio publicæ lætitiæ quâ Bononiæ celebrata eſt nativitas ſereniſſimi Caſtellæ Principis; (videte opus dignum magno Doctore;) Alius liber eſt, Allegatio in quâdam causâ;

meminit

meminit item variarum allegationum juris quas fecit in Italiâ; & qui horum meminit poteſt addere omnia themata quæ puer fecit, dum addiſceret latinitatis grammaticam. Proſequitur tabella nominando libros (nullum juridicum) quos putat imprimere in futurum; contra conſilium ſapientis *Proverb. c.27. n.1.* ibi: *Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies.* Vidi aliquando mercatores librorum in eorum principio imprimere relationem operum Authoris; abſit verò quod ipſe Author faciat, ſi alicujus eſt momenti, nam vel ejus opera notoria ſunt, & tunc relatio abundat, vel ſunt incognita, & tunc potiùs pudendum ſcripſiſſe ea; utcumque ſit hic Caſtellani Doctor eſt Doctor Tabellæ.

34 Quâ cognitione loquatur in materiâ de quâ agimus, oſtenditur ex eo, quod cùm ego breviſſimam ad amicum ſcripſiſſem epiſtolam circa manifeſtationem Caſtellæ à quodam Pellicerio publicatam; cùm item R. Pater *Franciſcus de Macedo* in fine tranſlationis libri *de jure ſuccedendi in Regnum Luſitaniæ* præclara quædam corollaria addidiſſet, variaſque curioſitates, Biota iſte ad quem mea epiſtola pervenit, ut inquit, manuſcripta (ſignum quod à tranſcribentibus approbatur,) loquens de eâ, & *Macedi* tranſlatione ac corollariis, ita nos in unum confundit, non advertens maximam diverſitatem nominum, illi opuſculum meum, mihi illius ſcripta (quæ mea gauderem) adſcribens, ut in hanc videas confuſionem intellectus miſeri hominis; &, quod eſt meliùs, (ne in aliquo verum dicat) de me, qui mentaliter tantùm Romæ fui, narrat Romæ fuiſſe; habuiſſeque ibi mirabiles eventus; at talibus homunculis, & Bacchantibus non reſpondendum verbis, ſed contemptu, vel commiſeratione Chriſtianâ.

Eſt tandem homo qui, ut reſpondeat legi oppugnanti ejus opinionem ridiculam, ait, legiſlatores fuiſſe ignorantes; vidimus *cap.*9. *n.*15, *&* 58; hunc tu putes compotem eſſe mentis? 35

Meritò igitur, cùm in inſigni Bononiæ Academiâ Cathedraticus fuerit (ſi verum eſt quod de ſe prædicat) inde ejectus noſcitur, & poſtea aliquibus officiis non magnæ authoritatis privatus, nunc in Flandriâ vivit in abjecto ſtatu, ſervus Marquionis de Tarraſona; ad huncuſque honorem eum ſcientia exaltavit; meritò inquam ſine Cathedrâ (quam tamen non credo) ſine officio, ſine ſplendore vivit, quia tales quamvis fuerint approbati, poſtea reperti indocti reprobari, & privari debent à gradu Doctorali quæſito, ob publicam utilitatem, ut inquit Gratian. *diſcept. for. cap.* 186. *n.*31; & multi de facto ſunt privati, referente Eſtephano Coſta *in tract. de ludo in præfat. n.*2; quinimò nunquã eis gradus fuit quæſitus, cùm dignitas non faciat Doctorem, ſed ſcientia; ſecundùm Bobadillam *polit. lib.*1. *cap.* 6. *n.*38; quia Doctor ſine ſcientiâ eſt ut fons ſine aquâ, ut inquit Nevizan. *lib.*5. *ſilvæ nupt. n.*40; quid eſt enim dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto? ait Salvian. *de vero judic. Dei lib.* 4. *in princ*; de quo latiùs dixi in meo tract. Perfectus Doctor *qualit.*13. *n.*5. Hic eſt Regis Caſtellæ Doctor alius. 36

Anglus. Tandem præſenti anno 1644. ſcripſit pro Philippo *Diſſertationem* (ut ipſe vocat) *juridicam de ſucceſſ. Regni Portugal*; Anglus quidam Anonymus quem in eo laudo quod licet mercenarius ſcripſerit, eum tamen puduit nomen ſuum declarare, poſuit ſolùm pro nomine *R. H*; per quas literas in Angliâ ejus notitiam quærens, non inveni, unde infertur celebrem non eſſe famâ, ſed ex eis quos 37

Doctores

Doctores de Duodena vocat Nevizan. *lib. 5. ſilvæ nupt. n. 39, & 40*; & ego voco eum *Doctorem duorum librorum*, propter rationem notatam *ſup. cap. 9. n. 209.* illâque Diſſertatione conſideratâ, exiſtimo *R. H.* dicere: *Ridiculum Homunculum*, ſiquidem nomina debent rebus convenire, ut docet tx. *in §. eſt & aliud Inſt. de donat.*

38 Inveni autem copioſam ſatis cognitionem cujuſdam *Fr. Angeli à Sancto Franciſco*, cujus diligentiâ libellus fuit impreſſus, ut ipſe in nuncupatoriâ teſtatur; ex ordine Seraphico ſe dicit, ſed falsò, *cùm monachum non faciat habitus, ſed profeſſio regularis*, ut inquiunt txs. *in cap. porrectum* 13, *& cap. ex parte* 22. *de regular*; ille verò à profeſſione illuſtriſſimæ regulæ penitùs abſit; nam in maiori neceſſitate perſecutionis præſentis, vineam Domini Anglicanam turpiter derelinquens, dum alii glorioſiſſimè eam colunt, ille in Flandriâ fructus (Catholicorum Angliæ eleemoſynas) alieno labore partos comedit, ſecureque bibit fructus vinearum Hiſpaniæ; & dum inſignes *Thomas Bullokar, Paulus Magdalen, & Franciſcus Bell* juxtà ſanctiſſimum Franciſcanum inſtitutum, clariſſimum ſunt paſſi, vel potiùs obtinuerunt, martyrium, hic tanti patris filius degener, tantorum fratrum frater indignus, Anglorum Sacerdotum dedecus, qui pœnitentibus lachrymis apud Deum, religioſis ſcriptis apud homines; miſeriis patriæ opitulari deberet, non erubeſcit inſipiens gloriari de impreſſione libelli non modò circa materiam merè ſæcularem, ſed & contra Principem ex firmiorioribus columnis Fidei Catholicæ.

39 Vidimus illius Diſſertationis ſubſtantiam *citato cap. 9. à n. 207. uſque ad* 216, ubi apparuit eam machinam per ſi-

milem eſſe ſtatuæ ſomnii Nabuchodonoſorii, *Dan.2. ex n.31*, habet enim fundamentum fictile, videlicet, ſupponere, quod fœminæ excluduntur à ſucceſſione Luſitaniæ per conſanguineos etiã remotiſſimos, *ut d. cap.9. à n.214*; at verò *ibidem* lapis abſciſus de monte ſine manibus, percutens fundamentum comminuit illud, tunc contrita ſunt pariter quæ ſuper erant.

40 Quâ ignorantiâ Luſitanarum legum ſcripſerit, oſtendi jam *d. cap. n.211*; oſtendam modò quâ ignorantiâ juris civilis. Ad denegandam Repræſentationem *n.11. pag.* 14. ait: *De jure etiam civili, ſi habeo duos patruos, patruus autem natu maior prædeceſſit relicto nepote, mihi ab inteſtatò ſuccedet alter patruus, non nepos ex patruo natu maiore; l. avunculo 6.C.commun. de ſucceſſ.* Ita ſanè probat lex illa; ſed eſt de jure Codicis facta ab Impp. Diocletiano, & Maximiano; tempore quo in ſucceſſione collaterali non dabatur Repræſentatio, quam de noviori Authenticorum jure Juſtinianus inſtituit, ſeu extendit, ut eſt notum, ac edocebitur Anglus ſcriptor à nobis ſup. *cap.9. n.5, 14, 57, & 110*; & ecce una ignorantia ſupina; altera, quod quamvis etiam de noviori jure lex illa procedat, eſt, quoniã filius patrui mei eſt mecũ in quarto gradu (ut declarat tx. & gloſa ibi,) & ita extra Repræſentationis beneficium, quod ſoli ſecundo, & tertio (in tranſverſalibus) conceditur, ut iterùm edocebitur ſupra *cap.6. n.8*, unde, cùm litigantes noſtri ſint cum defuncto in tertio gradu; ignoranter arguitur à quarto in quo jus diverſum militat, quinimò hoc quod dico, dixit ille quoque *n 31. pag. 58.* ad excludendum à Repræſentatione Principem Parmæ; verum ſiquidem oblíviſcitur ſui, eum ad dictum

41 ctum locum remitto. Deindè *n.* 24. *pag.* 40. ita ratiocinatur: *ſi enim pater in teſtamento filium prætereat, intelligitur eum excludere*; neſcit quid dicit; nam (regulariter) præteriens non intelligitur excludere, ſed oblivisci; unde aliud eſt, præteritio, aliud, exhæredatio; illa anullat teſtamentum à principio, hæc illud validũ rumpit poſtea, ſi non habuit juſtam cauſam; de quo in jure diverſi ſunt tituli, videat tx. *in princ. Inſt. de exhæred. liber.* quomodo diſtingat: *Qui filium in poteſtate habet curare debet, ut eum hæredem inſtituat, vel exhæredem nominatim faciat, alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur.* Si igitur nec terminos loquendi in jure norit, quid de illo curandum?

42 En Juriſconſulti pro Philippo, *Aguirre, Caramuel, Biota, & anonymus Anglus*; en juris Coriphæi pro tantâ causâ; videtur ne vobis (ò vos qui rectum quæritis) horum votis Regnum poſſe dari? jam vos audio reſpondentes, quod iſti non ſunt Doctores, ſed Dolores; vel, ſi Doctores, juris ſorbibilis, non civilis; Doctores de placebo Domino, Doctores neceſſitatis (Philippi) quæ legem non habet; benè quidem; aſt ego benignus volo parumper eis concedere titulum Doctoratus; ſuppono eos literatos, ſuppono ſcientificos; oſtendant mihi ſolidum fundamentum in quo omnes concordent, & cum omnibus concordabo; quæſo videatur:

43 I. Negat Caramuel Luſitanum Regnum fundatum à Chriſto Domino, *ut vidimus in* 2. *proœm.* §. 2. *n.* 8; fatetur autem Fuertes Biota, *ut cap.* 12. *n.* 44, *& ſeq.*

II. Negat Caramuel Legionis Regem annuiſſe Pontificiæ confirmationi noſtri tituli; at Biota affirmat; *ut d.* §. 2. *n.* 14.

III. Negat

III. Negat Caramuel effectum illius confirmationis ex fundamento in relato *n.*18; illudit eum Biota ibidem.

IV. Caramuel negat Reges Luſitaniæ, unquam legitimos fuiſſe, aſſeritque illam Coronam ſemper ad Caſtellæ Reges pertinuiſſe, *ut retuli cap.*8. *ex n.*2; è contra Biota eum reprobans fatetur noſtrorum Regum legitimitatem, *ut ibidem n.*16.

V. Caramuel & alii ad excludendum è regnis jus Repræſentationis allegant exempla *relata ſup. c.*9. *n.*18, *&* 19, quæ Biota reprobat *ut eodem cap. n.*69, *&* 70.

VI. Caramuel ad excludendam eandem Repræſentationem particulariùs à Luſitaniâ, allegat Luſitanam legẽ, *ut d. c.*9. *n.*74, quam Biota inquit nil probare, *ut ibi n.*90, & adſtipulatur Anglus *in d. Diſſert. n.*29. *pag.*54.

VII. Caramuel in idem adducit exemplum, *ut d.c.*9. *n.*79, quod Anglus ait non eſſe certum, *d. loco n.*30. *in fine pag.*58. *in princ.*

VIII. Caramuel, atque alii ad obviandum juri D. Catharinæ ex meliori lineâ, dicunt hanc non conſtitui niſi à filio primogenito *ut cap.*10. *n.*15; at Biota aſſerit non eſſe neceſſariam qualitatem primogenituræ, *ut ibi n.*16.

IX. Caramuel, ut reſpondeat Luſitanæ legi excludenti extraneos, affirmat Reges Caſtellæ cognominatos eſſe *Philippum de Portugal, Carolum de Portugal, &c.* ut ſup. *cap.*12. *n.*29; contra verò Biota ex profeſſo intendit, nullum Regem Caſtellæ, vel alicujus regni uſum fuiſſe cognomine, *ut ibidem n.*43.

X. Biota poſt Caramuelem, circa Repræſentationem arguit contra nos quod, hac datâ, non D. Catharinæ, ſed Rainuntio Parmenſi pertinebat Corona, *ut ſup.*

cap.

*cap.6. n.7. & cap.*10. *n.*25; Anglus verò anonymus reprehendit hoc argumentum *loco citato præſenti cap. n.*40.

XI. Biota latè negat ullam in jure Repræſentationem dari, *ut ſup. cap.9. n.*15; Caramuel autem & Anglus, cæterique fatentur dari in jure, quamvis in noſtro caſu recuſent eam, *ut per totum illud caput.*

XII. Biota, & cæteri Caſtellani principaliùs negant Repræſentationem in Regnis quòd iſta deferantur jure ſanguinis, non hæreditario, *ut citato cap. 9. n.* 8; verùm Caramuel adverſus omnes probat latiſſimè ex profeſſo Regna, imò Luſitaniam, deferri jure hæreditario; *in Philip. lib.*5. *diſp.*4. *q.*3. *art.*1; *& diſp.6. theorem.*4. *n.*7.

XIII. Biota ad fugiendam prælationem D. Catharinæ ex Agnatione, inquit hujus & Cognationis differentiam ſublatam jam eſſe in jure, *ut videre eſt in ejus Antimanif. art.*8. *poſt princ. pag.*142; *& retuli cap.*11. *n.*3; è contrario, Caramuel fatetur vigere adhuc in ſucceſſione indiviſibili, *ut d. c.*11. *n.*4.

XIV. Biota pro eodem puncto inquit fœminam, (quia talis,) & præcipuè nuptam, Agnatam non eſſe; *dixi d. cap.* 11. *à n.*5; ſed Caramuel concedit contrarium; *ut ibidem n.*8.

XV. Anglus anonymus, pro excluſione prædictæ Repræſentationis arguit quod licet detur de jure communi, tamen hoc non militat in Luſitaniâ ni adſit lex ſpecialis; *ut ſup. d. cap.9.n.*211; Caramuel verò ait quod non datur de jure communi, ſed ſi detur, dabitur etiam in Luſitaniâ, ubi jus commune per legem Regni jubetur obſervari, *ut eodem c.9. n.*81.

XVI. Anglus intendit in Luſitaniâ eſſe legem excludentem

dentem jus Repræſentationis; *ut d. c.* 9. *n.* 212; contra Biota oſtendit allegatam legem tale non probare; *ut eodem cap. n.*90.

XVII. Anglus principaliter vult excludere D. Catharinã, quòd fœmina excludatur à Coronâ Luſitaniæ per quemlibet, etiam remotiſſimum, maſculum; *ut d. c. ex n.* 214. *c.* 10. *n.*27. *&* *c.*11. *n.*29. Sed Caramuel, & reliqui admittunt fœminas juxta jus ordinarium; *ut in Philip. lib.*5. *diſp.*4. *q.*1. *per totam & apparet ſup. cap.*9. *per tot*; *c.*10. *à n.*12, *& c.*11. *à n.*3. *paſſim.*

XVIII. Tandem notandum venit D. Catharinam probatum habere primum titulum Repræſentationis, (*cap.*9,) ſecundum Lineæ (*cap.*10,) & tertium Agnationis (*cap.*11,) reſolutionibus Ludovici de Molinâ, (cujus verba retuli ſæpè citatis locis,) qui præcipuus fuit Doctor Regis Caſtellæ Philippi 2, legatus ſcilicet ad Luſitaniam pro præſenti causâ.

Cùm igitur ipſiſſimi ſcribentes pro Caſtellæ Rege, ad 44
huc non concordent in fundamentis ejus juſtitiæ, irrationabiliter queritur ille quod diſcordent contrarii; profectò rectus ordo petit ut priuſquam alienos convincat, ſuos certiores faciat.

QVI SCRIPSERVNT
Pro D. Catharinâ Bragançiæ Duce.

Vide Caſtellanum Authorem contradicentem ſibi.

Caramuel *in reſp. ad manif. Portugal. lib.*5. *cap.*3. *n.*12, 45
ait quod quærere Doctorem qui ſequutus fuerit partes Bragantini, eſt ire ad Antipodas; quia pro Antonio, fuerunt pauci; pro Catharinâ de Medicis, aliqui; pro Bragantinâ, nullus: ergo vel iſte Caſtellanus Author caret memoriâ,

memoriâ, vel mentitus eſt in libro quem vocavit: *Philippus prudens*, vel ille liber eſt Antipoda,(quod fortè verum, cum ſit liber præpoſterus;) illationem probo, quoniam ibi *in proœm. libri* 5. §.4. *n.*10. titulum poſuit, & Doctorum relationem, ut jam fideliter tranſcribo.

Apologiæ pro CATHERINA *Duciſſâ Bragançæ:*

Pro ſereniſſimâ Infante Catherinâ ſcripſerunt quamplurimi, ſed tantummodò mihi noti ſequentes.

Licentiatus Afonſus de Lucenâ Ducum Bragançæ Advocatus, atque redituum Procurator.

Doctor Felix Teixeira, etiam Advocatus Ducum Bragançæ, ac redituum, & expenſarum Procurator.

Jaime de Morais, Colimbricenſis Univerſitatis Doctor, in jure Pontificio emeritus, & Cathedræ Primariæ Moderator.

Doctor Antonius Velaſco Cabaço, juris Cæſarii Præpoſitus lectioni veſpertinæ.

Doctor Ludovicus Corréa Decreti Cathedraticus.

Doctor Emanuel Soarez, qui obtinuit Pontificii juris Cathedram veſpertinam.

Doctor Rodericus Lopez de Veiga, qui Cathedram Digeſti veteris.

Doctor Chriſtophorus Joannes, qui ſexti libri.

Doctor Ludovicus Baſto de Britto, qui Digeſti novi.

Doctor Alvarus de Andrade, qui juris Pontificii.

Doctor Franciſcus Rabello, qui ejuſdem juris.

Doctor Gondiſallus Ægidius, qui trium librorum Codicis.

Doctor Petrus de Alpoim, qui Codicis obtinuit Cathedram.

Editæ ſunt lucubrationes horum Colimbricenſium Profeſſorum ann. 1580. *in folio, apud Antonium Ribeirum.*

Quid igitur, Caramuel, tui oblitus, dicis nullū pro Bragantinâ ſcripſiſſe? es Caramuel, & ſatis eſt de te hoc dicere.

De iis item qui pro eâdem Principe ſcripſerunt, Coneſtag. in hiſtor. *union. Portugal. lib.*3. *ad med.* teſtatur: *Pro Ducißâ ſcripta eſt in Univerſitate Conimbricæ, ampla, & curioſa allegatio, ejuſque Doctores, ultrà quod ſunt de ſapientioribus Regni, putantes placere Regi tractarunt cauſam omni diligentiâ poßibili*; quod teſtimonium Authoris Philippenſis ſufficit ad convincendum Biotam dicentem *in d. Antimanif. art.*11. *poſt princ. pag.*198. fuiſſe ſimplices Cathedraticos ſine praxi tribunalium ubi digeritur legalis ſcientia, punctumque tractaſſe imperfectè, & allegando ſolùm generalia; ſcio benè Biotam Doctores illos non cognoſcere, nam ſi cognoſceret, aliquid ſciret; quot magni Juriſconſulti in Hiſpaniis florent hodiè didicerunt ab eorum ſcriptis, quæ tanquā oracula manuſcripta communicantur; illa maximè Ludovi Corréa, Chriſtophori Joannis, & Roderici Lopez de Veiga, quibus in utroque jure præterita ſæcula prodiderunt ſuperiorem vix ullū, æquales paucos, ut & evidenter conſtat ex nominatâ allegatione latinè jam impreſsâ Pariſiis cui titulus: *De jure ſuccedendi in Regnum Luſitaniæ*, quam imperfectam judicat Biota, quoniam (ut Nevizan. *lib.*5. *ſilvæ nupt. n.*39. *ante med.* ait) *Incapaces aures non capiunt quæ ſunt de apicibus juris, quia de ſubtilibus, & ſpeculativis non guſtat Aſinus*; cognovit equidem illius allegationis vim, ſcribentiumque authoritatem Rex Philippus 2, qui per edictum prohibuit ejus lecturam, prædictoſque Doctores eò uſque perſequutus eſt, ut 46

per

per epiſtolam reprehendit Eboracenſem Archiepiſcopum Theoronium, quòd eleemoſynis aleret inſignem Ludovicum Corréa.

47 Habemus igitur, ex relatione Caſtellanorum, tot graviſſimos Doctores, totam inſignem Vniverſitatem qui pro sereniſſimâ Catharinâ ſcripſerunt, cùm non Regina ſed Princeps prætenſor; mirum eſt autem quod, ex relatione ipſorum *ſup. n.*17, pro Philippo, ita potente Rege, neque unicus Doctor ſcripſerit tunc; at nil mirum, cùm non jure, ſed violentiâ niteretur, ut narrat ejuſdem hiſtoriographus relatus ſupra *n.*5.

48 Et per hæc ſatis, ſuperque eſt demonſtratum jus indubitabile Catharinæ ſereniſſimæ ad Luſitanam Coronam, nec ſolummodò demonſtratum, ſed & à toto mundo cognitum, imò ab Adverſariis confeſſum. *Concluſio*

Finis Libri primi.

VIDISTI DOMINE, NE SILEAS: DOMINE NE DISCEDAS A ME.

EXVRGE, ET INTENDE JVDICIO MEO: DEVS MEVS, ET DOMINVS MEVS IN CAVSAM MEAM.

JVDICA ME SECVNDVM JVSTITIAM TVAM DOMINE DEVS MEVS, ET NON SVPERGAVDEANT MIHI.

NON DICANT IN CORDIBVS SVIS: EVGE, EVGE, ANIMÆ NOSTRÆ: NEC DICANT: DEVORAVIMVS EVM.

*Pſalm.*37. *à verſ.*22.

Liber Secundus
LUSITANIAE LIBERATÆ.

OSTENDIT

Quod etiam ſi Caſtellæ Reges habuiſſent jus (quod injuſtè prætendunt) ad Coronam Luſitaniæ, illud amiſiſſent ex injuſtis mediis occupationis, detentionis, & regiminis.

PROBATQVE

Luſitanos juſtiſſimè potuiſſe Principes illos excludere, tam ex prædictis cauſis, quàm ob defenſionem naturalem, ac bonum Catholicæ Religionis.



Mortalis moriar; sed, quō mihi vita perennis,
E cinere insurgam morte redempta meâ.

Liber Secundus
LVSITANIÆ LIBERATÆ.

CAPVT I.

Philippus 2 Rex Caſtellæ recuſavit legitimum judicium, imò commiſit attentatum; ideò, ſi jus haberet, amittebat illud.

1 AD judicandum de jure propoſito in præcedenti libro Judices erant neceſſarii, *parum eſt enim jus in civitate eſſe, niſi ſint qui jura reddere poſſint*, ait tx. *in l.2 §.poſt originem ff.de orig.jur;gloſ. verbo: legitimos tramites, in proœm. Inſt*; & ut navis ſine nautis non poteſt ſalva in portum pervenire, nec artes ſine magiſtro doceri, ita nec jura reddi ſine Judicibus, inquit gloſa *verbo: non poterat, in l. hujuſmodi 6. ff. qui pot. in pign.* *Hæc cauſa pertinebat ad Judices.*

2 Qui verò legitimi Judices pro causâ præſenti fuerint? inveſtigandum. *Qui Judices in præſenti?*

3 Ille Joannes Caramuel ſæpiùs à nobis nominatus, *in ſuo Philippo lib.5. diſp.3. q.2. art.4, & 5.* ait quod, cùm Reges non habeant in terris ſuperiorem quoad temporalia, *Opinio Caſtellani*

juxta

juxta notatâ à me ſup. proœm. 2. §. 2. *n.* 23; potuit Philippus, de jure ſuo informatus, poſſeſſionem vi obtinere.

Tyranna. Sed hoc eſt tyrannum; quamvis enim ad aliquos actus 4
poſſit Magiſtratus authoritatem præſtare ſibi ipſi, *ut in l.* 3, *& 4. ff. de adopt; l.* 1. §. *conſules de offic. Conſul; l.* 2. *de off. Præt; & l.* 2. *de off. Præſid;* tamen in contentioſis, nemo poteſt eſſe Judex ad cauſam propriam; *l. un. ubi gloſ; Bald; ac Salycet. C. nequis in ſuâ cauſ. jud; l. Julianus* 17. *ubi gloſ; & Bart. ff. de judic; cum aliis apud gloſ. verbo: non ſibi ipſum, in l.* 1. §. 1. *ff. quor. leg;* & hoc non ſolùm ex nimiâ affectione ad ſua, *de quâ in l. qui juriſdictioni* 10. *ff. de juriſd. omn. jud; & in l. fin. in fine C. de adſeſſor;* Sed etiam quia omne judicium conſtat ex quatuor perſonis, videlicet, Judice, Actore, Reo, & Teſtibus (intelligendo pro Teſtibus quãlibet probationem, ſecundùm gloſas ſtatim citandas,) *cap. nullus, cum gloſâ* 2. *ibi,* 4. *q.* 4, *cap. forus* 10. *verſ. jurgium de verbo ſign; gloſ. verbo: judicium, in eodem cap. forus in princ; & gloſ. in princ. lib.* 2. *extravag. comm;* quæ perſonæ debent eſſe ſeparatæ, neque una poteſt vice duarum fungi, *l. inter litigantes* 62. *ff. de judic; l. quiſquis* 6. *C. de poſtul; Addit. ad gloſ. verbo: ſermones, in l.* 4. *ad fin. C. de recept. arbitr.* Quod (quidquid aliqui) etiam militat in ſupremo 5
Principe; *l. proximè* 3. *ibi: Vos habetis judices veſtros, ff. de his quæ in teſtam. del; gloſ. un. in cap. cum veniſſent* 12. *de judic; ac margin. in l. & hoc Tiberius* 41. *ff. de hæred. inſt; benè ait Additio ad Abb. in cap. novit. de judic. n.* 6; & licet illæ gloſæ dicant procedere ex honeſtate, verius eſt procedere ex vi directivâ juſtitiæ quæ obligat ſupremos Principes; *l. Princeps* 31. *ff. de legib; l. digna vox* 4. *C. eodem; Ariſt.* 3. *polit. cap.* 9; *Div. Thom.* 2. 2. *q.* 96. *art.* 5. *ad* 3;

unde

unde regulare eſt Principem uti jure communi, *l. ſi quis 6. cum ſeq; & utrobique gloſâ C. qui teſtam. fac. poſ*; quod jam reduxit ad neceſſitatem conſuetudo ipſorum Principum, qui pro ſuis cauſis ſpecialem habent judicem, de quo in ff. eſt titulus, *de offic. Procur. Cæſar*; & in Luſitaniâ eſt graviſſimus Magiſtratus vocatus Judex proceſſuum Coronæ, ac patrimonii Regis, (quia tam de juriſdictione, quàm de bonis judicat,) ſimiliterque in aliis regnis; atque ita quando legimus Principem in ſuâ causâ judicaſſe, *ut in d. l. & hoc Tiberius, & in §. ult. Inſt. de vulg. ſubſt*; intelligendum eſt judicaſſe per Judices; Principi tamen tribuitur ſententia, quia dedit authoritatem Judicibus; ut ait tx. *in l. 1. §. ſed neque C. de vet. jur. enucl*; ibi: *Omnia enim meritò noſtra facimus, quia ex nobis omnis ei impartitur authoritas.*

6 Neque obſtat *cap. nunc autem diſt. 21.* ubi notatur Principem ſupremum à ſe ipſo, non ab alio, judicari debere; reſpondetur namque loqui de accuſatione contra perſonam Principis circa quam, ob debitam reverentiam, non datur verum judicium; at quando agitur de bonis, circa quæ datur judicium verum, non valet ipſe ſibi eſſe Judex, nam etiam dato quod Regius animus non teneretur affectione notatâ, ſupereſt tamen alia ratio, quod ſcilicet confundendo perſonas deſtrueretur forma judicii, & lex fundata duabus rationibus principalibus, ſuſtinetur unâ, quamvis altera deficiat, §. *affinitatis Inſt. de nupt*; quinimò in re ita magnâ, ut Regnum (de quo agimus) vel etiam minori, dummodo ſit magnæ, ſubſtantiæ, eadem affectionis ratio in quolibet Principe conſideratur; & tandem quamvis quod dicitur liceret Principi ex ſummo jure, proverbium replicat: *Summum jus eſt ſumma injuria.*

Nec adaptatur caſui. Dixi curioſitatis gratiâ ad cognitionem materiæ; ſed 7 in propoſito ſatisfit dicendo, quod etiam ſi Philippus haberet jus quod deſiderabat, cùm tamen non adhuc eſſet coronatus, juratus, vel alio modo acceptatus Rex Luſitaniæ, non poterat in eo Regno uti jure Regis; *ut, per tx. ibi, eſt expreſſa gloſa fin. in l. bene à Zenone C. de quadrien. præſcr; confirmat gloſa, multa referens, in clement. un. §. porrò, verbo: Reges, de ſent. & re jud;* & hoc jure omnes nationes utuntur; quapropter ineptum eſt arguere de Regiâ poteſtate in illo qui in Regno Luſitaniæ erat perſona particularis, &, ſicut alii, merus prætenſor; atque ita juſti Principes ad novum ſtatum actionem habentes, ſententiam expectare ſolent, ut conſtabit exemplis ſequentibus numeris referendis, & qui aliter faciunt condemnantur à Theologis (quos Caramuel nec vidit, nec, ſi vidiſſet, intelligit) citandis *n.* 18.

2 Opinio. Alii rationabiliùs exiſtimant talem cauſam deciden- 8 dam per arbitros vel arbitratores, ſiquidem de aliis judicibus non apparet; allegant exempla ſucceſſionis Regni Caſtellæ per obitum Alphonſi 10, cujus contentio inter nepotem, & filium per arbitratores fuit compoſita, *ut vidimus lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 70; aliud item ſucceſſionis Ducatus Burgundiæ per obitum Philippi 1, cujus cauſam inter Reges Galliæ ac Navarræ, deciderunt arbitri Rex Aragoniæ cum ſex Cardinalibus. Aliud in ſucceſſione Hermandi Landgravii Heſſe, circa ann. 1263; atque plura nota in hiſtoriis.

Inſufficiens. Hoc de conſilio eſt laudabile, ſed de jure inſufficiens; 9 nam cùm arbitri, vel arbitratores non fiant niſi ex conventione partium, *l. idem Pomponius* 14. (*alias eſt* §. 1. *in l.* 13.)

l.13.) & paſſim alibi ff. de receptis arbitr; gloſa, Cujac; Cont; & omnes in rubr. illius tit; manet adhuc idem dubium, quis videlicet legitimus ſit Judex in caſum quo prætenſores nolint compromittere?

10 Quare quidam affirmant Summum Pontificem judicem eſſe; I. Ratione, quòd tanquam pater communis ſit mediator inter Principes. II. Ex textibus *in clem. paſtoralis de ſent. & re jud; cap.1. de probat; cap. novit.* 13. *de judic; & cap. per venerabilem §. rationibus qui filii ſint legit.* in quibus Papa inter Principes judicat, & in ultimo juriſdictionem adhoc fundat in jure divino. III. Ex authoritatibus Doctorum, *ſcilicet Abbatis in cap. cum Joannes n.11. de fide inſtr. ubi refert Hoſt. & Innocent; Bertachin. in repertorio, verbo: Papa, paulò poſt princ.* IV. Exemplis de quibus citati txs. agunt, ultra quæ alia retuli *proœm.* 2. §.2. *n.*27, 28, *&* 35. *3 Opinio.*

11 Verùm hæc non procedunt in præſenti; nam ratio & textus citati loquuntur de litibus inter Reges diverſa regna poſſidentes, ſuper rebus de quibus alius ſuperior non apparet judex; & tunc paſtoralis cura vocat Pontificem, ut ſcandala removeat jus adminiſtrando; (quod tamen Reges non admittunt, & vix obſervatum ſcimus; neque ego de jure hujus puncti nunc diſputo, quamvis convenientiam probem ſatis;) itaque loquuntur de caſu in quo alius deficit judex, ut declarat gloſa *verbo: veniens, in d. cap. per venerabilem §. rationibus, per tx. in cap. licet* 10. *de voto*; at in noſtro, erant judices legitimi, quos videbimus *nn. ſeqq.* Deinde Doctores allegati agunt de diverſo, utrum ſcilicet ſubditi poſſint recurrere à Principibus ſupremis ad Papam quando Princeps eſt negligens, quando facit noto- *Non procedit.*

riam injuſtitiam; ac in aliis caſibus, & tunc adhuc Felin. *in cap. ſi duobus de appell. n.*1. arguens pro utráque parte, fatetur tandẽ ſe non poſſe affirmare tutũ; quinimò tutò negare poſſet talem recurſum in cauſis merè temporalibus, quarum Princeps ſæcularis, ſupremus eſt Judex, & Papa non, (niſi materia foveat peccatum,) *juxta notata proœm.*2. §.2. *n.*23. Sed, quidquid ſit, hæc non eſt noſtra ſpecies, ut patet; ſimiliter exempla locum habent quando inſigne Chriſtianitatis bonum vertitur, *ut expreſſimus ex citato n.*23, quod quidem non concurrebat in noſtrâ causâ. Ex quibus Papã non eſſe judicem in noſtro caſu declarant *Vaſquez in* 2.2. *q.*19. *art.*6. *diſp.*64. *cap* 3. *n.*18; *Molin. tom.*1. *de juſt. tract.*2. *diſp.*103. *n.*12; & ita Gregorius 13 tunc Pontifex Maximus interventionem ſuam obtulit, non tanquam Judex, ſed tanquam pacificans Mediator; *ut refert Conneſtag. in un. Portugal. lib.*3. *in fine.*

4 *Opinio vera.* Jam ergo dicendum quod in vacanti Regno legitimus Judex inter varios aſpirantes ad ſucceſſionem eſt ſtatus, ſeu comitia generalia Regni de quo agitur; I. Probatur ratione dictante quod qui à principio habuerunt poteſtatem inſtituendi Regem, *ex adductis proœm.*2. §.3. *n.*4, ipſi poſſint dubia circa ſucceſſionem decidere. II. Textibus *in l. fin. in fin. C. de legib*; *Auth. de rapt. mulier. in princ. coll.*9; *cap. inter alia* 31. *verſ. ut igitur, de ſent. excom*; quibus habetur ejus eſſe interpretari leges, cujus eſt condere; ſed populus condidit legem Regiam de ſucceſſione, ergo ad illum pertinet deciſio dubii circa illam. III. Authoritate Patris Vaſquez *ſup. n* 19. *verſ. deinde ſi controverſia.* IV. Exemplis, nam contentio de ſucceſſione regni Navarræ defuncto Carolo pulchro Navarræ, ac Galliæ Rege, deciſa fuit per generales ſtatus, *ut ſup. lib.*1. *cap.*9. *n.*32; ſic & alia 12

de

de ſucceſſione Aragoniæ, *ut d. cap. 9. n.* 116, *&* 142. V. Hoc fatentur Caſtellani advocati, *ut per Caramuelem infrà n.* 17.

13 Si verò regnum non adhuc ſit vacans, imò Rex de cujus ſucceſſione agitur vivat, qui tamen velit quod decidatur quæſtio in futurum, (ut poteſt fieri de ejus voluntate, *arg. l. fin. C. de pact; & prioris opinionis relatæ à Molinâ de primog. lib.* 3. *cap. ult. à n.* 1.) tunc ipſe Rex poſſeſſor poterit in judicando concurrere cum dictis comitiis; eſt enim illorum, & Regni caput; ita ſæpè fecerunt Aragoniæ Reges, ut apud Curitam *in Annal. Aragon. lib.* 6. *cap.* 57, *lib.* 8. *cap.* 15, *& lib.* 10. *cap.* 87.

14 Quinimò Regem per ſe ſolum poſſe declarare ſucceſſorem probatur *ex doctrinâ Baldi in proœm. decretal. col.* 2; *receptâ per Mart. Laud. de Princip. q.* 418, *Oldrad. conſ.* 94. *in princ; & col.* 3; *Suar. in l. quoniam in prioribus limit.* 11. *ad leg. Reg. dub.* 2 *n.* 22. *Gam. deciſ.* 307 *n.* 24. (intelligendò non quod declaret pro arbitrio ſuo, ſed ſecundùm leges; *ut ſup. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 6.) & ita Alphonſus 2 Rex Legionis declaravit ſucceſſorem Ramirum *apud Garibay lib.* 9. *cap.* 16; eaſdem declarationes fecerunt varii Reges Neapolis, *ut ſup. lib.* 1. *cap.* 9. *ex n.* 169; & olim David ſucceſſorem nominans Salomonem contra aliũ filium Adoniam, 3. *Reg. cap.* 1; in noſtro caſu faſſi ſunt Caſtellani *referendi n.* 16.

15 Hoc jure Henricus Luſitaniæ Rex adhuc vivens, publico bono conſulens voluit quod ſucceſſionis quæſtio decideretur in ejus vitâ; nec per ſe ſolùm (ut poſſet juxta dicta proximè) ſed, ut pleniùs, interventione, conſenſu, & ordine generalium ſtatuum; quos Vlyſſippone congregavit primâ die Aprilis anni Salutis 1579; ibique inter alia fuit concluſum quod Rex auditis partibus litem decideret;

Inſtituitur legitimum judicium in Luſitaniâ.

ret; nihilominùs, ob ejus debilem ſenectutem, undecim nominarentur judices judicaturi ſi mors Regem præveniret, & quinque gubernatores qui Regnũ regerent uſque ad ſententiam; & ita factum fuit; narrat hoc omnibus circunſtantiis Conneſtag. qui rei hiſtoriam ſcripſit juſſu Regis Philippi 2; *in hiſt. union. Portugal. lib.3. ad med*; refert iterùm ejuſdem Regis Chroniſta Cabrera *lib.12. in variis locis*; Herrera, atque omnes; fatentur ipſius advocati ſtatim referendi.

Philippus citatus recuſat judicium, & quare.

Secundùm hoc, Henricus fecit citari omnes qui poterant aſpirare ad ſucceſſionem; miſerunt Procuratores, & allegationes de jure ſuo Antonius Prior do Crato, Raynuntius Princeps Parmæ, Emanuel Dux Sabaudiæ, oppoſuit ſe etiam Catharina de Medicis Galliæ Regina, *ut vidimus lib.1. cap.4, 5, 6, & 7*; ſolus Philippus Rex Caſtellæ citatus recuſavit judicium; ut fatentur ejus hiſtorici *Conneſtag. d. lib.3. ad med*; *Cabrera in ejus hiſt. lib.12. cap. 16, & 17*; *ac reliqui.* 16

Sed quare? Caramuel ejuſdem advocatus *in Philip. lib.5. diſp.3. q.2. art.4. n.82.* vix fatetur Regem ſuum recuſaſſe judicium (cùm notorium ſit, & ſui ipſi relati narrent,) ſed ſuppoſito quod recuſaſſet, eum excuſat hunc ponens titulum: *Comitiis generalibus Luſitaniæ aliàs competere in quæſtionibus de Regno diffinire, in præſenti non item*; *Pontifex illegitimus judex*; *Henricus Rex, non competens, quia pars.* Jam fatetur comitiis generalibus regulariter competere de Regno diffinire, ut præpoſui *n.12*; modò videamus cur particulariter dicat: *in præſenti non item*? reſpondet *d. n.82. verſ. demus*, Luſitanos judices ſuſpectos eſſe peregrinis ad Coronam aſpirantibus, juſteque timeri 17

meri ne *Luſitanum Regem præponerent injurii peregrino*; at nonne hic eſt idem ille Caramuel qui *ſup. lib.*1. *cap.*12. *ex n.*25, conſtanter affirmabat Philippum 2, imò & Carolum ejus patrem fuiſſe Luſitanos veriſſimos? quomodo ergo jam vocat Philippum non Luſitanum, peregrinum? tam ſubitò corvus qui modò cycnus eras? ſunt Caramuelicæ transformationes; procedamus ad punctum, dicendo, conſiderationem talis ſuſpicionis vanam eſſe, ſi namque foret momentanea, rariſſimè generalia comitia poſſent exercere juriſdictionem quam Caramuel eis fatetur; etenim rariſſimè aſpirantes ad Coronam ſunt nati in eodem Regno, cùm plerumque Principes matrimonia contrahant cum aliis Principibus externis, unde in exemplis relatis *n.*12. candidati peregrini non recuſarunt judicium comitiorũ, cùm tamen in illo Aragoniæ, Violanta, Eliſabetha, ac Jacobus Aragonenſes cũ Ferdinando Caſtellano concurrerent. Proſequitur Caramuel: *Pontifex illegitimus judex*; ita quidem, ut dixi *n.* 11; addit: *Henricus Rex, non competens, quia pars*; ſed hoc dicit non reſpectu Philippi, at ſolùm reſpectu Antonii (qui etiam agebat,) *n.*84. ibi: *Quia probato legitimo ſuorum parentum matrimonio, debuiſſet in Antonii opinione deponi ſtatim ipſiſſimus Cardinalis Rex*; conſtat ergo nec adverſus comitia, nec adverſus Henricum, ullam fuiſſe cauſam recuſationis; neque Philippus ullam declaravit; cur igitur recuſavit illud judicium? ipſius hiſtoricus Cabrera nobis reſpondet verbis quæ retuli *lib.*1. *cap. ult. n.*5; & iterùm eum *lib.*12. *cap.*17. latiùs audiamus.

Vide Advocatum Regis Caſtellæ ſibi contrarium.

Erat Rex Henricus judex competens in cauſâ; & quamvis D. Philippus eum talem nolet agnoſcere, nihilominùs eſſet;

quia

quia juriſdictio, quæ ejus erat, non pendebat à facultate partium; ſi ergo competens judex cauſam judicabat, præſumebat lex ſententiam veritate, ac juſtitiâ fundari; & non obſtante contrariâ opinione, eſt ita potens legis præſumptio pro ſententiâ, ut non admittat probationem in contrarium; unde ſequebatur, quod ſi D. Henricus nominaret alium ſucceſſorem, quàm Regem Catholicum, vel deputaret judices qui nominarent, omnis ejus juſtitia non ſufficeret, ut poſſet movere juſtum bellum; atque ita remaneret ſine ſucceſſione, nec poſſet eam juſtè occupare authoritate Regiâ, & vi; quod periculum vitabat recuſando Regem Cardinalem.

O ingens veritatis vis! fatetur itaque judicium fuiſſe legitimum; ad excuſandam ejus recuſationem ſolicitus rationem quærit, nullam tamen invenit, niſi, quam eum non pudet declarare, voluiſſe fugere contrariæ ſententiæ periculum; ſanè hoc idem eſt in omnibus judiciis, quorum omnium dubius eſt eventus, *l. quod debetur* 51, *ubi Bart; cum aliis ibi cumulatis à glosâ margin. ff. de pecul; gloſa ordinar. in l.* 1. *verbo: dicentur, ff. de dolo malo; notant omnes per tx. ibi in l.* 1. *ff. de tranſact*; & tamen judicia fugere, & res vi capere nemini licet niſi ex jure Machiavellico; verùm hoc uti voluiſſe Philippum nobis narrat idem ſuus hiſtoricus, verbis quæ retulimus *d. cap. ult. n.* 5. & pudet referre iterùm; oſtenditque *ipſe Cabrera d. lib.* 12. *cap.* 19, & *Conneſtag. d. lib.* 3. *in fine*, ſcribentes Regem illum reſolviſſe nil certi reſpondere Summo Pontifici, interventionem offerenti ad pacificam concordiam, vel juſtum judicium; ambitio enim nil cogitabat præter vim.

Peccavit. Ex eâ infallibili obligatione agnoſcendi legitimum judicium, affirmant omnes Theologi Philippum ſuppoſitâ 18

de

de jure partium controverſiâ quæ negari non poteſt ex dictis *ſuperiori libro*, totum ſine judicio occupando, peccaſſe, & ſe feciſſe poſſeſſorem malæ fidei; notetur quæſo quàm expreſsè Doctores in materiâ loquantur.

Bonacina *tract. moral. tom.2. de reſtit. in particulari diſp. 2. q. ult. ſect.1. puncto ult.* §.2. *n.*8; ait ita: *Quando verò res à neutrâ parte poſſidetur, & quando controvertitur, quis nam mortuo Rege debeat in Regno ſuccedere; dubiumque eſt cui nam de jure contingat Regnum, neutra pars poteſt arma capere ad occupandum totum Regnum.*

Fillucius *Moral. quæſt. tom.* 2. *tract.*29. *cap.*9. *n.*184; ita inquit: *Quando dubium eſſet inter duos Principes quis eorum legitimus ſucceſſor eſſet in aliquo regno; primò ſi unus eſt in poſſeſſione, &c. -- ſecundò, ſi neuter in poſſeſſione ſit* (qui eſt noſter caſus) *& jus ſuccedendi æqualiter eſt dubium, neutri licet bello occupare, quia periculo ſe exponeret uſurpandi, & juſtum eſſet bellum ex utrâque parte, ſecluſâ ignorantiâ, quod abſurdum reputatur.*

Valentia *tom.*3. *comment. theol. in* 2. 2. *diſp.*3. *q.*16. *de bello, puncto* 2. *verſ. ſi autem,* ſic dicit: *Si autem res in neutrius adhuc partis ſit poſſeſſione (ut ſi controverſia eſſet de jure hæreditario ad regnum aliquod mortuo Rege,) tunc, in dubio quidem, neutra pars poſſet alteram oppugnare pro obtinendâ re totâ.*

Diana, *reſolut. moral. p.*4. *tract.*3. *de conſcientiâ dubiâ, reſolut.*50; reſolvit: *Si verò res, de quâ dubium eſt, à neutrâ parte poſſideatur, non licet inferre bellum pro habendâ re totâ, quia eſt contra æquitatem*; proſequitur quod tunc poterit uti armis quando adverſarius nolit conſentire in aliquo medio pacifico pro reſolvendo, vel accommodando

dubio; in noſtro verò caſu Bragantiæ Dux volebat pacificè ſtare judicio, ut fatentur contrarii.

Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.21. cap.8. ſect.1. n.89. verſ. quinta,* idem tenens dat rationem, *cùm enim bellum ſit ultimum, & extremum remedium adverſus illatas injurias, antequam ipſum adhibeatur, omnia ſunt priùs tentanda.*

Vaſquez *in 2. 2. q.19. art.6. diſp.64. cap.3.* omnium meliùs tractans, poſt relata fundamenta quæ Caſtellani allegare poſſunt, *n.11*; ſcribit: *Hæc tamen doctrina mihi nunquam placere potuit, imò verò ſemper exiſtimavi nil probabilitatis habere; nec in parvam Reipublicæ Chriſtianæ pernitiem, & detrimentum fuiſſe; ut inferiùs patebit:* & *n.13.* concludit: *Si cauſa utriuſque Principis litigioſa ſit, & utrinque probabilis, non poſſe unum Principem in alterum bellum movere, etiam ſi ei videatur jus ſuum quod habet ad regnum probabilius, quàm jus alterius; ſic oſtenditur; omnis controverſia quæ inter opiniones verſatur circa jus aliquod, non potentiâ, & armis, ſed judicio dirimenda eſt; barbarorum enim mos videtur* (videant Caſtellani) *melius jus regnandi in potentioribus armis conſtituere.*

Becanus *de actib. ſupernat. tract. de charit. diſp.31. de bello, dubio 4. n.71. verſ. unde,* affirmat, utráque parte putante ſe habere juſtitiam, *Utramque debere ſibi perſuadere, poſſe contingere, ſe non minùs in eâ re poſſe decipi, quam illam, atque ita eas teneri, aut inter ſe componere, ac ſi utriuſque cauſa eſſet probabilis, aut arbitros neutri parti ſuſpectos admittere.*

Suarez *in tom. de fide, ſpe, & char. tract.3. de char. diſp. 13. de bello, ſect.6. n.5.* adverſus dicentes in cauſis talium Principum non dari judices, ſic ratiotionatur; *Impoſſibile*

eſt

eſt authorem naturæ in eo diſcrimine reliquiſſe res humanas, quæ frequentiùs conjecturis potiùs quàm certâ ratione reguntur, ut omnes lites inter Principes ſupremos, & Reſpublicas non niſi per bellum terminari debeant: eſt enim id contra prudentiam, ac bonum commune generis humani: ergo contra juſtitiam. Præterquàm quod jam regulariter ii haberent maius jus, qui potentiores eſſent, atque adeo ex armis eſſet metiendum, quod barbarum, & abſurdum ſatis apparet.

Salas *in* 1. 2. *tract.* 8. *diſp. un. ſect.*15. *n.*123. approbat Vaſquez (jam à nobis citatum) reprobantem contraria fundamenta, & dicentem, judicio negotium fore dirimendum.

Sanchez *tom.*1. *in præcepta de cal. lib.*1. *cap.*9. *n.*36. remittit deciſionem quæſtionis ad Vaſquez, & Salas citatis locis, atque ita etiam pro nobis eſt.

Azor *tom.*3. *lib.*2. *cap.*7. *dubio* 5. eundem armorum uſum denegat talibus Principibus aſpirantibus ad ſucceſſionem, & ait, judicio arbitrorum, vel alio litem decidendam.

Lorca *in* 2. 2. *ſect.*3. *de charit. diſp.*53. doctrinam ſupradictorum ſequens non ſolùm inquit regnum debere judicare, ſed addit quod in dubio poteſt *ad electionem regni remitti deciſio.*

Perez *in Laureâ Salmantinâ certam.*10. *ſchol. n.*104. *in fine, & n.*109; latè proſequitur idem.

Monteſinus *tom.*1. *in.* 1. 2. *diſp.*29. *q.*5. §.6. *à n.*222. totum confirmat.

Sá *verbo: bellum, n.*8. idem defendit, & ſecurè affirmat.

Relati allegant Sylvium, Bannez, Victoriam, & plures alios.

Cardinalis Tuſcus (ut unum juriſtam pro infinitis con-

cordantibus breviter adducamus) *in pract. concl. lit. B. concl.* 34. *n.* 23. ſic habet: *Extende hanc ampliationem, ut procedat, etiam ſi tam inferens, quàm is cui infertur bellum non recognoſcant ſuperiorem, quando ille cui infertur offert ſe paratum ſtare velle juri; quia bellum non poteſt etiam ex causâ juſtâ contra talem indici; Calderin. conſ.* 95. *n.* 6. *col. fin. verſ. ſed ille contra quem.*

Ex quibus patet vel nullos, vel malos fuiſſe Theologos qui contra conſulerunt Philippum, ut ejus Advocati referunt; nimiâque paſſione, vel reſpectu, ejus factum approbaſſe poſtea Caſtellanum P. Molinam, (authorem aliàs gravem) *tom.* 1. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 103. *n.* 14. loquendo ſine textu, ſine autore, & ſine ratione; unicam enim affert, quod ſcilicet Philippus, quia Rex Caſtellæ, non ſubjiceretur Luſitaniæ legibus; indignam ſanè tanto viro; debuiſſet enim advertere, quod quamvis Princeps unius regni, non ſubjiciatur legibus alterius ratione perſonæ, ſubjicitur tamen ratione rei de quâ eſt lis, quæ dirimenda eſt per leges Regni; ut, inter alios ſupra citatos, expreſſiùs notavit *Vaſquez ſup. n.* 19. *verſ. deinde, & Perez optimè d. n.* 109. unde lippis, & tonſoribus eſt notum quod ſi Rex Caſtellæ per procuratorem moveat litem in Galliâ de re apud Gallos ſitâ, rectè judicabitur per Galliæ leges, quemadmodum quilibet Gallus pauperrimus; quinimò, in fortiori caſu, eſt melior doctrina, quod Rex poſſidens diverſa regna diſtinctè, v.g. Rex Magnæ Britanniæ qui poſſidet Angliam, & Scotiam in Coronis ſeparatis, ſi litiget in Scotiâ, ex contractu, vel re pertinente ad Coronam Angliæ, non gaudebit legibus faventibus Principi in tacitis hypothecis, & ſimilibus; quia talis repræſentat perſonas duorum Regum;

&

& Rex Angliæ non eſt Rex Scotiæ, (nec ex diverſo) ut ibi in re Angliæ utatur jure Principis. *P*lanè ſi ratio Molinæ eſt bona, ex eâ ſequitur, quod ego etiam, (vel quilibet) circa rem ad quam jus habeo in Galliâ potero vi uti non expectato judicio, quod eſt abſurdum; probatur conſequentia, nam ego Luſitanus extra Galliam, ita ſum exemptus à legibus Galliæ, ſicut Philippus Rex Caſtellæ à legibus Luſitaniæ, nec dabit rationem differentiæ tota Molinæ ſubtilitas; nam, ſine jure ſucceſſionis, Philippus non maiorem habebat Principatum in Luſitaniâ, quam ego in Galliâ; ſi verò jus ſucceſſionis conſideretur, jam *n*.7. oſtendi ante coronationem, vel aliam ceremoniam non tribuere jus Principis; ergo quod Molina dicit, *miratuſque ſum multos contrarium aſſeruiſſe*, converti debet adverſus illum; eſt etenim mirabile, quod ſolus contra *multos* quos fatetur, & quidem graviſſimos ut vidimus, pauciſſimis verbis illud velit firmare, ſine aliâ authoritate quàm ſui ipſius, ſeu nimiæ affectionis proprii Regis, in quo qui de juſtitiâ compoſuit, non rectum nobis præſtat exemplum, judicandi contra communem opinionem abſque fundamento ex ſolâ paſſione, vel reſpectu Principis; niſi ad excuſandum ſcriptorem, quem veneror, dicamus, voluiſſe ſuſtinere poſt factum quod ante factum non conſuluiſſet, ut aliquando fit, ſecundùm ea quæ Surd. *deciſ*.50. *n*. 5; *& deciſ*.58. *n*.3. *verſ. quæ ſententia, lib*.1; at certè, mala faciliùs patrantur, quàm defenduntur.

Verumtamen adhuc Molinæ opinio condemnat Philippum; quæſtionis namque reſolutionem remittit *ad n*.11; ubi dixerat quod priuſquam deveniatur ad arma debent convenire, & de causâ diſputare ſimul utriuſque partis

Doctores,

Doctores, aliaque agere, quorum nullum Philippus egit, ſed ex abrupto uſus eſt vi.

Commiſit attentatum.

Probavi Philippum eo modo graviſſimè peccaſſe in foro interiori; addo commiſiſſe attentatũ in exteriori foro, innovando (per occupationem) in causâ ad quam (*ut ſup. n.*16.) citatus fuerat; *clement. ult. ut lite pendente, & ibi gloſa* 1; ac proinde (non tantùm per leges Luſitaniæ quas nonvult agnoſcere, ſed & per leges communes) quod innovavit deberet, ſine libello, in priſtinum reponi ſtatum ex mero judicis officio; *cap. cum M. in fine de conſtit. cum multis citatis à glosâ ibi verbo: poſt motam quæſtionem; benè d. gloſ.*1. *in d. clement. ult. quæ item allegat alia; toti tituli ut lite pendente, in Decretalibus, & Codice; ubi omnes D D; facit l. ſi fundum* 17. *C. de rei vindic; & latiſſimè agit Lancellotus in integro tract. de attentatis.* 19

Amitteret jus, ſi haberet, ſed, quia non habebat, amiſit æſtimationem

Sed dico plus, quod vi capiendo ſine judicio amitteret jus, ſi jus haberet; ſed, quia jus non habebat, amiſit æſtimationem ipſius, pro vero domino, eſt tx. *in l. ſi quis in tantam* 7. *C. unde vi,* quem in immobilibus etiam procedere declarat tx. *in* §. 1. *in fine Inſt. de vi bon. rapt; & notat in eâdem l. gloſa ult. ante med. in* 2. *quæſt. verſ. quæro igitur;* item procedere in re à nemine poſſeſsâ (ut dicetur fuiſſe tunc Luſitaniam) diſponit tx. *in l. cum quærebatur* 11. *C. illo tit; junctâ glosâ ibi, verbo: vacuam, ad med. verſ. ſed quo jure? tu dic;* imò D. Catharina civiliſſimam poſſeſſionem habebat, ut dicam *lib.*3. *cap.*5; quâ propter etiam Theologi ex hoc capite poteſtatem tribuunt in conſcientiâ sereniſſimo JOANNI IV, occupandi totum Regnum, quamvis aliàs non haberet tantum jus quantum abundans clariſſimè vidimus *præcedenti libro*; ut conſtat ex omnibus 20

citatis

citatis hîc *n.* 18, & particulariùs Pater Suarez *d. ſect. 6. n. 4. ad fin.* ibi: *Quod ſi unus tentaret rem totam occupare, aliumque excludere* (id eſt ab occupando, loquitur enim quando res à nullo poſſidetur,) *hoc ipſo injuriam alteri faceret, quam poſſet juſtè repellere, & eo titulo juſti belli, rem totam occupare.* In idem ſunt Azor, Fillucius, & cæteri allegati.

21 Senſit difficultatem Philippus; eâ propter, poſt Henrici obitum, Luſitaniæ gubernatoribus, ob populi tumultum pro Antonio, in Caſtellam fugientibus, ibi extorſit à quibuſdam eorum quam vocat ſententiam, quâ illum Regni ſucceſſorem, ut refert, judicarunt; ipſiuſque Advocati non verentur talem ſententiam allegare; Deus bone! nonne Philippus, nonne iſti ſunt iidem, qui negabant cauſam alicui pertinere judici, niſi ipſi Philippo tanquam ſupremo Principi? cur igitur, jam fatentes ad Luſitanos pertinuiſſe judicium, ab eis quærunt ſententiam, & de ſententiâ gloriantur? in promptu eſt reſponſio: nolebant judicem liberum qui miniſtraret juſtitiam, volunt proprium ſervum qui miniſtret ipſorum voluntati; ergo Caſtellanorum vincula dederunt judicibus juriſdictionem quam non habebant; certè hæc ſunt jura Caſtellana, & rectè Marcus Tull. 2. *in Verr.* dixit: *Sunt homines quos infamiæ ſuæ, neque pudeat, neque tædeat.* *Philippenſes allegant ſententiam.* *Nota contrarietatem Caſtellani Regis.*

22 Pro honore Catholici Principis hæc tacenda; at cogor reſpondere; ſui publicarunt; omiſsâ jam notatâ ſervitute in quâ erant appellati judices ne liberè judicare poſſent, quo timore pervertitur judicium, *clem.* 1. § 1, *cum aliis ibi per gloſ. verbo: amore, de hæret*; aliis modis reſpondetur; I. Quòd, ex ſententiâ Caſtellanorum qui tunc partes Philippi agebant, illi gubernatores nominati à Rege Henrico *Res indigna allegatu.*

nullam

nullam poſt mortem ejus habebant poteſtatem; audiamus Conneſtagium Philippi ſcriptorem *in unione Portug. lib. 3. ad med*; poſtquam dixit Henricum nominaſſe gubernatores, ac judices in caſum mortis, proſequitur: *Quod reputatum fuit, præcipuè à Caſtellanis, errorem ſubſtantialem fuiſſe, Rex etenim oſtendebat ſe ignorare Regiam juriſdictionem finiri cum vitâ, & per illam nominationem volebat regnare poſt mortem; cujus rei illi habebant domeſticum exemplum Eliſabethæ Caſtellæ Reginæ, quæ fruſtra legem præſcripſit regimini Regni poſt mortem ſuam.* Simile nuper exemplum vidimus in Galliâ ubi Chriſtianiſſimus Rex Ludovicus 13 meritò appellatus *Juſtus*, Gubernatricem reliquit Chriſtianiſſimam Reginam Annam cum certo immutabili Principum, & procerum conſilio, durante minori ætate Chriſtianiſſimi Ludovici 14 filii ejus; quam tamen diſpoſitionem Parlamentum anullavit, ſublatoque conſilio, regimen dedit eidem Reginæ, cujus prudentia clarè probat quantâ proceſſerit Parlamentum; item aliud habuimus olim in Luſitaniâ, cujus regimen Eduardus Rex reliquit Eleonoræ uxori dum minor eſſet Alphonſus filius; quâ tamen privatâ per generales ſtatus, Regnum regit Petrus defuncti Regis frater. Scio fundamentum hoc pati dubia, maximè cùm gubernatores de quibus agimus fuerint nominati interventu generalium comitiorum, *ut ſup. n.* 15, liceat tamen convincere Caſtellanos ſuâ ipſorum ſententiâ.

II. Suppoſitâ legitimâ nominatione gubernatorum in caſum mortis Regis Henrici, illi (ex ordine generalium comitiorum quæ præcipua in præſenti caſu, *ut ſup. n.* 12,) non fuerant nominati ad judicandum, ſed ſolùm ad guber- 23

nandum

naridum Regnum, dum non decideretur lis; pro quâ judicandâ alii undecim Judices fuerunt nominati, ut narravi *ſup. n.*15. ex teſtimonio Conneſtagii pro Caſtellano ſcriptoris; ergo tales gubernatores ultra juris dictionem judicando, nil fecerunt, *l. ult. in fine ff. de juriſd. omn. jud*; *l. certâ ratione* 5. *C. quando provoc. non eſt nec*; *& ibi Jac. de Butr*; *Bald*; *& Paul. de Caſtr.*

24 III. Iterùm ſuppoſito, quod judicare poſſent, eorum territorium erat ſola Luſitania, & ejus dictiones, *arg. l. pupillus* 239. §. *territorium, de verb. ſign*; atqui illi judicarunt (ut vocant) in oppido *Ayamonte* Regni Caſtellæ, (quod cùm ſit notorium non eget aliâ probatione, quàm allegari, *l. ea quidem* 7. *C. de accuſat*; *gloſ. pen. in fine in l. cives* 11. *C. de appell*; *& in l. ſi vero* 5. §. 1. *verbo: evidentiſſimè, ubi alia jura citat, ff. qui ſatis dare cog*; *Jaſ. in l. ex quocumque n.* 36. *ff. ſi quis in jus voc*; *Corſet. in ſingulari, notorium.*) Ergo quod egerunt nil valuit, *d. l. ult. in princ. de juriſd. omn. jud*; *ubi gloſa, verbo: non paretur, ad med*; *& ibi DD. ac in l. fin. per tx. ibi de off. Præf. urb.* Caſtellani fingunt gubernatores ex Caſtellâ veniſſe in proximiorem locum Luſitaniæ, ut in eo pronuntiarent, & rediiſſe in Caſtellam ſtatim; miror quod non fingant reproductionem perſonarum; ſed quid fictio contra veritatem? fingentis opprobrium; aliam quærant viam, nam quod dicimus eſt plus notorium quàm ut poſſit negari.

25 IV. Etiam ſi pronuntiaſſent intra territorium, feciſſent nulliter, ex eo quod pluribus judicibus ad cauſam ſimpliciter nominatis, omnes ſimul judicato debent intervenire ſub nullitatis pœnâ, *l. duo ex tribus* 39, *ubi Bart*; *de re jud*; *l. ſicuti* 18, *aliàs* 19, *ubi gloſa, verbo: omnes, de re-*

cept. arbitr; *probat cap. uno* 42, *ubi gloſa multa conducit, de off. de leg*; *ſupponunt txs, glôſ*; *ac DD. in cap. ſuper quæſtionum* 27. §. *ſi verò duo, & cap. coram* 34. *ad fin. eodem tit*; atqui ex quinque gubernatoribus nominatis (*ut ſup. n.*15.) ſoli tres pronuntiarunt, aliis abſentibus, ut eſt notorium, ergo invalidè. Fuertes Biota Caſtellani Advocatus *in* 26
*Antimanif. art.*1. *ex pag.*9. hoc agnoſcit; ſed loca diſtinguens, ac tempora computans præſumendum inquit omnes adfuiſſe, quaſi ſufficerent præſumptiones, quamvis meliores; ait: *Quis credet quod duo diſceſſerint ab officio priuſquam intentionem declaraſſent? quis ſuadebitur tres deliberaſſe de ita gravi re, ni duorum vota habuiſſent?* Quis, inquam, credet huic Authori adverſus patentem veritatem? quis ſuadebitur imaginationibus in negotio ita gravi? ſed eſto (ut ſomniat) habuerint tres vota duorum à parte ante, ni pronuntiando adeſſent omnes, eadem nullitas militabat, juxta jura citata, non tam conſenſum, quàm præſentiam deſiderantia; & meritò, nam qui heri fuerunt in unâ opinione, hodiè poterunt eſſe in aliâ, cùm dies diei eructet verbum, & nox nocti indicet ſcientiam, *Pſalm.*18. *verſ.*2.
Proſequitur, quod duo fortè nolentes dicere pro Philippo 27
(credo) receſſerant videndo ſe victos à maiori parte, hancque abſentiam affectatam non impediiſſe alios poſſe judicare; pro quo allegat *cap. cum plures, & ibi gloſ. de off. del. in*6; at cæcutit qui non videt tx. loqui de judicibus cum clauſulâ: quod ſi non omnes; ut ibi: *Cùm plures ſub illâ formâ, ut omnes, aut duo, vel unus eorum mandatum Apoſtolicum exequantur; aut aliâ conſimili, &c*; noſtri verò ſimpliciter fuerunt nominati, ideò maior pars nil agebat abſente uno, licet contrariæ opinionis, *quoniam potuit præ-*

ſentia

ſentia ejus, trahere eos in ejus ſententiam, ait *l. item ſi unus* 17.
28 *§. fin; aliàs l. ſi in tres de recept. arbitr.* Addit interpretari poſſe duos per abſentiã voluiſſe proteſtari ſibi de causâ non liquere, quo caſu alii poterant judicare, *ut in l. Pomponius* 36, *aliàs l. ſi uni, & gloſa ibi, de re jud*; ſed iterùm cæcutit non videns ipſam gloſam, *verbo: proferre*, declarare textum de judicibus ordinariis, vel delegatis ad univerſitatem cauſarum, *Secus* (ait) *in pluribus delegatis ad unam, vel ad certas cauſas*, quales noſtri eſſent; imò quamvis tx. procederet in omnibus, non debuiſſent oſtendere per conjecturas (ut Caſtellanus vult) ſibi non liquere de causâ, ſed hoc ita debuiſſent exprimere, ut etiam debuiſſent jurare, juxta tx; ibi: *ſi is juraverit ſibi non liquere*, ubi confirmat gloſa *Cujacii.* Profectò ſi Doctor iſte Caſtellanus hoc modo interpretabatur txs in Bononienſi Academiâ, parùm ei debent ſcholaſtici.

29 V. Quamvis aliæ nullitates deficerent, ſuppoſito quod Philippus recuſaverat illud judicium, *ut ſup. n.* 16, *& iterùm fatetur Biota d. art.* 1. *pag.* 14. *in princ*; gubernatores judicarunt ſine illius libello, & petitione, quod judices non poſſunt facere, *gloſa* 1. *ad med. in l.* 4. *C. de ſent. & interl. Bald. in l. ut fundus* 18. *ff. commun. divid*; *Jaſ. in l. vinum n.* 23. *ff. ſi cert. pet*; *Tuſc. lit. l. concl.* 398. *n.* 14, *&* 20; tam quia ſententia fundatur in libello, cui debet eſſet conformis, *ut advertit Bald. d. loco*, quàm quia ſuper non petito non fuit lis conteſtata, & ſine litis conteſtatione ſententia non valet, *ut ratiotinatur Jaſ. allegatus*; in tantum, ut ſi petitio ſit de uno probatio de alio, non poſſit judex pronuntiare ſecundùm probata (ex notatis rationibus,) ſed debeat Reum abſolvere ab obſervatione judicii, *ut Tuſc. ſu-*

pra ait, dixi *in tract. Perfect. Doctor qualit.* 23. *n.* 35. Si verò Philippus, poſtquam judices penes ſe habuit, libellum obtulit (quod, propter confuſionem, & temporis brevitatem, eſt incredibile,) debuiſſent partibus copiam illius dare ut contra illum defenderent jus ſuum, *ad tx. in cap.* 1. *in fin. de cauſ. poſſ. & propr*; *optimè Tuſc. lit. S. concl.* 135. *n.* 2; & prolata ſententia adverſus hunc ſolitum judiciorum ordinem nulla eſt, *l. prolatam* 4. *ubi gloſa, Bart*; *Bald*; *Caſtr*; *& omnes, C. de ſent. & interloc*; quod extenditur etiam ſi non ſerveratur ordo in minùs ſubſtantialibus, *ut notatur in cap. exbibita* 19. *de judic.* 30

Inſtantia Caſtellanorum.

Pro vitandis tot defectibus in juriſdictione judicum, 31
tot nullitatibus in vocatâ ſententiâ, tentat d. Biota *eo art.* 1. *pag.* 13. gubernatores nòn judicaſſe, ſed publicaſſe ſententiam Regis Henrici, qui vivus in favorem Philippi ſe declaraverat; &, ob dignitatis eminentiam, poterat per alios ſententiam recitare, *juxta l.* 2. *C. de ſent. ex per. recit.*

Sine ullo fundamento.

Sed I. falsò dicit Henricum ſe declaraſſe (niſi in favo- 32
rem ſereniſſimæ Catharinæ, *ut ſupra lib.* 1. *cap. ult. n.* 13.) nam ipſe Philippi hiſtoricus Conneſtag. *lib.* 4. *ad med.* narrat gubernatores requiſitos à Regni ſtatibus de diſpoſitione defuncti Regis circa ſucceſſionem, oſtendiſſe tantummodò ejus teſtamentum, cujus refert clauſulam dicentem nil manere declaratum, ſed judicandum fore. II. Si Ca- 33
ſtellani dicunt poſtea declaraſſe, debuit eſſe per ſententiam, *juxta dicta ſupra n.* 15, & 16, ſententiam verò debebat pronuntiare in ſcriptis, aliàs nulla eſſet, *ut eſt tx. in d. l.* 2. (quam Caſtellanus non totam legit) ibi: *ſcriptaſque ex libello partibus legant, & in l.* 3. *ibi: nec nomen quidem ſententiæ habere mereatur, C. de ſent. ex per. recit*; *& utrobique gloſ*;

gloſ; ac Bald; cap. & ſi 5. & ibi omnes, de ſent. & re jud. in 6; ſi igitur gubernatores nil egerunt niſi publicare ſententiam Henrici, publicarunt quod nullum erat, niſi Caſtel-
34 lani oſtendant Henrici ſententiam in ſcriptis. III. Nunquam potuiſſet judicare pro Philippo qui in proceſſu non allegaverat de jure ſuo, ſed ſolùm pro uno ex aliis qui liti-
35 gabant, *ut ſup. n. 29.* IV. Sententia Henrici non publicata eo vivente ad nihilum reducebatur, eſt enim publicatio pars ſententiæ fienda per ipſum judicem, *l. 3. cum gloſ. 1. C. de ſent. ex per. rec; d. cap. & ſi de ſent. & re jud. lib. 6*, & quando, ex causâ aliquâ, fit ab alio, *ut in his juribus, & l. 2. C. illo tit*, fit nomine judicis ejus delegatione, ſeu mandato, *cap. cum ab uno 5, ibi: mandantibus, de ſent. & re jud. in 6, ac alii textus relati*; quæ delegatio morte mandantis, (re integrâ) expirat; *juxta tx. in cap. ſi delegatus 7. de off. deleg. in 6. l. & quia 5. ubi bonæ gloſæ ff. de juriſd. omn. jud; gloſa, verbo: ignoraſſent, in l. ejus qui in provinciâ 41. ff. ſi cert. pet*; atque ita cùm Henricus deceſſiſſet ante perfectam ſententiam (quam tamen cum Caſtellanis falsò ſupponimus) nunquam illa poſſet ab aliis publicari, ſeu recitari, imò negotium pertineret ad judices nominatos in caſum quo Rex vivens cauſam non decideret, *ut ſup. n. 15.*

36 Concluditur ergo eſſe rem pudendam pro Caſtellanis de ſententiâ loqui, quinimò, quamvis foret ſententia, jam ante illam Philippus jus (quod ſomniat) amiſerat vi utendo; ſuus enim Conneſtag. *lib. 4. poſt med*; & cæteri narrant ante vocatam ſententiam, miſiſſe exercitum in confinia Luſitaniæ, *cum reſolutione capiendi poſſeſſionem per arma, ni illi gratuitò donaretur*; unde convincitur Biota *d. art. 1. pag. 8.* *Concluſio*

*pag.*8.lepidè inquiens,exercitum non veniſſe ad faciendam violentiam, ſed ad ſecurandos judices in libertate; at quamvis Conneſtagius veritatem rei hujus non oſtenderet, tota Europa novit Caſtellanorum animum in occaſionibus ſimilibus; & qualis fuerit in præſenti dixerunt *Guillielm. Camden. in hiſt. Eliſabethæ Reg. Angliæ* 2. *p. ann.* 1578; *& R. B. in eâdem eodem anno*, narrantes, quod cùm Philippus,interventione Summi Pontificis,religionis titulo paraſſet exercitus contra Eliſabetham Angliæ Reginam, viſâ Sebaſtiani fortunâ, eos *reſervavit ut Luſitaniam illico apprehenderet; adeoque fixus erat in hoc, ut non poſſet ſuaderi ad cogitandum ampliùs de Angliâ, quamvis importunè à diverſis impelleretur, & Papa promitteret partem patrimonii Sancti Petri, ut expenderetur in hoc, tanquam in bello ſacro.* Neque hoc latuit Summum Pontificem, qui per Nuntium ſuum ſignificavit Philippo, ſe penetrare ejus intentionem, ut refert Conneſtag. *d. lib.*3. *propè finem.*

CAPVT II.

Philippus 2 amiſit jus (falsò ſuppoſitum) ex injuſtis mediis occupandi, & detinendi Luſitaniam.

MIra quidem, ſed vera dicam; tacenda fortè, at cogit occaſio, neque Authores pudebit audire quæ non dubitarunt facere. Si Philippus jus haberet, imprimis amitteret illud ex iniquis mediis occupandi Luſitaniam; En illa: 1

I. Inſidiatus

2 I. Inſidiatus eſt vitæ Regis Sebaſtiani; veneno ejus mortem procuraſſe ſuadentur multi ex relationibus quas typis mandavit Antonius Perez Secretarius Status, & intimus Miniſter ipſius Caſtellani; narrat traductor antiquus Libert. Portug. *pag.* 143. *in ult. impreſſ.* & aliqualiter confirmat ille Caramuel *in reſp. ad Manifeſt. Luſit. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 29, inquiens: *Prudens Philippus habuit prætentionem ad Coronam Luſitanam etiam vivente Rege Sebaſtiano*; neque de aliâ prætentione vel diligentiâ Caſtellani notitiam habemus niſi de relatâ. Verumtamen hoc, quia non probatum, omittens, aliò tendo; Sebaſtiano inquam expeditionem in Africam adverſus Sarracenos præparanti, *Philippus promiſit quinque militum millia, & triremes quinquaginta; quod poſtea non dedit; imò convenit cum Mulei Maluco* (Sarracenorum Rege) *per contractum celebratum cum illo de dereliquendo prorſus miſerum Regem; pro quo Sarracenus ei promiſit quaſdam villas in Barbariâ; — & quod plus eſt probibuit per edictum publicum quemquam ex ſubditis ſuis ſequi in expeditione Luſitanum.* Sic narrat antiquus Author *Libertatis Portugal. pag.* 91, & 92. *in ult. impreſſione anni* 1641; idem narrat *liber explanationis juris D. Antonii pro Coronâ Luſitaniæ pag. mihi* 4, addens: *Sunt etiã qui affirmant in perulâ Regis Maluci* (defuncti in prœlio) *inventã fuiſſe Philippi Regis epiſtolã, quâ ei promittebat Sebaſtianũ nullũ ab eo auxiliũ habiturũ; unde apparet magna fallatia, & infidelitas Regis Philippi contra propriũ ſanguinẽ*; hæc, quæ Caſtellani vocabunt inimicorũ calumnias, comprobantur ex Conneſtagio (qui ſcripſit pro Philippo ipſius juſſu) *in union. Portug. lib.* 2. *ante med.* ibi: *Tunc pervenit ad exercitum Capitaneus Franciſcus d'Aldana, qui promiſerat Regi* (Sebaſtiano) *venire ad ejus ſervitium, ſoluſque à Rege*

1 Mediũ injuſtum Philippi 2 pro occupandâ Luſitaniâ

3

Rege Catholico habuit permiſſionem, quam nullus alius obtinere potuit; Certè non prohiberet Chriſtianus milites ire pro Chriſtiano Principe contra Sarracenos, ni cum iſtorum Rege conveniſſet, ut ſupracitati referunt; confirmat omnia demonſtratio gratitudinis Maluci fratris, in Regno ſucceſſoris, Philippo concedens gratis primogenitum Ducis Bragantiæ in prœlio captum, alioſque favores circa redemptionem Nobilium Luſitanorum qui ſimul capti fuerant, quos Caſtellanus obligare voluit agendo de libertate eorum, pro pecuniis tamen Luſitaniæ.

Planè nulli dubium erit defectum quinque mill. homi- 4
num, ac quinquaginta triremium promiſſorum, fuiſſe maximum in occaſione illâ, ac forſitan cauſam cladis Regis, qui (ut eſt probabile) ni confideret in verbo Caſtellani, non iret ad prœlium, vel ſaltem augeret ex ſuis copias militum; quo ſuppoſito intrant regulæ, quod ſiquidem dedit cauſam morti defuncti non poterit ejus habere hæreditatem, *l.* 3. *ff. de his quib. ut indign*; *l. ſororem* 10, *ibi: neque dolo malo tuo maritum necatum, C. eod*; *gloſa, verbo: pertinere, in l. his conſequenter* 18. §. 1. *ff. famil. erc.* quod procedit quoque in ſucceſſione maioratuũ delatorum jure hæreditario, *ut probat Molin. de primogen. lib.*1. *cap.*9. *n.*24; & à fortiori in regno quod plurimum habet hæreditatis, *ut ſup. lib.*1. *cap.*5. *ex n.*12; quâpropter in eo militant exhæredationes ordinariæ, *ut ibidem n.*17. Nec replicari pote- 5
rit Philippum non ſucceſſiſſe Sebaſtiano, ſed Henrico ultimo poſſeſſori; *ut d. n.*12; nam reſpondetur, quod, cùm Sebaſtiano nullus extaret indubitatus ſucceſſor niſi Henricus, qui, quoniam Sacerdos, & valdè ſenex, difficilimè poſſet gignere quam non habebat prolem, Philippus Sebaſti-

ano

ano ſublato acquirebat quam optabat ſuccedendi occaſionem; ideóque, cùm non verba, ſed mens legis attendenda ſit, *juxta allegata lib.*1. *cap.*2. *à n.*17, dabimus effectum legis, ubi datur idem effectus criminis, ex rationis identitate; *ut d. lib.*1. *cap.* 9. *n.*212, quod etiam procedit in lege pœnali, *ut oſtendi eodem lib. cap.*12. *à n.*22. Memoro etiam adverſarios, ad excludendum jus Repræſentationis, ſæpiùs dixiſſe Regem non ſuccedere Regi, ſed populis; quod, quamvis falſum ad illud punctum, habet tamen convenientiam ad præſens, ut dicatur non potuiſſe Philippum ſuccedere populo, cui tantam cauſaverat ruinam in relatâ deceptione Sebaſtiani.

6 II. Poſt Sebaſtianum, regnante Henrico, generalia comitia ſtatuerunt petere diſpenſationem à Summo Pontifice, ut Henricus Sacerdos & Archiepiſcopus poſſet contrahere matrimonium, cujus proles tolleret ſucceſſionis dubia, quæ tot mala Regno minabantur; at canina fames Philippi quid non tentavit ad impediendum hoc mediũ quo ſequuto non poterat Luſitaniã devorare? miſit ad Luſitanũ Regẽ, ordinis Prædicatorũ religioſũ vocatũ *Fr. Ferdinandũ de Caſtillo* (fortè ex numero Theologorũ qui ei aperiebant cœlos clavibus tyrannidis,) allegans inter alia, poſſe dubitari an Papa diſpenſare valeret, unde manebat idem dubium de legitimitate filiorum ad ſucceſſionem, & dabatur hæreticis occaſio murmurandi; *narrant Conneſtag. lib.*3. *ad med; & Cabrera in hiſt. ejuſdem Philip. lib.*12. *cap.*14; Vide quomodò ambitionem operiebat ſub Religionis palio, *de quo latiùs lib.*3. *cap.*7; at dum loquebatur Catholicè pro ſtultis, videbatur hæreticus ſapientibus, dubitans in tali re de Pontificis poteſtate: *2 Mediũ injuſtum.*

Rejecto igitur (ut merebatur) conſilio quod dederat 7
non rogatus, vi tali Romæ impediebat diſpenſationem per commendatarium maiorem Caſtellæ ejus legatum, ut ſemel Pontifici dixerit quod ſi diſpenſatio daretur, ille, non expectatâ morte Henrici, ſtatim occupaturus erat Luſitaniam; quis credet inſolentiam? narrat ipſius hiſtoricus Cabrera *d. lib.* 12. *cap.* 16, *&* *repetit. cap.* 19. Tandem inter hæc dubia Henricus eſt mortuus.

Planè quemadmodum impediens aliquem teſtari efficitur indignus ejus ſucceſſione, *in tit. ff. & C. ſi quis aliquem teſt. probib*; ex paritate rationis *de quâ hoc cap. n.* 5. 8
idem militat in impediente liberos ſucipere conſanguineum cui putat ſuccedere in defectum liberorum; *faciunt notata in l.* 3. *§ fin. de condict. cauſ. datâ*; *& arg. gloſæ verbo: periculo, in l. ſi in Aſiâ* 12. *§. fin. ff. depoſ*; *& verbo: reſtitui, in Auth. ut nulli judic. §. & hoc pervenit. coll.* 9.

3 *Mediū injuſtum.* III. Philippus, ut cauſam ſucceſſionis vinceret, pecuniis, & promiſſionibus corrupit non ſolùm particulares, ſed & multos ex generalibus Statibus (qui judices erant, *ut hoc lib. cap.* 1. *n.* 12.) Luſitani ſanguinis degeneres; pluſquam notorium eſt hoc; atque ita pro probatione ſufficit allegatio, *juxta adducta hoc lib. cap.* 1. *n.* 24, at inſuper habemus Authorem *Libertat. Luſitan. pag.* 9c, & Conneſtagium, *lib.* 4. *ante med.* ubi inquiens Philippum inveniſſe favorem in generalibus comitiis celebratis apud oppidum Almeirim, addit: *In quo utiles fuerunt diligentiæ, ac promiſſiones, Agentium pro Rege Catholico*; cum autem Conneſtagii hiſtoria juſſu Philippi, ad ejus cauſam juſtificandam, edita ſit, adverſus eum plenam fidem facit, *juxta gloſ. magnam ad fin. in l.* 1. 9

§. *editiones*

§. *editiones ff. edendo ; & quæ notantur in l. nimis grave 7. C. de probat ; ac alibi paſſim* ; ita ut quamvis ejus teſtimonium eſſet dubium, contra producentem interpretari deberet ; *gloſa, verbo : verbum dubium, ante med. in cap. in præſentiâ 8. verſ. quare, de probat.*

10 Planè corrumpens judicem litem perdit, non ſolùm per leges expreſſas Luſitaniæ, ſed & per communes, *l. 1. §. ſed & conſtitutio, ubi Bart. ff. de calumniat ; l. 1, ubi gloſ. verbo : amittat, Bald ; & Paul. C. de pæn. jud. qui mal. jud ; gloſ. fin. in l. qui explicandi* 10. *de accuſat.*

11 IV. Idem Conneſtagius Caſtellani Author, *lib.* 4. *paulò poſt med.* narrat, ſereniſſimum Ducem *de Barcellos* D. Catharinæ primogenitum, (qui ante annos animumque gerens, curamque virilem, ut de Aſcanio dixit Virgil *lib. 9.* cum Sebaſtiano Rege in Africam tranſierat) redeuntem è Sarracenorum poteſtate, tranſiiſſe per Caſtellæ provintiam *Andaluſiam*, ibique detentum per miniſtros Philippi, quouſque ipſe puer Princeps generosè ſcripſit parentibus quod nil curantes de ejus ſalute, agerent ſolùm de utilitate Regni ; quâ epiſtolâ incitati populi querelas formabant de Caſtellano, qui tunc, ad vitandum generale odium, juſſit Principem dimitti, aſtutè tamen eum invitans ad curiam prætextu civilitatis, quam ille, ſecundam detentionem prævidens, prudenter recuſavit ; addit dictus Author : *Dicebatur Philippum à longo tempore hoc cogitaſſe, nec ſolùm in Hiſpaniâ, ſed & in Africâ eum detinere voluiſſe: timuiſſe tamen indignationem Luſitanorum* ; de tali procedendi modo cum Principe adhuc infante nil dicam, Lectoris conſiderationi hoc relinquere videtur ſatis. 4 *Mediū injuſtum.*

5 *Mediū.* V. Recuſans judicium, vi Regnum occupavit; ſed 12
de hoc latè egi *præcedenti capite.*

6 *Mediū injuſtum pro detinendâ Luſitaniâ* VI. Pro detentione Luſitaniæ jam occupatæ decrevit 13
imprimis occidere, vel in exilium mittere omnes tam Ec-
cleſiaſticos, quàm Sæculares qui vel minimum darent in-
ditium non approbandi ejus uſurpationem; crudeliter
decrevit, ſed crudeliùs executus eſt: Omitto relegatos
Epiſcopos, & religioſos inter quos inſignis Fr. Hector
Pinto Provincialis Ordinis Sancti Hieronymi, cujus
ſcripta oſtendunt Authoris claritatem; religioſiſſimus
Domnus Laurentius ter generalis Canonicorum regula-
rium S. Auguſtini, ac graviſſimus Fr. Eſtephanus Leitão
bis Provincialis, & ter Vicarius generalis Prædicatorum
S. Dominici, veneni ſuſpitione ſunt mortui, *ut refert anti-
quus traductor libri libertatis Portugal. pag.*145. *in ultimâ
impreſſione ann.* 1641; dicam tantummodò de eccleſiaſti-
cis occiſis ſecretò ſine ullâ figurâ judicii; ſed quomodò nu-
merare potero numerum infinitum? (infinitos ſanè vocat
eos Author proximè citatus;) tacere cogor, ſed nunquam
tacebit mare quod eos vivos ſumerſit, ſemper memora-
bunt rupes è quibus fuerunt præcipitati, in æternum cla-
mabit ſanguis juſtorum quem Deus vindicavit, faciens
Authorem eſcam vermium, quibus (ut vidimus in Hero-
de) vindicare ſolet mortem innocentium.

7 *Mediū* VII. Conneſtagius Philippi Author *lib.*7. *ad fin.*nar- 14
rat eundem Regem per edictum promiſiſſe octoaginta
millia ſcutorum illi qui occideret Antonium qui contra
illum pro Coronâ pugnabat,ut vidimus *lib.* 1. *cap.*4. Equi-
dem Antonius carebat jure adverſus Catharinam Ducem
Bragantiæ, ſed adverſus Philippum, & alios extraneos
juſtiſſimè

juſtiſſimè defendebat patriam propter legem de quâ egimus *d. lib.*1. *cap.*12. At eſto juſtitiam non haberet, negabit nemo tyrannum eſſe, ac barbarum turpiter morti prodere armatum hoſtem, quem ſoli generoſi exercitus debent vincere; de quâ barbarie contra Viriatũ commiſsâ accuſatus fuit Romæ Pompilius, & eam abominatur Luc. Flor. *rer. Rom. lib.*2. *cap.*17. *ex n. mihi* 15.

15 VIII. Munitiſſimam arcem Arzillæ in Africâ multo 8 *Mediâ*
ſanguine a Luſitanis conquæſtam, & æquali gloriâ per annos plurimos propugnatam, tradidit, in Chriſtianitatis damnum, & vituperium, Sarraceno Muley Hamet Marrochiorum Regi (ſub colore difficilis conſervationis, quam tamen promittebant incolæ ut uſque ad illud tempus,) ne ducenta millia ſcutorum prædicto Antonio mutuò daret; vix credibile; ſed teſtatur egregius jam citatus Author *Libert. Portug. pag.*165; certè Antonius imperio dignior erat Philippo; narrat enim idem Author *pag.*169. quod, ne Sarracenos in Hiſpaniam mitteret, recuſavit auxilium Marrochiorum Regis volentis cum magnis copiis tranſi-
16 re adverſus Caſtellanum; ſed quid mirum? deſcendebat Antonius ex Luſitano Rege Alphonſo 4, qui ex memorabili victoriâ *del Salado* integra ſpolia Caſtellano reliquit, contentus gloriâ quam obtinuerat in deſtructione Sarracenorum; ut præter Luſitanos *Roder. de Pina in chron. ejuſdem Regis cap.*59, *Eduard. Nun. in eâdem, & Maris dial.*3. *cap.*4, narrat Caſtellanus Caſtillo *in hiſt. Gothor. lib.*4. *diſcurſu* 8; erat ex ſanguine Regis Alphonſi 5, qui Summo Pontifici Calixto 3, obtulit duodecim millia hominum propriis expenſis per annum adverſus Turcam, abſque alio intereſſe quàm Religionis; *referunt Pina in ejus chron.*

*chron. cap.*120, *&* 123; *& Maris dial.*4. *cap.*7; ex ſanguine Joannis 2, qui contempſit maximas difficultates à Conſiliariis propoſitas circà navigationem in Indiam, inquiens, omnia poſtponenda augmento Religionis; *refert. Chriſtophr. Ferreira in vitâ Joan.* 2. *lib.*3. *fol.* 48. *verſo*; erat iterùm deſcedens Regis Emanuelis, qui primas pecunias habitas ex Indiis expendit in conſtructione ſumptuoſiſſimi cœnobii de Bethlem propè Vlyſſipponem; *ut apud Joan. de Barros dec.*1. *lib.*6. *cap. ult. & Vaſconcel. in Anacephal. Emanuel. n.*6, *&* 7. Ex ſanguine Sebaſtiani Regis, cujus erant præcipua vota fieri contra Infideles militem Chriſti, teſtatur Caſtellanus *Cabrera hiſt. Philippi* 2, *lib.*11. *cap.*10; *& Vaſconcol. in Sebaſtian.* & voluit uxorem ducere Margaritam filiã Henrici 2 Regis Chriſtianiſſimi, eâ ſolâ dote quod Henricus confæderaretur cum eo adverſus Turcam pro Religione; *narrat Maris dial.* 5. *cap.* 4. Erat denique Antonius ex ſanguine Conſtantini filii Ducis Bragantiæ, qui dum in Indiâ Pro-Rex eſſet capiens ab hoſtibus Simiæ dentem quem illi tanquam Deum barbarè adorabant, rejiciens quatuorcenta ſcutorum millia ſibi pro dente à barbaris oblata, illum combuſſit ut tolleret eam idolatriæ cauſam, *teſtibus Petro Ortis in viaggi. mundi, lib.* 13. *cap.*13, *& noſtris Didaco de Couto decada* 7. *lib.*9. *cap* 17, *ac Lucena in vitâ S. Franciſci Xaverii lib.*2. *cap. ult.* Dixi de meis; de Caſtellanis dicant ſui; neque enim de eorum virtutibus nunc ago, neque ſi agerem, memini hiſtoriam, in quâ intereſſe poſtpoſuerint Religioni.

9 Mediã. IX. Suſpicatur Joannem Ducem Bragantiæ sereniſſimæ Catharinæ maritum, mortuum eſſe ex veneno Philippi juſſu miniſtrato, pro certo autem affirmat Gallus traductor

duſtor citati libri *Libertatis Portugal. pag.* 143. *in d.ult. impreſſione.* E contrario idem Joannes ſeſe offerentibus occidere Philippi legatos, (qui in Luſitaniâ pro ſucceſſione pendenti turbabant omnia,) reſpondit, ſe nolle peccatum minimum committere pro mundo toto; *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus; Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum,* ut ait Pſalmiſta, *Pſalm.* 127. *verſ.* 1, & 4. Ecce jam videmus nepotem Joannis Deum timentis coronatum; nepotem verò Philippi nil non patrantis ſine deſideratâ Coronâ; quia ut Propheta, *Pſalm.* 126. *verſ.* 1. ait, *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.*

18 X. Tandem quid non egerunt Philippi pro extinguendâ Regiâ Bragantinâ Domo? Filiis ſereniſſimi Ducis Theodoſii neque minimam gratiam fecerunt unquam, ita ut domino Alexandro, maioribus digniſſimo, etiam Archiepiſcopatus Eboræ fuerit negatus; quinimò recuſabant ſecundò, & tertiògenitum tractare tanquam Magnates (quos *Grandes* vocant) Caſtellæ, cùm avi multorum ex principalioribus talium Magnatum ſint famulati Do- 10 *Medium.*
19 mui Bragantinæ; nec ſolùm denegabant honores, ſed etiam impediebant exhiberi ab aliis; notiſſimæ ſunt diligentiæ à Comite de Onãte Caſtellæ legato apud Regem Hungariæ (qui agit Imperatorem) factæ, ne tanquam Princeps in Germaniâ exciperetur ſereniſſimus Eduardus ejuſdem Theodoſii filius ſecundògenitus, qui generoſo juventutis ardore ſub Imperii auſpiciis voluit exercere innatam fortitudinem; non potuit conſequi Caſtellana ſolicitudo quod non ſervaretur reſpectus debitus ſanguini; obtinuit tamen quod præclara facinora, in continuato bello per an-

nos

nos multos, carerent remuneratione, quæ non exceſſit Colonellis,& Sargenti generalis officia, dari ſolita inferioribus qualitatibus. Anno 1626 eidem Duci advertit gravis re- 20
ligioſus, oportere cautè vivere, nam ei, ac filiis ejus venenum parabatur; neſcimus an hoc certum, at certum ſcimus, nil non tentaſſe quartũ Philippũ hodiè viventem ut ſereniſſimum JOANNEM IV, tunc Ducem, in Caſtellâ caperet; jam blanditiis eum ad curiã invitando, jam regimẽ Mediolanenſis ſtatus, ac Flandriæ offerendo in locum, & cum eodem apparatu, atque poteſtate Infantis Cardinalis Ferdinandi, denique præciſam repræſentando neceſſitatem habendi eum ſecum in bellicis expeditionibus pro defenſione Coronæ Hiſpaniarum; at nunquam potitus eſt intento, quoniam Princeps noſter erat prudentior quàm ut deciperetur à Caſtellanis. Dices: nonnè potuiſſet Philippus vi uti? reſpondeo, nòn; namque à vi privatâ defendebatur Bragantinus propriâ vigilantiâ; à publicâ redebatur ſecurus Luſitanorum amore, ex quo ſemper timuerunt Caſtellani quod modò experiuntur; quia ſemper erat contra eos peccatum eorum; juxta Prophet. *Pſalm.* 50. *verſ.* 5.

Miræ ſunt machinationes quibus ultima Bragantino- 21
rum ruina fuit ſæpius intentata; ſi nimiæ particularitates permitterent eas ſcribere, videret orbis hanc Domum ſpeciali miraculo cælitus eſſe ſervatam; verùm rectè juſtus palmæ comparatur, *Pſalm.* 91. *verſ.* 13; oppreſſa enim creſcit, ut naturales aiunt, quare in Bragantiæ Domo videmus illud Alciati *lib.* 1. *emblem.* 24.

Nititur in pondus palma, & conſurgit in altum;
Quo magis & premitur, hoc mage tollit onus.

Viſis

22 Viſis ergo mediis quibus in occupatione, ac detentione Luſitaniæ uſus eſt Philippus, visâ juſtitiâ, & ſinceritate quâ Bragantini Principes proceſſerunt, non ſolùm per humanas leges cecidit Caſtellanorum cauſa, ſed & per divinas concludit Apoſtolus *ad Roman.* 2. *ex n.* 5. quod judicium Dei *reddet unicuique ſecundùm opera ejus; iis quidem qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam; iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati ira, & indignatio.* *Concluſio*

CAPVT III.

Reges Caſtellæ, quamvis (ut falsò ſupponitur) eſſent Reges Luſitaniæ, poſſent rejici, quia non ſervarunt pacta jurata, quibus intrarunt ad Coronam.

1 PHilippus 2, qui neque ex Luſitanorum voluntate, neque ex bello juſto poterat in Luſitaniâ regnare, violentiam ſimulavit contractum, promittens, per ſuum legatum Ducem *de Oſſunâ*, ut Rex haberetur, certam concordiam, & conditiones, de quibus poſtea inſtrumentum juravit in generalibus Comitiis ad oppidum *Thomar*, eodemque juramento confirmarunt ejus filius, ac nepos, non tamen ſervarunt, ut in ſequentibus. *Philippi promiſſa ut haberetur Rex.*

2 I. Promiſerunt, & juraverunt non præponere Luſitaniæ *Non ſervata.*

niæ Pro-Regem non Luſitanum; niſi eſſet Regia perſona, quæ tamen foret filius, frater, patruus, ſeu nepos. Hoc rupit Philippus 4, gubernando Luſitaniam per *Margaritam Ducem Mantuæ*, quæ, quamvis ex Regio ſanguine, erat extra gradum permiſſum in articulo, (non loquor de Marchione *de Alanquer*, quia ultra quam erat filius Luſitani audivi quod obtinuerat jus Luſitani à Sebaſtiano Rege.)

II. Quod omnia officia juſtitiæ, ac patrimonii Regii non conferrerentur niſi Luſitanis. Fecerunt tamen Philippi conſiliarios in ſupremo conſilio *D. Joannem de Borja*, & poſtea ejus filium *D. Carolum* Ducem *de Villahermoſa*, atque in conſilio patrimonii Regii poſuerunt tres ſimul, *Molinam de Medrano, Didacũ Duarte, & Herrerã*; poſtea *D. Melchiorem de Teive, ac D. Ludovicum Bravo de Acũna*; ultimò duos ſimul, *D. Franciſcum de Alcacer, & Thomam de Ibio Calderon* qui tempore reſtitutionis noſtræ adhuc in conſilio erat. Eodemque tempore *D. Didacus de Rocha* judicabat inter fiſcum & Luſitanos de mercibus quæ dicebantur venire è terris hoſtium; omnes autem relati erant Caſtellani. 3

III. Quod Domus Regia Luſitana eſſet integra cum omnibus miniſtris, & officialibus ſicut tempore Luſitanorum Regum, qui miniſtri exercerent officia pleniſſimè, quando Reges Caſtellæ in Luſitaniâ eſſent. Conſervabantur miniſtri, ſed cùm & Philippus 2, & 3, in Luſitaniam venerunt, ſuperficialiter tantùm fungebantur muneribus, ſubſtantiale nanque faciebant Caſtellani. 4

IV. Quod

5 IV. Quod præſidia arcium Luſitaniæ, Luſitana forent. At ſemper Caſtellana fuerunt (quæ tamen in reſtitutione noſtrâ ſtatim juſtitiæ obedierunt, *ut infra lib.* 3. *cap.* 3.)

6 V. Quod Commendæ ordinum militariũ non darentur niſi Luſitanis; & tamen prædictus Dux *de Villahermoſa*, & ejus filii habebant quotannis triginta circiter millia ſcutorũ in commendis; Comes *Frigilianæ* circa duo millia ſcutorum, *D. Gaſpar, de Teive* pluſquam tria millia, & alii, qui Caſtellani omnes.

7 VI. Quod civitas, villa, oppidum, pagus, vel jus regale Caſtellano non donaretur: donarunt tamen Caſtellæ Reges oppidum *Ficalho* Duci *de Villahermoſa*, regalia jura camporũ *Bejæ & Serpæ*, Duci *Lermæ*, (quamvis hoc poſtea fuit revocatum,) jura regalia circa *Guimarães*, & oppidum *Alanquer*, Duci *de Iger*; & jura regalia circa idem *Alanquer* oppidum *D. Eleonoræ Pimentel* Comitiſſæ *de Benavente*, qui Caſtellani; quare de his erant proceſſus ex parte Regni.

8 VII. Quod Reges Caſtellæ haberent ſecum particulare Conſilium vocatum, *de Portugal*, compoſitum ex certis perſonis Luſitanis, cujus conſilii interventione omnia Regni negotia expedirentur. At verò, (ultra quod & numerus, & qualitas perſonarum vix unquam fuit in tali conſilio ſecundùm ejus inſtitutionem,) quod peius erat, jam à multis annis conſilium apparebat phantaſticè, omnia enim, eo inſcio, expediebantur per miniſtros Caſtellanos, qui Luſitaniam deprædabant, & res diſponebant ordine præpoſtero, quia ſine notitiâ; imò per annos integros nullum fuit Portugalliæ Conſilium.

VIII. Quod officia Præſidis provinciæ, quem vo- 9
cant, *Corregedor*, & alia inferiora juſtitiæ providentur in
Luſitaniâ ſine Rege per Regios Miniſtros. Reges au-
tem avocarunt ad ſe proviſionem, ut in nihilo non interve-
nirent Caſtellani miniſtri.

IX. Quod in bonum commercii tollerentur publicæ 10
baſilicæ (appellatæ, *Portus Sicci,*) ut liberè inter Regna
Caſtellæ, & Luſitaniæ communicarentur merces; ſed non
ſunt ſublatæ, imò impoſita nova vectigalia quæ ſubjecerunt
mercaturam novis oneribus.

X. Quod pro ſecuritate navigationis non tantũ habe- 11
ret armatas claſſes juxta Luſitaniæ ſubſtantias, verùm etiã
ſuppleret neceſſarium ex Caſtellæ viribus; ſed, è converſo
claſſes Caſtellæ muniebantur Luſitaniæ navibus; ut ultra
plures, ultimò teſtata eſt quædã fortiſſima vocata *S. There-
ſa* combuſta per Hollandos in *Dunas* portu Angliæ in de-
ſtructione magnæ claſſis Hiſpaniæ; quo maria ſic erant
indefenſa, ut neque ex noſtris portubus quidquã exire au-
deret, neque debilior inimicus ad eos accederet dubitaret.

XI. Quod Reges Caſtellæ reſiderent in Luſitaniâ 12
quantum poſſibile foret; & quod abientes relinquerent
Principem, ut apud Luſitanos nutriretur in eorum amore.
Eſt autem notorium Philippum 2, poſt occupatam Luſi-
taniam per viginti circiter annos in Luſitaniam non redi-
iſſe; Philippum 3 per quatuor tantùm menſes fuiſſe ibi,
cùm per viginti annos regnaſſet; & Philippum 4 in toto
tempore regni ſui (quod fuit etiam viginti annorum) nun-
quam Luſitaniam vidiſſe; Principes verò ſemper in Ca-
ſtellâ ſunt nutriti odio habentes Luſitaniam, ut Caſtella-
nis naturale oſtendi, *lib.* 1. *cap.* 12. *à n.* 57.

XII. Tan-

13 XII. Tandem fuit concordatum Luſitanam Coronam perpetuò conſervandam fore in Regno diſtincto, ejuſque reditus in eodem conſumendos, ac erogandos. Sed Caſtellani volebant Luſitaniam reducere in Caſtellæ provintiam, ut latiùs dicam *hoc lib. cap.* 7, & hîc eſt ſatis quod (ultra alia minora) applicata erant regno Caſtellæ reditus ex novo tributo ſalis, & quod ſolvebatur ex gratiis, vulgò: *medias annatas*, quæ quotannis valent pluſquam quatuor centum millia ſcutorum; item confiſcationes mercium venientium ab inimicis in magnâ quantitate; Luſitania autem pro neceſſitatibus publicis extremâ inopiâ laborabat.

14 In fine horum, ac aliorum articulorum hanc clauſulam Concluſio poſuit prædictus Philippi legatus: *Quod ſi ſereniſſimus Rex Philippus, vel ejus ſucceſſores non ſervaverint hanc concordiam* (nota quomodo eam vocat,) *vel petierint relaxationem juramenti, tres Regni Status non tenebuntur eam obſervare, & poterunt liberè ſubjectionem, atque obedientiam eis negare ſine perjurio, crimine læſæ Majeſtatis, vel alio.* Philippus tamen poſt occupatum Regnum, manu propriâ ſignans, & firmans relatos articulos, noluit ſignare ultimam clauſulam; quam jam renuere non poterat, tam quia conceſſa ab ejus legato, ac procuratore obligabat mandantem ac ſi ipſe conceſſiſſet *l.* 1. §. *fin. quod juſſu, gloſ. ult. in l. cuicumque* 5. §. *fin. de inſtit. act*; *Paul. per tx. ibi, in l. ſi indebitum* 16. §. *fin. ff. rem. rat. hab*; *& omnes in l.* 1. §. *uſus ff. de procur*; quam quia (ſi non per vim, ut eſt certius) virtute ejus clauſulæ admiſſus fuerat in Regno; & ita, causâ vel re ſequutâ, non poterat pœnitere, *ad l.* 1. *ubi Bart. de condict. cauſ. dat*; *bona gloſa, verbo, pœnitere, poſt princip. verſ. cave, in l. ſi pecuniam* 5. *ff. eodem*; quod ſi vellet

pœnitere

pœnitere deberet negotium in integrum reponere; *ex l. ſi diverſa* 14. *ibi: refusâ pecuniâ, C. de tranſact.*

Nil tamen intereſt quod Philippus non ſignaverit illam 15
clauſulam, imò quod à principio poſita non fuiſſet; inerat enim de naturâ contractûs prædictæ concordiæ, quod Rege, ac ejus ſucceſſoribus non ad implentibus promiſſa, liberarentur populi à reciprocâ obligatione;& eos pœnitere poſſet, *l.*3. §.1. *de condict. cauſ. dat. gloſa ult. verſ. ſecunda, in l. ſicut ab initio* 5. *C. de act. & oblig; Petr. Cyn; Bart; & Angel. in l. cum proponas* 4. *C. de dolo.*

CAPVT IV.

Reges Caſtellæ, ſi habuiſſent jus ad Luſitaniam, amiſiſſent illud ex peſſimo regimine in Reipublicæ deſtructionem ſine ſpe remedii.

Rex malè regens non eſt Rex.

1 CVm Rex dicatur à regendo, qui non regit non eſt Rex; ut infert Cicer. 3. *de finibus*, inquiens: *Rectiùs enim appebabitur Rex quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit*; iterùm, cùm Rex ſit anima Regni, qui Regnum non animat, non eſt Rex; *juxta ſupra dicta proœm.* 2. §.2. *n.*37; tandem, cùm Regnum non ſit propter Regem, ſed Rex propter Regnum, *ad ea quæ Ariſtot. lib.* 5. *de Repub. & Cicer.* 1. *offic*; Rex qui non eſt Regno, non eſt Rex.

Quomodo intelligatur.

2 Non intendo quod quodlibet malum regimen, Regem auferat, parcendum enim fragilitati humanæ; & multò magis Regi obediendum tanquam miniſtro Dei, *ſecundùm*

*dùm Paul. ad Roman. cap.*13. *à princ*; *& Petr. in prior. epiſt. cap.*2. *à n.*13; ita ut inſtar ſacrilegii ſit facilè judicare de Rege; eſt enim conflatus quaſi ex ſuperiori materiâ, *apud Platonem* 3. *de Repub*; quaſi eminens communi naturæ, *ait Ephantes apud Stob. ſerm.*47. ſimulachrum Dei, *juxta Plutarch. lib. de diſſ. philoſoph*; *& Dictogen. in lib. de Regno*; familiaris ſuo Creatori, *ſecundùm Stob. in admonit. de Regno ſerm.*48. Verùm ſi (quamvis non ex malâ voluntate) peſſimo regimine deſtruat clariſſimè Rempublicam, nec advertentiæ valeant, nec aliud remedium ſuperſit, quemadmodum rejici debet medicus ægrotum ad mortem ducens, ac nauclerus ad ſcopulum navem dirigens, ſic Princeps in præcipitium regens ſubditos; ut (omiſſis aliis exemplis) rejectum vidimus ex Luſitaniâ Sanctium 2 *per tx. in cap. grandi de ſupl. negl. præl. in* 6; & quamvis illius proli fuit jus reſervatum, poteſt ſine reſervatione expelli, ſi ingens cauſa urgeat, ut jure ac facto probat Alciat. *lib.*8. *parerg. cap.*15; & oſtendit ratio quæ bonum publicum anteponit privato, *ut ſup. in* 2. *procem.* §.2. *n.*37. *ad fin.* Cujus autem generis regimen Caſtellanorum in Luſitaniâ fuerit videamus. *Regimen Caſtellanorum.*

3 I. Non erat prœmium, neque pœna; non referam exempla, nam in priori offendam ſi quos taceam; in poſteriori ſi loquar; at eſt ſatis notum quod gratiæ, & (maximè) pecuniis obediebant omnia. *Non erat prœmiū, neque pœna.*

4 Quanti ſit præjudicii defectus prœmii ac pœnæ oſtendit ratio *legis* 1. *ff. de juſt. & jure*, quod metus pœnæ frænat malos, & ſpes prœmii allicit bonos; cui conſonant Cicer. *lib.*1. *Tuſcul.* inquiens quod honos alit artes; & Caſſiodor. *lib.* 2. *var. epiſt.*16. quod nemo ad virtutum ſummum non

nititur

nititur aſcendere, quando irremuneratus non relinquitur; unde Solon *relatus à Plin. lib.2. nat. hiſt.cap.7.* dixit, Rempublicam duo habere fundamenta, prœmium, & pœnam; Socrates *apud Stob. ſerm. de repub.* judicavit meliorem civitatem illam in quâ plura eſſent prœmia pro virtute; Democritus, *ut refert Plin. ſupra,* prœmium & pœnam vocavit duos Deos; idem commendant *Plato lib.5. de repub; Demoſthenes adverſus Leptin; Ariſt. lib.5. polit. cap.8, atque alii citati à Simancas de repub. lib.9. cap.20, & ſeqq;* affirmatque Marc. Tull. *lib.3. de nat. Deor.* non ſolùm rempublicam, ſed neque parvam domum ſine prœmio, & pœnâ ſuſtineri poſſe; quod experiebamur in noſtrâ Luſitaniâ indies labenti oppreſsâ criminibus ob defectum pœnarum effrænatis, nec defenſatâ virtutibus ob negationem prœmiorum ſuſpenſis; quot vidimus inſultus in pace, quod ignavias in bello! adhuc plagæ ſanguinant. Hoc periculum vitare voluerunt omnes Reſpublicæ quæ & malos puniebant, & bonos honorabant publicis ſtatuis ac teſtimoniis (de quibus *R*aviſius Textor *in officinâ* facit Cathalogum,) non tantùm pro illis, ſed etiam pro ſpe aliorum, ut notat Plin. *in panegyr. ad Trajan.*

Erat prœmiorum defectus eò durior Luſitanis, quòd 5
recordabantur Luſitanorum *R*egum erga ſervitia gratitudinem extraordinariis etiam actionibus demonſtratam; Joannes I juſſit *D. Petrum de Meneſes* Comitem *Viannæ* ex Africâ venientem poſt egregiam *Ceptæ* defenſionem, Vlyſſippone excipi quaſi cum triumpho; & ad oppidum *Santarem* (ubi *R*ex erat) euntem expectari ante duas leucas per Principem Eduardum, ipſeque aulam ingredienti occurit per duas cameras, ac poſtea *R*egiæ menſæ ad

prandium honorem donavit. Rex idem depingi fecit in militaribus vexillis effigiem magni *D. Nunii Alvares Pereira* (tanquam Juſtinianus Imperator in monetâ illam *Beliſarii.*) Joannes 2, Regiâ honoravit menſâ *D. Franciſcum de Almeyda* primum poſtea Pro-Regem Indiæ, ob ſtrenua adverſus Granatæ Sarracenos facta. Idem Rex nobili cuidam petenti præfecturam arcis, reſpondit: *Facio tibi gratiam non publicandi petitionem auſam petere rem vacantem per obitum patris tot filiorum qui actualiter mi ſerviunt in bellis.* Videns in aulâ *Eduardum do Caſal* ei dixit: *Qui habes manus ad pugnandum, habe linguam ad petendum*; eique contulit gratiam quandam promittens maiora; habebat denique Rex ille librum quo propriâ ſcribebat manu accepta ſervitia ne oblivi ſceretur remunerationem. Emanuel *Eduardum Pacheco* ex Indiâ venientem plenum victoriis cum ſolenni proceſſione excepit; (punivit autẽ poſtea ob ſacerdotem percuſſum, ſi verum fama refert, ne etiam deficeret in pœnâ.) *Blaſium de Albuquerque*, filium inclyti *Alphonſi de Albuquerque*, juſſit, mutato nomine, vocari *Alphonſum*, ut per nomen meliùs recordaretur eum honorandi, ut faciebat; tandem publicè interrogare ſolebat an aliquis irremuneratus eſſet per oblivionẽ? Joannes 3 mortem *D. Henrici de Meneſes* excellentis gubernatoris Indiæ, lachrymis honoravit; cuidam nobili militi qui ante ipsũ turbatus oblitus eſt quod volebat petere dixit: *Reminiſcere cras, & veni iterùm; quod ſi non reminiſceris, ergo reminiſcar.* Similis accidit oblivio Comiti *do Prado* propter nimiã ſenectutẽ, ſed Rex inventũ poſtea memoriale, quod comiti è manu ceciderat, miſit ad eũ cũ petitorũ cõceſſione. Inſignem *Antoniũ da Silveira* ex Indiâ venientem poſt ar-

cem *Diu* mirabiliter defenſatam adverſus Turcas, comitari fecit per omnes curiæ magnates è navi ad aulam, ubi, cum Reginâ ac Principibus, eum excepit extraordinariis honoribus. Sebaſtianus ex Cathedrali Vlyſſipponenſi ſede in monaſterium S. Dominici duxit ſecum ad dexteram *D. Ludovicum de Attaide* nunquam ſatis laudatum Indiæ Pro-Regem, ob glorioſas victorias obtentas ibi de potentioribus Principibus colligatis. Hæc & alia ex multis ſcriptoribus latiùs retuli *in meis excellent. Luſit. cap.*15. *excel.*3. *à n.*1; & tandem eſt notandum Reges noſtros haud contentos ſubſtantiis Regii patrimonii pro virtutum prœmiis, maximis diligentiis obtinuiſſe à Summis Pontificibus decimas Eccleſiarum quas vocant *Commendas*, ut militibus poſſent ſatisfacere; memores Imperatoris Septimii Severi conſulentis filios (*apud Lamprid.*) ut milites ditarent quò milites bene ſervirent; his favoribus aſſueti Luſitani quomodo poterant Caſtellanorum Regum rigores pati? certè erat impoſſibile.

Omnia vendebantur. II. Huic proximum eſt quod vendebantur pleraque munera publica, omnia regimina provinciarum, cunctæ arcium præfecturæ, & allegabatur Theologos quoſdam venditiones ſimiles non improbare, ac apud nationes aliquas ſolere fieri; verùm Theologi tot requirunt circumſtantias, ut moraliter videatur impoſſibile hoc uti ſine peccatto; & conſuetudo aliarum nationum, ſi mala, potiùs vitanda; hanc autem eſſe peſſimã oſtendit conſideratio Alexandri Severi Imperatoris qui dicebat, ementem (officia) debere vendere (juſtitiam,) & in Luſitaniâ ſpecialis militabat ratio quod nunquam tale 6

fuiſſet

fuiſſet viſum, imò cum Regno inſtituta prædicta munera ut conferrerentur ſolo virtutis pretio; idem fiebat generaliter in gratiis cujuſcumque qualitatis tam ſæcularibus quàm eccleſiaſticis, commendarum, inſignium ordinum militarium, & ſimilium; erantque perſonæ deputatæ pro hac ſubhaſtatione; quinimò Secretariis expreſsè vetitum recipe re memoriale in quo peteretur à Rege etiam ſervitiorum ſatisfactio, ni in eodem ſimul offerreretur pecuniarum munus; itaque Horatius ex poëſi tranſivit in prophetiam de noſtris, cùm cecinit *lib. 2. ſerm. ſatyr. 3.*

Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulchris
Divitiis parent, quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus, ſapiens, etiam & Rex.

E poetâ etiam ad prophetam de noſtris tranſivit Ovid. 1. *Faſtor.* dicens:

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper ubique jacet.

Et ſimiliter propheta fuiſſet Juvenalis cùm dixit:

Quantum quiſque ſuâ numorum ſervat in arcâ
Tantum habet & fidei.

Si dixiſſet:

Quantum quiſque ſuâ numorum expendit ab arcâ, &c.

At quod illi abominabantur ſecretò factum, jam per legem fiebat apud nos; ventũ eſt enim ad ultimum miſeriæ conſideratum ab Imperatore Marco Aurelio, quando non pudet publicè fieri, quod antea pudebat ſecretò factum.

7 Ex hoc ſequebatur, quod cùm ſit ordinarium divitias negligentiam parere, *ut ait gloſ. ſup. Div. Paul. Theſſ.* 5.

Vvv 2 ſuper

ſuper illo: rogamus autem vos; in Luſitaniâ talem publici pariebant negligentiã, ut ad conſequendos honores, ſolùm curaretur de vilibus mediis acquirendi pecunias, non de ſervitiis Reipublicæ præſtandis; ſciebant enim pauperes ſe laborare fruſtra, unde ſæpè vidimus illud Hor. *lib*. 3 *Ode* 24:

> *Magnum pauperies opprobrium jubet*
> *Cuivis & facere, & pati;*
> *Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

Neque defuit qui obtentu paupertatis turpiſſimam vitam elegit; ut aliàs inquit Juriſconſultus *in l. palam* 44. §. *non eſt ff. de rit. nupt.* ſic Regnum peribat ſine rectis miniſtris in bello, & in pace; occupabantur ſublimiora loca à perſonis vilioribus, quæ nec volebant, nec, ſi vellent, ſcirent ſuccurrere cadenti patriæ.

Multitudo novarum legum.

III. Circa leges nil immotum, nil quietum; aliena à veterum inſtitutis formabantur decreta, edicta malè diſpoſita, ſibi contraria turbabant omnia, perdebant plura; hinc regiminis confuſio, ludibrium legum, Regni pernicies. Nec mirum; hæc enim mala venire ſolent Reipublicæ quæ novis inſtitutis derogat antiquis *ut notarunt Plato dial.6. de legib; & Ariſt. 2. polit. c.6*; unde textus *in l.2. ff. de conſt. princ.* ait: *in novis conſtituendis evidens eſſe utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt*; quinimò Tacitus *lib.14. Annal.* aſſerit quod ſatius *eſt aliquid à maioribus non omninò optimè conſtitutum tollerare, quàm id multarum ætatum uſu receptum, & comprobatum, dum quaſi iniquum tollere volumus, univerſæ civitatis otium, atque pacem perturbare, aut etiam in aliquod ſeditionis diſcrimen eam adducere; tum illud addo,* (inquit) *quod ex novis legibus, quàm ex veteribus, plerumque maiora naſcuntur incommoda.* Idem

Idem dixerat Thucydides *lib.3. in orat. Cleon.* unde Dion Caſſius *lib.53.* concludit: *Leges firmiter retinete, neque quicquam in his mutate, nam quæ eadem ſemper manent, & ſi ſint non nihil vitioſa, utiliora tamen ſunt his quæ ſubinde, etiam ſi in meliùs, innovantur.* Dixi latiùs in tract. Perfect. Doctor *qualit.23. n.39.*

9 IV. Philippus 4 Imperii clavum ſine termini præ- *Vnus omnia gubernabat peſſimè.*
fixione tradidit uni ex clientibus, cui nomen *Gaſpar*; cognomen omittitur, ob familiæ clariſſimæ reverentiam; dignitas Comes, & Dux; is paulatim vim legum, munia magiſtratuum, omnem denique poteſtatem in ſe traxit, ita ut totius monarchiæ ratio ab eo uno penderet; relictis parentum inſtitutis, tribunalia pro negotiis ordinata, jam penitùs otioſa, ſolum nomen retinebant; imò nec eis ſpecies, nec vocabula; cùm, teſte Lypſio *polit. lib.3. cap.2, & 3,* politici omnes aſſentiant, Principem indigere multis miniſtris, ut plurium ſociatæ vires faciliùs munera exequantur, non dubitabat *Gaſpar* ſui unius mentem tantæ molis eſſe capacem; vel ſi quando materias communicabat occurrentes, hoc non conſiliis pro eo ordinariis, ſed conciliabulis quæ pro illo particulari formabat ex perſonis quæ ipſius indulgerent voluntati: hæc credulitas hominis inſanè opinantis in ſe uno adeſſe intelligentiam, providentiam, & conſilium, res detrudebat in ruinam; cùm ad cognitionem deficerent notitiæ, ad reſolutionem diſcurſus, ad executionem operarii; quo proverbium erat apud hoſtes, non tam proprios exercitus pro illis pugnare, quàm modum noſtri regiminis.

10 V. Hinc veniebant (ſi non ex malitiâ, ut dicam *c.7.*) *Negligentia in expeditione claſſium.*
nil ordinatè agi, nil tempeſtivè; claſſes in Indiam profe-
ſturæ

ćturæ uſque ad primos dies Aprilis, ut annuis ventorum
fruerentur motionibus, extra tempus parabantur, quo è
longiſſimæ navigationis medio, vi temporum, in Luſita-
niã retrocedebant, expenſis fruſtratis, gentibus ægritudine
conſumptis, arcibus præ defećtu auxilii deficientibus.
Quæ pro cuſtodiâ noſtrorum marium conſueverant arma-
ri, vel non erant, vel vix è portu exierant cùm hyemem
coaćtæ fugiebant; quæ in Braſiliam, aliaſque ditiones ab
hoſtibus invaſas mittebantur (ſi mittebantur) parvæ, de-
biles, ſine militibus, ſine munitionibus, ſerò, inordinatè
ibant; quid plura? nec duces, nec cohortes, nec naves,
nec arma, nec pecunias habebamus, habentes hæc omnia;
jam ignavia, & deſidia, jam corruptio, & latrocinia cun-
ćta perdebant; hæc cauſa tot malorum, hæc occaſio tan-
tæ ruinæ.

Malum regimen circa alia. VI. Denique, in pace, quid circà juſtitiam fаćtum, vi- 11
debimus *cap. proximè ſequenti*; quid circà Religionem,
cap. 6, quid circà populi libertatem, *cap.* 7; ea etenim, ut
peiora, ad articulum pertinent diverſum à præſenti, in
quo agimus de levioribus (ejus ſunt qualitatis alia, ut di-
cam leviora quæ retuli graviſſima.)

Conclusio Hoc malum regimen dolebat conſideratio, execraban- 1
tur indignationes, repræſentabant queſtus, ſed fruſtra, ut la-
tiùs in ſequenti cap. *n.* 13, *&* 14; igitur, ſublatâ ſpe remedii,
ſtante Principe qui audiebat ſurdè, non pauci dicerent le-
gitimè quæri poſſe alium qui haberet aures audiendi; Lu-
ſitana verò reverentia erga Principes meritò eam cauſam
ſufficientem non putabat; eorum etenim aćtiones potiùs
venerari, quàm examinari à ſubditis debent; ut jam dixi,
& iterùm, atque iterùm profitebor; at impatientia juri-
dica

dica rupit juſtè limites reſpectus, cum malum regimen in tyrannidem tranſivit, prout ſequitur.

CAPVT V.

Caſtellæ Reges ſi Luſitaniæ Reges eſſent (ut dicunt) poſſent excludi ob tyrannam adminiſtrationem.

1 LVſitaniam, per nefas occupatam, per tyrannidem gubernatam facilè credes; vix nanque Imperium malis artibus partum, bonis exercetur; hinc ſpero fore me in narrandis fabuloſum non viſum iri, maximè cùm nil tradam niſi quæ omnes vidimus, & quæ nec inimicus infi-ciari queat. *Tyrannides Regũ Caſtellæ in Luſitaniâ.*

2 I. Igitur Caſtellæ Reges, prætextu reparandi Regii patrimonii quod perdiderant, ita Regnum tributis preſſarunt, ut peius vulnere eſſet remedium. Juſſit primò Philippus 2, (equidem ex conſenſu mercatorum) quod tria per centum ex mercibus ſolverentur, applicata inſtructioni claſſium quæ navigationem à piratis ſecuram redderent; gubernarunt hos reditus conſules (ut vocabant) mercatorũ per quinque, vel ſex annos, in quibus ſtructiſſimas armarunt claſſes; at, eis protinus confuſis cum Regio parimonio præ avaritiâ, rex pecuniis ditior, maria defenſione pauperrima, mercatores decepti remanſerunt. Deinde Vlyſſipponis magiſtratus carnibus, ac vino in urbe vendendis certam impoſuerunt ſummam quâ è remoto loco duci poſſet aqua pro conſtruendo fonte in ſervitium publici; vix ordinatum, *Exactiones pecuniarum intollerabiles.*

ordinatum, cùm Philippus 3, ſibi totum applicans, etiam aquam populis impedivit, ut propriam pecuniarum ſitim extingueret; ſed Philippus 4 adhuc ſitiens, ad totum Regnum impoſitionem extendit, & Vlyſſippone duplicavit. Eodem ferè tempore ſal, qui in maximâ quantitate externis venditur, in plus quam valebat factus eſt tributarius; nec multum poſtea, alia eſt conſtituta exactio (*media annata*) è gratiis à Rege conceſſis (cum quibus expeditiones quoque juſtitiæ involvebantur) ſic exorbitans, ut formidine ſolvendi multi abſtinuerint à juſtis petitionibus, ac oportuerit aliquando concedere abſolutionem ab exactione illâ, quò beneficiarius gratiâ poſſet frui; vidique aliquem recuſantem beneficium ne ſolveret, ſed cogebatur, quia (incautus) petierat; imò cogebantur qui non petierant, veluti decuriores, & ſimiles oppidorum magiſtratus nominati; ita collato beneficio in invitum, ſeu, ut clariùs loquar, appellato beneficio, quod erat ſcelus. Conferebant item parrochiæ pro militibus tributum quod *pilarum* appellabant; erant & alia quæ numerare nemo poteſt ſine lege, ſine æquitate, ſine ratione, vecordiâ, & libidine imperata; ita ut paucis annis plura triplo fuerint, quàm quinque fermè ſæculis apud Reges Luſitanos.

Hæc tributa quæ perpetuum habebant tractum; ſubſidia verò extraordinaria infinita; relationem habeo eorum quæ ab anno 1619, uſque ad 1633 ſunt data, vel potiùs extorta; & ita ait: 610 millia ſcutorum, quæ ann. 619 Regnum dedit Philippo 3, qui tunc venit in Luſitaniam; item 260 millia conceſſa ann. 620, pro claſſe profecturâ in Indiam; iterùm 200 mill. donata à mercatoribus an. 622 pro auxilio Indiæ; alia 200 mill. à Regno ann. 624. pro eodem 3

eodem auxilio; alia 200 mill. à mercatoribus eodem annò pro recuperandâ civitate *Babiæ* in Braſiliâ; item 80 mill. ab eiſdem eodem ann. ad nauim in Indiam: item 50 mill. ann. 1629, pro claſſe in Indiam: item 300 mill. in auxilium Flandriæ: item 260 mill. à mercatoribus ann. 1630 pro auxilio *Pernambuchi*: item 200 à populis pro eodem auxilio: inſuper 70 mill. etiam à populis pro ſocietate Indiæ: item 200 mill. ab Eccleſiaſticis etiam pro Indiâ: item 500 mill. anno 1633 exacta: denique 100 mill. quæ Vlyſſipponenſis camera dedit per varias vices; itaque in his quatuordecim annis, ultra antiquos reditus, (quibus ſolis Regnum olim florebat,) & ultra novos tributorum decurſus in incomprehenſibili quantitate, exacti ſunt, per extraordinaria ſubſidia, tres milliones, ac ducenta, & triginta millia ſcutorum auri; ex quo poteſt argumentari ad annos anteriores; ad poſteriores autem (ſcilicet ab anno 633, uſque ad 640) nullum valet argumentum rationabile, quia ſupra rationem, ſupra fidem, ſupra numerum eſt quod fuit exactum. Inter, alia ingens ſumma à populis pro comparandis armis, quæ tamen nunquam apparuêre.

4 Nec his contenti Regii miniſtri novas parabant tempeſtates, parabatur tributum ſuper frumento, è quo quingenta millia ſcutorum quotannis in perpetuum haberentur. Parabatur antiquas venditionum decimas in quartà parte augere, imò jam in aliquibus villis erant auctæ. Parabatur quintam bonorum partem ab omnibus exigere; parabatur impoſitio ſuper cunctis domibus, quæ vocabatur pecunia caminorum, ſeu ignium; parabatur, in Luſitaniâ (ſicut jam eſt in Caſtellâ) introducere ne proceſſus litium, ſcripturæ contractuum, vel petitiones Regi, aut miniſtris fierent niſi in chartis magni pretii

(quod Fiſco cederet) Regio ſigillo obſignatis; parabantur alia quæ ſpecialiter nominare haud ſcio, verùm affirmatur quod quindecim, vel 20 tributorũ genera iminebant ſimul; petebantur denique ingentes ſummæ à nobilioribus, per Regias literas blanditiis plenas, quæ degenerarunt in minas, cùm illi, præteritis exactionibus inopes, juſtiſſimè ſe excuſabant; memini adhuc minas quibus mi me excuſanti reſpondit Duciſſa Mantuæ quæ agebat, Pro-Regem, gravabatque illas miniſter qui aderat, me tanquam amicus conſulens ne in dando deficerem; ita ut obſtupeſceres videndo blandam Regis epiſtolam (quam adhuc ſervo) converſam in rigorem eximium; hæc denique pendentia decidit libertas quam proclamavimus.

Capiebant reditus ſubditorum.

II. Reges, maximè Caſtellani, ut pecunias cumula- 5
rent, vendiderunt penſiones (quas *juros* vocant) ſolvendas in perpetuum ex reditibus Regalibus; harum multæ ſuper Indiæ vectigalibus conſtitutæ, jam ante annos plures non ſolvebantur in totum; aliæ verò (diverſis reditibus impoſitæ) ab aliquibus annis ſolùm pro parte; & hoc per epiſtolam Regis ad libitum ſcribentis ſe indigere illis pecuniis, ac ſi licitum ei foret rapere aliena ſine maximâ causâ.

Omnia erant venalia.

III. Omnia erant venalia ſed de hoc latiùs dixi *præce-* 6
denti cap. n. 6.

Nemo ſecura habebat bona.

IV. Si miniſtri, ex ultramarinis partibus venientes re- 7
putati divites, donativa offerebant Regi, de optimâ adminiſtratione (quamvis egiſſent peſſimè) laudabantur; ſin minus, licet rectiſſimi, accuſabantur injuſtè; donec argento redimerent cauſam; ita fuit accuſatus, Philippi 3 tempore, *D. Hieronymus de Azevedo* Pro-Rex Indiæ, vir inſignis, qui in conquiſitione ditiſſimæ inſulæ *Ceilam*, fecerat præclara; falsò reputabatur dives; unde nequiens ſe redimere, mortuus eſt poſt annos plurimos in carcere; cùm

tamen juſſu Regio vocatus ad ſupremum Senatum juſtitiæ, ſic promptè ac manifeſtè, cunctis obſtupeſcentibus, excuſaverit ſe, ut totum Tribunal graviſſimum innocentiam ejus publicaverit; at, ulteriùs, rem ſupra fidem narrabo; cum anno (ſi bene memini) 1639, *Didacus Ludovicus de Oliveira*, qui fuerat gubernator Braſiliæ, moriens reliquerit in teſtamento eleemoſynam ſcutorum mille, declarans eſſe, pro cautelâ, ad ſatisfaciendum aliquid ſi fortè acceperat alienum à perſonâ cujus non recordabatur, omnia ejus bona poſt dies quindecim confiſcavit Rex, inde inferens, ex furto proveniſſe; unde exivit ſermo, illum qui bona hæredibus conſervare vellet, debere cavere à relinquendo pia legata; eratque generale, occultare pecunias, non peccata; nam ex illis, non ex iſtis, ſequebatur condemnatio.

8 Immenſa hæc pecuniarum ſumma, (nudato mari claſſibus, terrâ deſertâ exercitibus, arcibus abſque proviſionibus, triumphantibus inimicis, deficiente Regno) conſumebatur in bellis externis, (cum quibus nil commune Luſitaniæ) in donationibus immodicis, in inſanâ gallinarii mole, in apparatu comediarum, ac in rebus ſine nomine ad opes illudendas excogitatis. Circa donationes referam exemplum quod Matritii audivi; Cùm *D. Hieronymus de* —, Villæ, ſeu curiæ depoſitarius promiſiſſet Regi pecunias precibus extortas (nam etiam Caſtellani patiuntur miſerrimè,) ſequenti die ad eum venit *D. Gaſpar de Teive*, Regi valde acceptus, ad recipiendam certam quantitatem quā Rex, de promiſsâ, ei donaverat; cui *Hieronymus* impatiens: Donabā, inquit, indigens neceſſitati Regis, tibi, me ditiori, nolo, vade, & dic Regi; Ecce ad quid ſubditi ſpoliebantur.

Religio, & libertas naturalis concuſſa.

V. Religio erat concuſſa; libertati ſervitus minabatur; de hoc autem ſequentibus capitibus latiùs. 9

Cognoſcere tyrannidem reputabatur crimen.

VI. Crimen reputabatur maximum, aliter ſentire quàm imperebatur; nam etiam ad alligandum arbitrium extendebat juriſdictionem tyrannis. Graviſſimũ *conſcientiæ* Tribunal à Luſitanis Regibus inſtitutum ſanctiſſimè, ut proponeret quod eorum conſcientiæ oporteret, ſi aliquando, debitâ reverentiâ, quicquam advertebat, injurioſis reſponſis afficiebatur; & ne aliquis loqueretur imperio eſt additũ ut in majeſtatis reus haberetur qui vel reſcriberet, vel executionẽ retardaret, quò igitur ſe verterent magiſtratus miſeri, offenſuri divinam, aut humanã majeſtatem? aliqui, ne quibuſdam intereſſent negotiis, ſimulabant invalitudinem, alii affectabant abſentiam, non defuit qui recuſaret munera, omnes denique plorabant. 10

Non tamen multi potuerunt evadere quin detruderentur è loco; nec pauci, (inter quos Antiſtites, ac Dynaſtæ) prætextu conſiliandi Regem, in *Matritum* raptabantur, ut & ſumptibus, & mœrore confecti punirentur, & Regnum maneret tanquam magiſtro ſpoliata navis. Si verò quiſpiam reditum in patriam flagitabat, monebatur ſecretò ut illum compararet pecuniâ, quod faciebat, ac ſi vile mancipium cum Turcis ageret. 11

Miniſtris deterrimis Reſpub. commendata.

VII. Ad prædictorum executionem mandabatur deterrimis juriſdictio; civilia optimorum ingenia, inviſa, ubi cognitum, eos velle more Maiorum æquo jure Rempublicam moderari: Hinc venit quod *Gaſpar* ille primus Regis miniſter (de quo ſuperiori cap. *n.* 9.) duos, verè ſuos, fataliter elegit ſtatus Secretarios, & tyrannidis adminiſtratores; ambo inter ſe duplici affinitate conjunctos, 12

nobilitate

nobilitate minùs quàm medios, naturâ malignos; ſilentio obruantur nomina indigna memoriâ etiam execrandâ. Alter Matritii, alter Vlyſſippone agebant; ambo ſine metu pœnæ, vel infamiæ, malis artibus copioſi, licitum judicantes quod liberet, nullo abſtinentes ſcelere, jam à decem circiter annis divinum atque humanum lacerabant; in cujus remunerationem ex ignotis celebres, ex contemptis metuendi, ex pauperibus ditiſſimi inveniebantur; quâpropter fortunæ magnitudinem peccandi licentiâ metiendo, ea illos ſtimulabat feſtinatio captandi divitias, adipiſcendi honores, ut parum ſibi videretur unum Regnum ad deſtruendum, pro obtinendis proemiis quæ tali facinori parabantur.

13 VIII. Non defuerunt publici Zelatores qui, adverſus pericula conſtantes, *Gaſparem* clam, & palam (datâ magnâ pecuniæ cautione ad probandum crimina,) admonuêre, quos diligebat, ſtatus ruinam properare; ſed fruſtra; nam eos *Gaſpari* nectebat neceſſitudo ſceleris, ac proinde, ut inviolabiles oſtenderet, eo ipſo quòd accuſabantur, honorabat novâ commendâ, vel aliâ gratiâ; quinimò accuſatores perſequebatur privatione publicorum munerum, (ſi quæ habebant) prætextu criminum quæ nec erant, nec opponebantur, & tandem poſt inſtantias longi temporis (in quarum medio moriebantur non pauci) eos declarabat innocentes, vindictâ jam ſatiatus.

Non audiebantur clamores, poſſibile erat remedium.

14 Nec item defuere qui (ſaltem clam) idem monuerint Regem de *Gaſpare*. Sed æquali eventu; hæc enim cauſa mortis *D. Gondiçali de Cordova*, item *Ducis Feriæ*, item *D. Frederici de Toledo*, & aliorum virorum inſignium qui mortui ſunt vel in exilio, vel in carcere. Nempè *Gaſpar*

facilem

facilem Principem, & ſibi pronum decipiebat, ut crederet abſque ope illius, Imperium haud poſſe ſtare; ſicque miniſtro addictus erat, ut non pauci conjicerent ex veneficiis provenire, prudentiores autem tribuebant iræ cœleſti in rem Hiſpanicam. Igitur, monarchâ circumvento, bonos ab illo ſeparabat, pari emenſus dolore honores alienos ac diminutionem propriam, quam timebat conſequentiam neceſſariam; tandem libellum edidit inſcriptum *Libra*, (ſed falſa,) aucta, & imminuta Coronæ trutinantem, in quo non erubuit affirmare longè auctos Imperii fines ope ac conſilio ſuo, fortunata, quin & fortuita in ſui gloriã vertens, infortunata in clariſſimum quemque rejiciens, ex inſignium virorum dedecore ac ruinâ ſibi incrementum affectans, ut unicum Reipublicæ numen ſuſpiceretur.

Oſtenditur tyrannis in ſupra relatis.

Quod ex relatis perfectiſſimè tyrannis reſultet, probat 15
eleganter Bartolus *in tract. de tyranniâ n.28.* ubi ex Plutarcho *de regim. Princ.* proponit, ad cognoſcendnm tyrannum, decem actus; qui (non ſine dolore dico) in præſenti concurrunt. Primus actus: *Potentes, & excellentes homines civitatis perimere, ne contra ipſum poſſint inſurgere:* hoc vidimus *n.11.* Secundus: *Sapientes diſcriminat, ne agnoſcentes mala arguant, & populum contra ipſum provocent:* vidimus *n.12, & 13.* Tertius: *Ne dum diſciplinam, & ſtudiũ perimit, ſed & operatur ne fiant ſapientes, ſemper enim timet per ſapientiam reprehendi:* ſcimus fuiſſe tentatum extinguere inſignem Conimbricæ Academiam, item & alia Philoſophiæ, ac Latinitatis ſtudia generalia; at vero tentans, vel procurans tyrannidem punitur, licet non perfecerit, *ut reſolvit Bart. d. loco n.6.* Quartus: *Quod ſpecialitates, & congregationes etiam licitas non permittit, timet enim ne con-*

tra

tra ipſum inſurgant: certum eſt quod exploratores, de quibus ſtatim dicam, congregationes explorabant. Quintus: *Habet per civitates multos exploratores, cùm enim cognoſcat ſe malè agere, ſemper credit quod homines de eo malè loquuntur*; eſt notoriũ quot fuerint Vlyſſippone exploratores præpoſiti à Comite Duce, ac à duobus Secretariis, quibus tamen tractatus de noſtrâ libertate occultus fuit divinitus. Sextus: *Conſervat civitatem in diviſione, ut quælibet pars de aliâ timeat, & contra eum non inſurgat*; eſt etiam notorium prædictos qui gubernabant, nil efficaciùs curaſſe, quàm inter nobiliores diſcordias nutrire, ſequentes conſilium *Philippo* 2 præſtitum, de quo infra *hoc.lib.cap.*7.*n.* 7. Septimus: *Curat ſubditos facere pauperes, ut ſic occupẽtur circà curas unde vivant, & contra eum non contingat aliud machinari*: hoc clarè vidimus *ex n.*2. Octavus: *Procurat bella, & mittere bellatores ad partes externas, ita quod interim non cogitent contra eum, & quia propter bella homines depauperantur*; quot procuraverint Caſtellani bella norit orbis, quot bellatores Luſitanos miſerint in partes externas, Flandria, Germania, & Italia: ac tangam *d.cap.*7.*huius libri n.*10. Nonus: *Cuſtodiam ſui non facit per ſuos, ſed forenſes, timet enim de civibus*; etiam cùm Philippus 3 in Luſitaniâ fuit, omnem quaſi cuſtodiam fecit per ſuos quos duxerat ex Caſtellâ, expulſis ferè cuſtodibus Domus Regiæ Luſitanæ. Decimus tandem: *Cùm in civitate ſunt partes, ſemper adhæret uni, ut cum illâ aliam fugiat*: vidimus *n.*13, & 14 quomodo adhæreret Princeps uni parti. Hos actus, à Plutarcho, Bartoloque notatos, comprehendunt pauca verba Sotti *de juſt.lib.*1. *q.*5. *art.*3.*poſt med.* inquientis: *Inter Regem, ac tyrannum hac ſolâ ratione intereſt, quòd ille in commune bonũ, hic autem in ſuum privatum*

privatum cuncta refert ; Si unum, vel aliud Caſtellani fecerint videatur ex veriſſimè relatis hoc capite.

Concluſio Creſcebat itaque tyrannis, Rex conſentiebat vel monitus, *ut n.*13, *&* 14; Deus, multorum rogatus lacrymis, differebat cœleſte remedium, ac ſi inculcaret terreſtre ordinarium; ſed hoc quale? quidã violenter aiunt licere cuivis è Republicâ tyrannũ privatim extinguere; de quo diſſerit Div. Thom. 2. *ſent. diſt.* 64. *q.* 2. *art.* 2, *&* *opuſc.* 20. *de regim. Princip. c.* 6, quod tamen ejus interpretes, & alii D D. communitèr intelligunt in eo qui tyrannicè obtinuit Imperiũ, nec cives unquam conſenſerunt in illum; eum autem qui juſtè intravit (ut *in hoc* 2 *libro* ſupponimus, quamvis falsò, Regem Caſtellæ) ſed tyrannicè gubernat, nemo poteſt extinguere, vel ſpoliare, niſi ex publico judicio (excepto caſu, ut quidam volunt, quo perſonam vel bona civis tyrannicè aggrediatur, eſt enim licita defenſio) ita Sotto *de juſt. lib.* 5. *q.* 1. *art.* 3, ſic declarans Concilium Conſtant. *ſeſſ.* 15 ; addit autem quod quamvis forſan de ſummo rigore hoc liceat, non conſilium eſt ſemper, & ſolum poterit locum habere quando extremæ neceſſitati Reipublicæ nullum aliud pateat remedium, & illud certum, ac promptum ſit. 16

Hoc verò nullo caſu probamus Luſitani, quibus propriũ eſt quarto modo nil contra perſonã Principis machinari, ut notant Bozius, atque alii ſup. *in procem* 1. §. 5. *n.* 10, & minùs contra Regem Catholicum, tyrannum effectu, non voluntate, utpote cujus præclara indoles à miniſtris circumventa in ſolâ toleratione peccabat ; imò etiam hodiè veneramur eum, non tantùm reverentiâ debitâ cunctis Principibus, ſed particulari affectu quòd noſtri fuerit ſuperior ſive benè, ſive malè ; has tamen opiniones retuli ut appareat à fortiori 17

quàm

quàm juſta ſit mitior doctrina à Luſitanis ſequuta, excludendi regimen tyrannũ, quã oſtendit naturalis ratio defenſionis *in l. ut vim 3. ff. de juſt. & jur*; item & civilis, quod non toleretur malum regimen illius, qui, è contrario, pro bono fuit elevatus; *ad notata hoc lib. cap. 3. n. 14, & 15.* probat textus *in cap. ſcelus fin. 2. q. 1.* docens, malũ Regẽ, non eſſe Regem; confirmant *Bart. in d. tract. de tyran. n. 33. Additio ad*
18 *Bald. in l. ex hoc jure n. 2. ff. de juſt. & jur*; *atque alii*, vidimus exemplis Tarquinorũ Romæ, ac plurimis notiſſimis. Quin obſtet (ut conſiderat Bald. *loco citato*) quod ſubditi non poſſint derogare juri ſuperioris; Reſpondetur enim non ſubditos eum, ſed ipſum ſuperiorem per tyrannidem ſe privare, *ex tx. in l. 1. C. ubi ſenat. vel clar. ibi: Omnem enim hujuſmodi honorem reatus excludit, ubi gloſa comprobat aliis.* Seu quod, ob tyrannidem eum lex privat, ut loquitur Bart. *proximè, ibi: amittunt dignitatem*; ſicque ſubditi ſe eximentes legi obediunt, vel legis ſunt executores.

19 Iterùm autem memoro ingentem reverentiam Regibus debitam, ut notavi *hoc lib. cap. 4. n. 2*; ob quam non perinde adverſus eos, ac adverſus privatas perſonas judicandum eſt, ſed probatione magis inſigni propter Rei dignitatem, *ad ea quæ Menoch. de arbitr. caſu 116. n. 22. Boſſius in pract. crim. tit. de oppoſit. contra teſtes n. 59*; imò demonſtratione quâ ſit conſtantiſſimum Regimen eſſe tyrannum; quod & advertit Sotto *d. q. 1. art. 3*, eâ tandem evidentiâ quam, ex hîc relatis, habuerunt Luſitani. Nota.

CAPVT VI.

Rex Caſtellæ, ſi eſſet Rex Luſitaniæ, deberet expelli, Catholicæ Religionis causâ.

AD titulum præſentis capitis obſtupeſcet vulgus, quod in Regibus Caſtellanis, cum cognomine *Catholici*, Catholicæ Religionis columnam ſuſpicit; *Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia*, ut ait Marc. Tull. *pro Planc.* at non obſtupeſcent prudentes qui norunt benè quæ dicemus *lib.*3. *cap.*7. & cunctos ſuadebit ſequentium veritas patens. 1

Religionis damna in Luſitaniæ ditionibus ſub Caſtellanis Regibus.

Imprimis; pluſquam notorium eſt orbi, Catholicam Religionem ab inclytis Luſitanis ſeminatam fœliciter, dilatatam mirabiliter, conſervatam gloriosè in Africâ incultâ, in Aſiâ remotâ, in Americâ incognitâ, ſanctiſſimo zelo, plurimis expenſis, incredibilibus laboribus, jam ſub Caſtellanis Regibus, ob hoſtium invaſiones, incuriosè, ignavè, miſerè deficere, marceſcere, deperire; teſtantur in Africâ populi, *Minæ*, ac vicini; in Aſiâ, inſula *Ormuz*, atque aliæ; in Americâ terræ *Pernambuchi*, *Paraibæ*, & plurimæ, ubi altaria prophanata, doctrinæ errores, impietas elevata, clamant, & plorant ludibrium divinæ gloriæ, perditionemque animarum, quibus malis neque dabatur, neque expectabatur remediũ, imò indies creſcebat damnũ cum inimicorum victoriis, ob peſſimum regimen, ac tyrannidem, de quo duobus capitibus præcedentibus. 2

Hæc

3 Hæc nec Caſtellani poſſunt inficiari; at opponent religioſum Principē qui intentione in eventibus non peccavit, haud mereri pœnam, *juxta gloſ. multa citantem, verbo: non videri, in l. ſi ſervum 70, aliàs 71. § amovere de acquir. hær*; ſed reſpondetur deliquiſſe dum, relato malo regimine, & tyrannide, cauſam dedit, *ad l. qui occidit* 30. §. *in hac, cum multis ibi à gloſâ, verbo: videtur, ff. ad leg. Aquil.* Quinimò quamvis inculpâ non eſſet, cùm tamen, quavis ex cauſâ, ſub eo perderetur Religio, potuiſſet excludi, per rationem quæ bonum publicum anteponit privato, *dixi in* 2. *proœm.* §. 2. *n.* 37. *ad fin*; ut factum fuit in exemplo, *de quo eodem* §. 2. *n.* 35. *in fine*.

4 Verumtamen habemus ampliùs, quod gubernantes ſub Caſtellæ Rege, à recto Catholicæ Religionis itinere divertebant Luſitaniam; multum dico, ſed probabo.

Gubernantes pro Rege Caſtellæ divertebant Luſitaniam, à Religione Catholicâ

5 I. Commendæ ordinum militarium cogebantur pendere ſubſidia, & omnes ecclſiaſtici tributa, abſque authoritate Summi Pontificis, agente Pontificem Rege Caſtellano.

6 II. Ex penſionibus (vulgò *juros*, de quibus *præcedenti cap. n.* 5.) deſignatis ad pia opera, & miſſas pro defunctis, pars rapiebatur, unde, ſacrificiis intermiſſis, novo rapinæ inventu, etiam animæ ſeparatæ à corporibus fiebant tributariæ.

7 III. Vacantium Eccleſiarum, maximè Epiſcopatuum differebatur collatio, quouſque inveniretur emptor; nec puduit prætextu publicæ neceſſitatis Epiſcopos aliquando per epiſtolam provocare, ut quantò quis profuſiùs donaſſet, tantùm ad maiores Epiſcopatus, ac honores extolleretur.

IV. Frequens erât Epiſcopos imperioſè ab ſponſis 8
Eccleſiis avocare, in juris divini contemptum; eoſque civilibus detinere implicationibus, abſque ovium curâ balantium præ paſtoris, & paſtus deſiderio; hoc autem vel ut zelus puniretur Epiſcoporum, vel ut ab eis arte qualibet pecuniæ extorquerentur.

V. Prætextu corticis verborum legis nunquam ta- 9
liter executioni mandatæ, vel intellectæ, annua legata (*capellas* nuncupant) auferebantur ab Eccleſiis, quaſi in ſubſidium Regni; coactis religioſis perſonis victum quæritare cum dedecore.

VI. Anno 1639, quia collector Apoſtolicus *A-* 10
lexander Caſtracani Epiſcopus Neocaſtrenſis, ex munere tuebatur conſtanter majeſtatem Eccleſiæ: omni privatus commercio, imò & propriis clientibus, in cubiculo, cum cuſtodibus, clauſus, atroces, inauditas, & incredibiles injurias paſſus eſt; horret animus meminiſſe, vetat pudor recenſere; dicam ſolùm (coactus pro noſtrâ cauſâ,) Angliæ Parlamentum, (cujus principale inſtitutum Romanæ Eccleſiæ bellum inferre) mitiùs ſequenti anno egiſſe cum domino *Roſetti* nunc Cardinale eminentiſſimo, tunc Nuntio Pontificio ad ſereniſſimam *Henricam Mariam* Reginā Magnæ Britanniæ; dū enim prædictus dominus parabat diſcedere, ut Parlamentum voluit, nullâ eſt particulari commoditate privatus, at eâ tractatus reverentiâ, ut interceptas literas ei miſerit idem Parlamentū per manus Marchionis *de la Vieuville* Galli qui Londini erat illâ tempeſtate. Miniſtri autem Regis Catholici Pontificio in Luſitaniâ Nuntio, ultra famulos, non tantū literas, ſed & neceſſariū victū denegarunt per dies multos,

tos, quibus vixit ex paucis bellariis quæ, & aquam in parvulis vaſis, ad eum portabat occultè Vlyſſipponenſis Archiepiſcopus, intrans prætextu negotiorum; quouſque, re cognitâ, hic etiam intrare vetitus eſt; & Apoſtolicus Collector coactus fuit ſitim extinguere aquâ odoriferâ diſtillatâ ex flore myrti, quam in vitro invenit; deinde, cuſtodibus nimiè (non ſine myſterio,) dormientibus, in vicinum *Franciſcorum* monaſterium ſe recepit, unde tandem vi extractus, cum gladiis, & fuſtibus è Regno ejectus eſt.

11 VII. Si quis, vel privatim, tot, ac tanta exorbitantia reprehendebat, non ſolùm deſpectus erat, ſed & Caſtigatus; magiſtratibus enorme crimen ſi cum Regiâ poteſtatem Eccleſiæ comparare ſinerent; & propter hoc fuerunt aliqui in *Matritium* raptati.

12 VIII. Vlyſſippone ſuppoſitâ interdicto, & quibuſdam miniſtris excommunicatis, propter relata ſcelera, neque illi commercio abſtinebant, neque ex parte Regis obſtinatio ceſſabat; procedebant omnia quaſi cenſuræ nil eſſent, nec ullâ via de remedio curabatur; per quaſi duos annos videres Vlyſſippone Londinum, vel Amſtelodamum abſque divinis officiis, cum ſolis veſtigiis derelictæ Religionis Romanæ; quouſque divinâ providentiâ ſereniſſimus JOANNES Regno reſtitutus, tributans debitam Eccleſiæ reverentiam, diabolicos rupit laqueos.

13 IX. Ibatur in ſanctum Inquiſitionis Tribunal veræ fidei propugnaculum fortiſſimum, cum mandatis Regiis in hæreſum favorem, quibus juriſdictio, & libertas ejus lædebantur; non quidem turbarunt puriſſimum procedendi modum; ſed gratiæ debentur inſignium miniſtrorum conſtantiæ, vel, certiùs, bonitati Dei, qui, ut incorrup-

tam

tam apud nos Religionem conſervet, incolume cuſtodit illud Tribunal, cujus utilitatem meliùs comprehendimus qui in aliis provinciis vidimus confuſionem ortam ex ejus defectu, quantumque ſolum Inquiſitionis nomen timeant hæretici, aliter auſuri peſtiferas ſectas ubique ſeminare.

Concluſio Negabit nemo hæc potuiſſe dare occaſionem maxi- 14
mã relinquendi rectũ Chriſtianitatis iter; certè non maiorem habuerunt nationes aliquæ, jam perditæ omninò; Luſitanam verò à Chriſto ſelectam in ſuam (*ut in* 2. *proœm.* §. 2. *n.*5.) vel aliquantulum deviare videtur impoſſibile; attamen quoniam *qui amat periculum, in illo peribit*, ſecundùm Eccleſiaſtic. *cap.*3. *n.*27; meritò Luſitani in ſe non fidentes (ut conſulit Apoſtolus 2. *ad Corinth. c.*1. *n.*9,) deberent excludere ſuperiorem ducentem eos in præcipitiũ; hoc etenim docet omnis ratio, jubet textus *Act. Apoſtol. c.*5. *n.*29, ibi: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*; & comprobat authoritas *Divi Thomæ* 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *verſ. alio modo, Soti de juſt. lib.*1. *q.*6. *art.*4. *poſt princ*; *& aliorum plurium*.

CAPVT VII.

Etiamſi Rex Caſtellæ, Rex eſſet Luſitaniæ, poſſet, in defenſionem naturalem, excludi; quia volebat Luſitanos extinguere.

Conſilium datum Regi Caſtellæ de deſtruendâ Luſitaniâ.

PHilippo 2 Luſitaniæ cauſam machinanti dedit Ma- 1
chiavelli, vel Bodini diſcipulus conſilium in ſcriptis ad

ad uſurpandum, & deſtruendam poſtea Regnum idem; quod conſilium videmus *in fine Manifeſti Luſitaniæ* (non tamen Caſtellani reſpondentes illud auſi ſunt tranſcribere,) *item & in eleganti libello cui titulus; Uſurpatio, Retentio, Reſtauratio Luſitaniæ, & apud eruditum Joan. Salgado de Araujo in Marte Luſitano certam. 3. art. 1.* Fuit vis illius; Luſitaniam per fas, vel nefas occupandam, utpote quæ præcipua eſſet pars ad conſtituendam monarchiam univerſalem, & frænandos (ita loquitur) omnes Europæ Principes; poſt occupatam, deſtruendam, & reducendam in Caſtellæ provintiam, ne timendi occaſionem præſtaret.

2 Propoſuit diabolicus conſiliarius media ad intentum efficaciſſima; quorum referam ſubſtantiam, & inſimul quàm ad unguem Caſtellani Reges ſequuti ſint conſilium. *Reges Caſtellæ ſequuntur illud.*

3 Ad uſurpandum; non pugnandum cum Ducibus Brágantiæ legibus, ſed armis; ita Philippum feciſſe vidimus *hoc lib. 2. cap. 1.* *Media.*

4 Ad deſtruendum; in principio cum Regno agendum ſuaviter ad malam ſuſpitionem tollendam. Eſt notum quibus Philippus 2 uſus fuerit blanditiis.

5 Remunerandos Luſitanos benè affectos erga Caſtellam, ut eos ſequerentur alii ſpe prœmii. Videmus adhuc pauperrimas antea domus, jam ex hac cauſâ ditiſſimas.

6 Regiam Bragantiæ domum extinguendam paulatim. Diligentias pro hoc factas retuli *iſto libro cap. 2. ex n. 18.*

7 Seminandas diſcordias inter Bragantiæ Duces (dum ſupereſſent,) ac nobiles, imò nobiles inter ſe dividendos. Ita fiebat, ut tetigimus *præcedenti cap. n. 15. verſ. ſextus.*

8 Minuendas vires Regni. Sic factum; non ſolùm per exactiones pecuniarũ, de *quo præſenti libro cap. 5. à n. 2*; nec

ſolùm

ſolùm exportando è Luſitaniâ in Caſtellam pluſquam duo millia tormentorum bellicorum, & pluſquam tercentas magnas naves diverſis vicibus; ſed etiam pro derelicto relinquendo hoſtibus ditiones ultramarinas, è quibus Luſitanæ Coronæ procedebat ſubſtantia; ex quâ etiam malitiâ oriebatur in claſſibus negligentia *de quâ eodem hoc libro cap.*4. *n.*10; nec poterunt Caſtellani hoc intentum negare, ad conſpectum contractus longæ treugæ, anno 1609 cum Hollandiæ Statibus celebratæ generaliter pro Regnis & ditionibus Caſtellæ, excipiendo ditiones ultrà lineã æquinoctialem, (ubi omnes ſunt Luſitaniæ,) quò inimici, à reliquis liberati bellis, poſſent fortiùs Luſitanas opes (ut fecerunt) invadere. Fuertes Biota *in appendice Antimaniſeſti,* negat exceptionem; & ad probandum eodem modo 9
actum cum ditionibus Luſitaniæ, ac Caſtellæ, producit articulos quibus prohibitum Hollandis commercium in ditionibus extra Europam, quod (ait) comprehendit æquè multas in Americâ Caſtellanorum; ſed argumentatur, ut ſolet, cavilloſè, vel ignoranter; bellum etenim differt à commercio; hoc fuit Hollandis in Americâ denegatum, quia Hiſpaniarum Reges nunquam admiſerunt, nec admittunt hodie, extraneos etiam amicos in ditionibus extra Europam; quinimò ſtantibus Luſitanis ac Caſtellanis ſub eodem Rege, utraque natio intra propriæ Coronæ ditiones continebatur; inde tamen non ſequitur bellum etiam in eiſdem partibus; ut omnibus patet; in treugâ verò, de quâ loquimur, expreſsè fuit declaratum, manere bellum in terris, & maribus ultrà lineam, ubi Luſitani omnia, Caſtellani nil habent; eorum quippe Occidentales Indiæ ſunt ex hac lineæ parte; vel ſi Luſitanorum ditiones

nes non erant exceptæ, quorſum, abſque rupturâ treugæ, permittebat Rex Caſtellæ eas ab Hollandis in Aſiâ infeſtari? peius ſanè; undequaque ergo convincitur præcipuum Caſtellanorum fuiſſe intentum, Luſitanarum rerum ſtragem.

10 Proſequebatur conſiliarius prædictus; nobiliores, & generoſiores Luſitanorum, prætextu belli, vel alio, in longinquum exterminandos; fuerunt equidem exterminati, jam prætextu bellorum, *ut cap.*5. *n.*15. *verſ. octavus*, jam alio, *ut ibidem n.*11.

11 Concludebat; Regno ſic exhauſto, & in extremis poſito, excludantur Luſitani à publicis muneribus, quæ Caſtellanis, item & eccleſiaſticæ dignitates, conferantur. Hoc jam incipiebat, ut vidimus *præſenti lib. cap.*3. *n.*2,3,6,*&* 7.

12 Reſtabat per edictum (nam effectu jam erat) declarare, Luſitaniam Caſtellæ provintiam, contra juramentum de quo ſupra *d. c.*3. *n.*13; ut apud nos etiam curreret æris Caſtellana moneta, quâ populos deſtruit avaritia Regalis. Hoc ultimum & mortale vulnus ficto enſe Juſtitiæ infligere voluit Tyrannis, quò malitioſiùs peccaret ſub probitatis pallio; juſſit ergo primus Regis miniſter (quem retuli *cap.*4. *n.* 9.) quendam Joannem Caramuelem, uſque ad illud tempus ignotũ, ſcribere latinè, anno 1639, librũ, verè libellum infamatorium, cui titulus: *Philippus prudens Luſitaniæ, &c. legitimus Rex demonſtratus*, in quo non tantùm ſexagenariam Philippi detentionem, antiquis & jam refutatis argumentis curavit juridicam oſtendere; ſed principaliùs incubuit vano ſtudio probandi, omnes Luſitanos Monarchas fuiſſe tyrannos, omnes Caſtellanos, veros Luſitaniæ Reges, proindéque Luſitaniam non ſepara-

Zzz tum

tum Regnum, at ſemper Caſtellæ provintiam. Erat ſcriptor ignobilis, ignorans, undequaque obſcurus, nullius nominis, aut momenti, nullius penitùs authoritatis, ut vidimus latiùs *lib.*1. *cap. ult. à n.*19; verùm miniſter ille, qui operabatur per deterrimos, (ut dixi *cap*5. *n.*12,) ad quod cunctorum malignantium etiam in remotis provintiis degentium, habebat notitiam, hunc ſelegit agentem in Flandriâ; quia ad intentum, nullum plus inſanum, plus audacem, plus ſceleratum, ſine conſcientiâ, ſine pudore, invenire potuit. Noverunt Luſitani, libelli finem eſſe, legitimam fingere eorum ſervitutem; & graviùs, quàm ſervitutem, videbant ſæviſſimè calumniatos Principes quos non ſolùm recordabantur Reges, ſed patres; mirabantur Caſtellanum Philippum 4 tolerare nefanda ſcripta, infamantia ſplendorem nationis, dignitatem Regni, & honorem illorum quos avos agnoſcebat; unde inferebant animum ejus qui, ut illos perderet, injurias proprias non recuſabat.

Luſitanorum libertas adimebatur.

13 Vnione à Caſtellanis prætensâ, adimebatur Luſitanis (ultrà gloriã inclyti regni) non ſolũ jus civile de quo ſupra *c.*3.*n.*13, ſed & gentium, imò naturale, quod gentibus diviſit dominandas provintias, ac unamquamque nationẽ dominã fecit eorũ quæ juſtè acquiſivit, *ad l. ex hoc jure ff. de juſt. & jur*; facit illud *Pſalm.*113. ibi: *Terrã autẽ dedit filiis hominũ*, id eſt, non totam uni, ſed omnibus; non totam unicæ nationi, ſed multis; at eſt in comperto, Luſitaniâ Caſtellæ unitâ, Caſtellanos (ut jam incipiebant facere apud nos, & à multis annis faciunt in Galleciâ) dignitatas, officia, commendas, honores, omne denique uſurpaturos; Luſitanos autem in terrâ, naturali ſorte ſibi datâ, in Regno, proprio ſanguine conſtituto, pauperes, miſeros, & abjectos fore,

illis

illis tandem ſervientes quibus dominarunt toties, & in quorum dominos natura eos creavit.

14 Hoc ſuppoſito intrat regula quod vim vi repellere licet, *l. ut vim 3. ff. de juſt. & jur*; quā etiā in vi à ſuperiori illatâ procedere probat Ludovicus Carrerius *in pract. crimin.* §. *circa n.* 27; & patet, quoniam qui vi agit contra utilitatem ſubditorum, tyrannus eſt; *Soto de juſt. lib.* 1. *q.* 5. *art.* 3. *poſt med*; tyrannis autem non parendum, *ut hoc lib. c.* 3. *à n.* 17. quia non ſunt ſuperiores, *ut ibidem*, licuit ergo Luſitaniæ Caſtellanum abdicare dominio, tanquam medium ad naturalem defenſionem neceſſarium. *Concluſio*

Conſtat igitur præſenti 2 libro, quod etiam ſi Caſtellæ Reges haberent prætenſum jus ad Luſitanam Coronam, amitterent illud, occupantes violenter, *ut cap.* 1; detinentes injuſtè, *ut cap.* 2; regnantes infideliter, *ut cap.* 3; regentes malè, *ut cap.* 4; dominantes tyrannicè, *ut cap.* 5; offendentes Religionem, *ut cap.* 6; & reducentes Regnum in ſervitutem, *ut cap.* 7.

Finis Libri ſecundi.

VSQVE QVO, DOMINE, CLAMABO, ET NON EXAVDIES? VOCIFERABOR AD TE VIM PATIENS, ET NON SALVABIS? QVARE OSTENDISTI MIHI INIQVITATEM; ET LABOREM, VIDERE PRÆDAM, ET INJVSTITIAM CON-

TRA ME? ET FACTVM EST JVDICIVM, ET CONTRADICTIO POTENTIOR. PROPTER HOC LACERATA EST LEX, ET NON PERVENIT VSQVE AD FINEM JVDICIVM: QVIA IMPIVS PRÆVALET ADVERSVS JVSTVM, PROPTEREA EGREDITVR JVDICIVM PERVERSVM.

Habacuc. cap. 1.

Liber Tertius
LUSITANIAE LIBERATÆ.

NARRAT
Factum reſtitutionis ad legitimum Regem *JOANNEM* IV.

DEMONSTRAT
Nullam obſtiſſe præſcriptionem, vel juramentum.

CONCLUDIT
Luſitanorum libertatem, jure acclamatam, victoriis jam ſtabilitam, toto applaudente Orbe.



In tempus vigilo, simulans dormire; neq; ullum
Iam timeo Alcidem, Lysius arma colens.

Liber Tertius
LVSITANIÆ LIBERATÆ.

CAPVT I.

Nobiles Luſitani cogitant, ac loquuntur de patriæ remedio, & concludunt ſe liberare à Caſtellanis.

1 REM aggredior majeſtate plenam, mirandam cogitatu, inauditam eventu; poſcebat parem orationem, grandiloquum ſtyllum gentis noſtræ pulcherrimum facinus; verùm nec mundus minor quòd in parvâ delineetur tabellâ, nec ſol obſcurus quòd rudi figuretur penicillo.

2 Igitur, Luſitanâ Republicâ peſsùm datâ, Religione, (quod præcipuum) offensâ, virtute oppreſsâ à malitiâ, jure iniquitati ſerviente, nobilitate venditâ, viribus belli fractis, exhauſtis opibus, intercluſo commercio, gloriâ denique pereunte, & his indies creſcentibus calamitatibus; Luſitani,(quibus unum illud ſupererat vitæ indicium, quod dolorem ſentirent) de tot malorũ remedio cogitabant; maximè nobiliores, quibus ſpecialiùs incumbit communis utilitatis ratio. *Luſitani de remedio cogitant.*

Sed

Sed quid poterant, ubi ne gemitus quidem liber erat? 3
novo cruciandi inventu gaudere in damnis imperatum; unde vox, erumpens in querellam, torquenda in adulationem; nec ſatis erat vulnus non fugere, niſi adoraremus vulnerantem; nil ergo cogitationes valebant, non reducendæ ad externum actum.

Loquuntur inter ſe.

At nullam ſperare ſalutem, fuit miſeris una ſalus; ſatiùs 4
ducentes mori, quàm dolere, inceperunt inter ſe conferre injurias, abominari ſervitutẽ, remediumque agitare *D. Michael de Almeyda, D. Antonius Dalmada, Petrus de Mendoça, Franciſcus de Mello* Venator maior Regis, & *Georgius de Mello* ejus frater, clariſſimi ſanguine, capaces prudentiâ, maturi annis; vix memoraverim quis horum primus auctor; omnes uno corde tentarunt rem, pari virtute, pari gloriâ, digniſſimi venerandâ memoriâ immortali. Viros illos, ex illuſtrioribus, ſed non potentibus ſtatu, elegit Deus inſtrumentum pro tanto opere; ut ejus fundamentum eſſet illuſtre, progreſſus autem ſoli Divinæ potentiæ deberetur.

Obſtabat primordiis difficultas perficiendi opus, conſiderato debili ſtatu Regni adverſus potentiam Caſtellani; iverunt quidam ex nominatis, (inter quos *D. Antonius Dalmada*) ad conſultandum *D. Gondiçalum Couttinho*, (qui, præ ſenectute, jacebat in lecto,) magnæ authoritatis virum, utpote qui magna publici munera admiaiſtrarat, multúmque fidebant de ejus expectato judicio, ac zelo erga patriam; laudavit ille intentum, ſed perdifficilem judicabat executionem; tandem, negotio diſcuſſo, ſtrenuè deliberarunt, diù jam ignaviâ peccatum; datum nimium Caſtellanæ ſuperbiæ, pluſquàm nimis patientiæ Luſitanæ, nil

nil proficere tolerantiam niſi ut duriora imperarentur; ſatiuſque generosè mori, quandoquidem erat moriendum.

6 Pro libertatis inſtrumento præcipuo, facilè ſeſe offerebant omnium animis sereniſſimus JOANNES Dux Bragantiæ, Princeps gentilis, Luſitanæ Coronæ verus hæres, prudentiâ par moli, magnanimitate inſignis, virtutibus clarus, corpore validus, ætate florens, ditatus ſobole, dilectus populo, tanto denique operi adæquatus; ocurrebat tamen, quod inopiâ virium Regni poterat eum à negotio divertere, ne periculo exponeret magnum quem poſſidebat ſtatum.

7 Quâpropter nonnullis veniebat in mentem, conſtituere Rempublicam, ſi Princeps ille ſceptrum recuſaret; verùm evanebat ſtatim hæc cogitatio; non enim permittebat generoſitas minuere Regni dignitatem; nec, ſi permitteret, poſſet taliter ſuſtineri ſtatus ex igneis conſtans ſpiritibus, qui, plurium reſecatâ expectatione, ab uno ſupremè, ac promptè debent gubernari; ſic nunquam maiores noſtri agnovêre niſi monarchicum regimen, unde nec communis favor obtineretur ad aliud; ſciebant fore facilius quemlibet è populo eligere in Regem; judicantes monſtruoſum corpus civile habens multa capita.

8 Ergo concluſum eſt Regem omninò facere; & hunc ex Bragantinâ Domo, in quam, quaſi in centrum, omnium deſideria tendebant naturaliter; &, ſi oporteret, vi ſuavi cogendum Ducis Primogenitum avitam Coronam accipere; ſed nemo poterat ſuaderi magnanimum patrem, naturalem hæreditatem deſerturum, ſuorum gemitibus ſurdum fore, vel pericula vitaturum pro redimendâ Regni vitâ; hæc eos animabat fiducia, eſſe impoſſibile quod

Concludunt ſe liberare à Caſtellanis.

verum caput membrorum dolores non ſentiret.

Hæc pro humanis deliberata voluerunt proceres illi juſtificare in conſcientiâ; accedunt ad illuſtriſſimum, & reverendiſſimum ſanguine, ac dignitate *D. Rodericum da Cunha*, Archiepiſcopum Vlyſſipponenſem, cujus ſcientiam oſtendunt impreſſa volumina, & Chriſtianas virtutes teſtatur modeſtia quâ ſæculares contempſit honores oblatos à Rege Caſtellano; ei rem aperiunt gerendam dummodo à lege divinâ non deviaret; ſe venire tanquam ad oraculum, ut ſcirent an (ut putabant) licitum; precarique per amicitiam, per officium, per Deum, ut quid in foro interiori conveniret eis palàm faceret. Obſtupuit religioſus vir; &, poſt brevem ſuſpenſionẽ, ex eccleſiaſtico munere curavit eos ab intento divertere, proponens difficultatem effectus, damna belli, quamvis fœlicis; quare aliam tentandam viam quæ ſuaviùs mederetur malis; cui illi: non petimus conſilium pro corpore, ſed pro animâ; hæc ad te ſola ex officio paſtorali; id quærimus an quod intendimus peccatum contineat? quod reſponderis multùm proderit, vel nocebit alteri parti; hoc agnoſcens indica nobis, per Deum vivum, rei veritatem. His ille ſic reſpondit inſtantiis: Non poteſt negari, Regnum hoc à Philippo 2 uſurpatum, à quarto injuſtè detentum, pertinere clariſſimè ad Ducem Bragantiæ; qui pro hoc pugnaverit, juſtitiam defendet; ſed iterùm, atque iterùm vos moneo, ut meliùs conſideretis priuſquam aggrediamini. Hoc nobis ſatis, inquiunt illi, & diſcedunt læti, tanti viri teſtimonio confirmati. 9

CAPVT

CAPVT II.

Agunt nobiles cum Bragantiæ Duce; aſſentit Dux juſtis eorum votis; augetur numerus conjurantium egregiè; diſponitur executio facinoris præclari.

1 STruebat jam Deus noſtram libertatem; impulit ergo Caſtellanum Regem committere in Luſitaniâ regimen armorum ſereniſſimo Duci JOANNI, quaſi occaſiones imminentes ope indigerent tanti Principis; intentum autem duplex erat; oſtendere, obtemperantem eſſe ſubjectum, &, per executionem malorum ordinum, populi ei odium acquirere. Sed in verticem Authoris cecidit iniquitas; Dux enim, ex oppido *Villaviçoſa* Bragantinorum curiâ celebri, veniens *Almadam* (oppidum eſt propè Vlyſſipponem ex aliâ parte Tagi fluminis) ita nobilibus eum ſalutantibus, & miniſtris ei obedientibus benignus, prudens, cunctiſque dotibus adornatus apparuit, ut novum fuerit incitamen rationibus priſtinis; quare Vlyſſipponem ſemel ingrediens, (pro viſitandâ Duciſsâ Mantuæ agente Pro-Regem,) non ſolùm Regali quo ſemper eſt uſus comitatu, ſed Procerum, & Magnatum Regni obſequio, magis, quàm Dux, viſus eſt Rex, ac ſimul pater filiali acclamatione totius populi, qui, mirabili applauſu, excepit eum triumpho magnifico; quod videns Marquio *de la Puebla* Caſtellanus, publicè maledixit conſulentibus

Regem, inquietare, & oculis omnium offerre Principem ab omnibus adeo dilectum.

Agunt nobiles cum Duce.

Incitatis potentiis objecto deſiderato, quidam ex præ- 2
nominatis Proceribus (diviſim temporibus diverſis, ne ſimul euntes darent ſuſpitionem) Ducem allocuti ſunt taliter: *Satis conſtat, clariſſime Princeps, te, ac Theodoſium patrem tuum diutius recuſaſſe Coronam, quàm alii, ut eam acquirerent, certarunt armis; ſed jam eſt tempus quo liquebit non tam accepiſſe te beneficium, quàm dediſſe; Reſpublica noſtra tot malis concuſſa ad te confugit, cui ſoli contigit ut pater patriæ eſſes antequam fieres; quod tuum eſt Imperium ſuſcipe, tuere; verùm quem agnoſcimus Regem, agnoſcamus vindicem, & clamet Æternitas juſtitiæ defenſorem.* His ille, ratione victus, reſpondebat, gravi vultu, paccatoque animo; *Video equidem Reipublicæ nutationem, patriæ periculum; & à pueritiâ non mihi, ſed Luſitaniæ arbitratus ſum natum; exiſtimo tamen commodum pro remedio tempus non adhuc veniſſe*; vel, quaſi divinitus, fatale expectabat tempus, vel noluit in Caſtellanum convertere quæ tunc per illum regebat arma; ſed, illis dimiſſis, uti propriis, ut nil in opere tanto eſſet inglorium. Miretur orbis animum ſine ambitione, moras nectit Coronæ oblatæ, non proprius amor, ſed aliena utilitas eum ducit; ideò nonvult quando libet, ſed quando oporteat.

Viſo corde JOANNIS in reſponſo, illi jam he- 3
roes animoſiùs tractabant; & ſæpiùs conferebant in locis variis. Audivi ab eiſdem, multoties, in conferendo, conſideraſſe, temeritatem videri incœptum; nilque ex eo, ni ruinam, poſſe ſperari; & in hoc concordes aliquando diſceſſiſſe, ne ampliùs de negotio agerent; at protinùs in-

quietabat

quietabat eos inſpiratio ſuperna jubens progredi, nec poterant non congregari iterum, fatentes unanimiter vi quâdam duci; donec tandem decreverunt non deſiſtere, quaſi credentes, Dei eſſe mandatum.

4 Interea nobiliſſimi Cataloni, jam anteà à Caſtellano in antiquis privilegijs offenſi, tyrannide laceſſiti novâ, intolerabile excuſſerunt jugum, glorioſi vindices libertatis, & horrendi ſacrilegii à Caſtellanis militibus impunè patrati: vocabant protectorem, & dominum Ludovicum XIII Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, *juſtum* meritò cognominatum; quápropter Catholicus Philippus omnes coadunans vires, ut illis obſtaret principiis, quærebat præcipuas in Luſitaniâ. At noſtri, præteritis injuriis malè affecti, ac recenti violentiâ oppreſſi ut pro naſcenti bello ſucurrerent, facere recuſabant, eò fortiùs quòd foret pugnandum adverſus nationem à longiſſimo tempore amicâ, & quæ æquâ, imò noſtræ ſimilem, defendebat cauſam. Hac habitâ occaſione preſſuræ propriæ, & noviſſimæ occupationis Caſtellani, menſe Octobris anni 1640. *D. Michael de Almeyda* invitavit *Joannem Pinto Ribeiro* (Vlyſſippone agentem negotia Bragantini Ducis) ut conveniret in viridarium *D. Antonii Dalmada*; convenerunt etiam (ultrà *Dalmadam*) *Petrus de Mendoça*, *Franciſcus de Mello* venator maior, ac *Georgius de Mello* ejus frater; communicatoque intento *Joanni Pinto*, cujus cùm fidelitate prudentiam habebant compertam, ab eo petebant ut proficiſceretur *Villaviçoſam*, quò ultimam Ducis reſolutionem caperet; verùm ille prudenter advertit, ſe poſſe eũdo ſuſpicionem gignere, & commodiùs hoc faciendum per ipſum *Petrum de Mendoça*, qui aliàs ire ſolebat ad *Mouraõ* illius Provinciæ oppidum

Dux aſſentit nobilium votis.

oppidum, cujus erat, ac eſt Præfectus.

Sequuti ſunt omnes conſilium rectum ; & *Mendoça* 5
promptus executor, invenit Ducem venantem in ſylvâ celebri, quam *Tapada* vocant; atque in ipſo campo eum fuit allocutus ; & princeps ille, (nil oblitus eorum, à quibus amabatur) quæſivit, inter alia, de valetudine amicorum ; tunc *Petrus de Mendoça* ait: *Ab illis, Domine, ſum miſſus, ut tibi repræſentem, nec Regnum moriens, nec amorem ſubditorũ ardentem, nec occaſionem tranſeuntem moram pati ; veni, & regna nobis.* Dum hæc diceret ecce Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus *D. Emanuel de Cunba* Epiſcopus Elvenſis ingrediebatur ſylvam, ad eundem Principem viſitandum ; quare *Mendoça* breviter reverſurus abiit in oppidum *Mouraõ*, quò fingebat principale ſe iter facere. Rediit non poſt multos dies ut haberet reſponſum, quod fuit tale. *Intra triduum* (dicebat Dux) *ibo in cœnobium Serradoſſa* (ſic appellant cœnobium heremitarum Sancti Pauli) *ubi convenient pro alio negotio Marchio Ferreiræ, & Comes Vimioſi* ; (erant hi & Regio ſanguine, & amicitiâ ei conjuncti) *de hoc etiam cùm illis agam; & mittam ad vos reſponſum ; interim eſtote bono animo.* Notetur iterùm quàm differebat accipere propriam ſibi oblatam Coronam, cùm alii temerè alienas non dubitent uſurpare ; ſed, quòd benè imperaturus erat, dubitabat imperare.

Augetur numerus egregiè conjurantium.

Hoc audito reſponſo Proceres patriæ liberatores, ſpem 6
conceperunt maximam, & paulatim augebatur numerus egregiè conjurantium. Ibat ſemel *D. Antonius Dalmada* in Ducis palatium Vlyſſipponenſe, (quò noctu per diverſas vias convenire ſolebant, ſine famulis equitantes quaſi deambulatum) cùm *Ludovicus de Mello* janitor Regis

maior

maior ei obvius in plateâ, inquit: quò vadis noctu, ſolus, & ita privatus? finxit ille negotium; ſed *Mello* iterùm: omninò te comitabor; putas ne mihi ignotum quò vadis, & quid ſimul intentetis amici? ſcio equidem; ac valdè miror, quod non faciatis participem, quem noſſe debetis ex primis in bonum patriæ; obſtupuit *Dalmada* revelatum ſecretum, (quod ſolus ſpiritus, quaſi vaticinans, *Mello* revelaverat) tunc, nec potens negare rem, nec ſperare à viro undequaque egregio, niſi opem optimam, eum cæteris jucundiſſimè aſſociavit. Sic acceſſerunt proprio allecti zelo, non rogati, ſed quaſi divinantes intentum, *D. Antonius de Meneſes* primogenitus Comitis *Cantanhedi*, (hodie jam Comes,) *Antonius de Saldanha*, *D. Antonius Maſcarenhas*, *Triſtanus de Mendoça Furtado*, *D. Gaſtonius Couttinho*. Idem *Dalmada* conſolabatur *Martinum Alphonſum de Mello* Præfectum arcis civitatis *Elvenſis*, in obitu filiolæ; ille autem, inter dolorem paternum, magis dolebat obitum patriæ, de quo loqui non ceſſabat; unde putavit *Dalmada* melius ei allaturum ſolamen ſi rem gerendam aperiret; ſed impeditus à ſubitò venienti amico, ſequenti mane cum D. *Antonio de Meneſes* (occurrente in viâ) rediit ad *Martinum Alphonſum*, qui, cognito præclaro intento, non ſolùm ſe illi generosè dicavit, ſed etiam promiſit opem ſoceri ſui *Petri da Silva* Comitis *Sancti Laurentii*, eandem namque agnoſcebat in eo generoſitatem. Simili modo venerunt in idem (nominabo fugiens præcedentias, ut jam in nominatis fugi) *Thomas de Souſa*, Dominus *Gouveæ*, (qui in occaſione quâ Dux viſitaverat Duciſſam agentem Pro-Regem, circa publicam cæremoniam, contra Duciſſam, & conſequenter contra ipſum Regem, generoſitate inſigni, ac non ſine periculo, præclarum ſtudium in Ducis obſequium fœliciter oſtentarat,) D. *Antonius Tello de Meneſes*, D. *Rodericus de Meneſes*, ſecundogenitus Comitis *Cantanhedi*; *Triſtanus da Cunha, de Attaide*, Dominus *Pavolidi*; D. *Hieronymus de Attaide*, Comes *Attouguiæ*; *Joannes Rodericus de Sâ*, Cubi-

cularius

cularius Regis maior, primogenitus Comitis *Penaguionis*, hodie Comes; D. *Joannes da Coſta*, D. *Franciſcus de Souſa*, nepos ex frate, ac hæres Comitis *Prati*, hodie jam Comes; *Rodericus de Figueiredo*, D. *Thomas de Noronha*, & D. *Franciſcus de Noronha* ejus frater; *Arias de Saldanha*, *Ferdinandus Telles*, & *Antonius Telles da Silva* frater ejus; D. *Antonius Pereira* patruus Comitis *Feriæ*; (quamvis hic in acclamatione abſuit,) *Michael Maldonado*, ac alii; ita ſe proceres offerebant ad opus deſideratum.

Tunc ut communis favor certiùs haberetur, decreverunt ſecretũ aperire aliquibus qui apud populũ maiori pollerent authoritate; exque omnibus ſelecti ſunt *Franciſcus de Lemos* faber argentarius, & *Hieronymus Correa* faber ſcriniorũ, qui, in adminiſtratione munerũ plebis, capacitatẽ oſtentarant judicii, & zelũ publici generali applauſu; hi, re auditâ à *D. Antonio Dalmada*, non dubitarunt populũ habere propitiũ; tentarunt tamen animum aliquorum ſummâ cum dexteritate, &, juſtis eorum deſideriis cognitis, nobiles iterum confirmarunt. 7

Quia verò ſecretum jam verſabatur inter plures, quamvis inſignes fidelitate; ſeniores, quibus rei ſumma erat tradita, (& qui, *ut aliàs dixit Marc. Tull. Philip.* 4, non ſolùm animosè, & fortiter, ſed conſideratè etiam, ſapienterque fecerunt,) ordinarunt, quod omnes ſe armis pararent, ut ſi fortè, habitâ rei notitiâ, miniſtri Regis capturam alicujus, vel aliud novi tentarent, ille ſe defenderet, cæterique ſuccurrerent, ſtatim proclamantes Regem legitimum, ac libertatem. 8

Interim Bragantinus Princeps negotio (ut promiſerat) communicato Marchioni *Ferreiræ*, & Comiti *Vimioſi*, (hodie Marchioni de *Aguiar*,) item *Antonio Paes Viegas* ejus à ſecretioribus Secretario, cujus conſilio fideli, & fidelitate prudenti utebatur in arduis, vocavit ex Vlyſſippone *Joannem Pinto Ribeiro*, in principio menſis Novemb. an. Dom. 1640; per quem reſpondit Proceribus: quod ſiquidem illi, pro patriâ, & pro ipſo, ſe exponebant periculo, ipſe quoque pro patriâ, ac pro illis, volebat experiri eandem fortunam; ſignarent 9

diem quâ Vlyſſippone proclamaretur libertas, ut ipſe ſimul in oppidis ſibi devotis proclamare faceret.

10 Audito reſponſo, 21 die ejuſdem menſis, qui præcipui, cæterorum conſenſu, rem agebant, cœperunt in Ducis palatio (ubi *Joannes Pinto* habitabat) ſæpiùs convenire, ad conſultandum. Tractatum imprimis, an expediret, Ducem priùs in *Eboræ* civitate, Regni ſecundâ quam habebat proclivem, acclamari Regem; ac inde Vlyſsipponem venire manu armatâ? hoc tamen reprobatum; quoniam, re cognitâ, Caſtellanorum factione unitâ, civilia bella oriebantur; unde incipiendum à capite, Vlyſſippone ſcilicet, hoc enim reducto, & membra reducebantur. At iterum, pro capite reducendo, altercabatur, an conveniret, Ducem appropinquare Vlyſſipponi, ut, in medio commotionis, ejus ſaltẽ umbra dubios vinceret, ac amicos confirmaret? Sed hoc ſimiliter reprobatũ eſt; nam, ſi Dux cõmitatus veniret, apparatus producebat ſuſpitionẽ, & hæc armabat contrarios; ſi ſine comitatu, exponebatur periculo vita ex quâ omnium pendebat ſalus. Fuit ergo reſolutum Dominicâ die 25 menſis nominati, Duce *Villaviçoſæ* manente, Vlyſſippone rem agere die Sabbati primâ Decembris illius anni 1640, mane poſt horam octavam;

Diſponitur executio.

11 de quo eundem Principem certiorarunt. Noctibus ſequentibus collatum de modo; & maior difficultas erat de arce milite Caſtellano munitâ, quæ bellicis tormentis poterat damnum facere; quare quibuſdam viſum deberi priùs occupari à fortiſſimis viris intrantibus (ut ſolebant) prætextu viſitandi nobiles quibus erat carcer; Sed, conſiderato dubio eventu, fuit concordatum, ante omnia tractandum de palatio Regio, ibique capiendâ Pro-Rege

Mantuæ Duciſsâ, & cæteris miniſtris ſuperioribus, unde totius urbis reductio ſequebatur; ipſamque Duciſſam coactam imperaturam arcis præfecto ſe tradere; quod ſi vel illa, vel ille nolet, facilè poſſe impediri vias, ut victus defefectus vinceret præſidiarios; nec eos auſuros quidquam mali facere tormentis bellicis, ſcientes fore impoſſibile vindictam evadere. Ordinata ibi plura quæ meliùs apparebunt in executione; inter alia illud principale quod Secretarius Vlyſſippône agens (de quo *præcedenti lib. cap.* 5. *n.*12.) occideretur ob notoria delicta contra patriam; quò populus approbaret actionem incipientem à juſto ſupplicio hominis ſcelerati. Nec defuit qui proponeret idem adverſus alterius diœceſis prælatũ Vlyſſippone tunc degentem, quòd gubernantibus acceptus eſſet, unde oriebatur timor ne authoritas ejus pugnaret pro Caſtellanis; verùm *D. Antonius Dalmada*, cui cæteri facilè aſſenſerunt, advertit, juſtiſſimum facinus non deberi ſanguine maculari ſacerdotis; ſic cuncta æquitas gubernabat. 12

Ergo (ut fuerat diſpoſitum) maiores à conſiliis declararunt reliquis, ſequentis Sabbati diem deſtinatam eſſe operi, poſſeque, ac debere fideles convocare amicos, ut laborem, & gloriam participarent. Audierunt illi jucundiſſimè nuntium, cujus dilationem adeo impatienter ferebant, ut aliquando ſenioribus opportuerit ſe apud illos de morâ excuſare. Tunc invitati fuerunt *D. Carolus de Noronha*, vir titulis multis magnæ authoritatis; *D. Alvarus de Abranches*, qui, intra biduum profecturus in *Marzaganum* arcẽ Africæ, (cujus erat nominatus Præfectus,) non dubitavit ſiſtere ut intereſſet actioni quam intellexit à conſanguineo *D. Antonio Dalmada*; *Eſtephanus da Cunha* deputatus 13

tatus Tribunalis Inquiſitionis, *Emanuel de Mello*, *D. Petrus da Coſta*, *D. Antonius da Coſta*, *D. Antonius de Alçova*, *D. Ferdinandus Telles de Faro*, *D. Antonius da Cunha*, *Joannes de Saldanha de Noronha*, *Joannes de Saldanha da Gama*, *Sanctius Dias de Saldanha*, *D. Paulus da Gama*, *D. Alphonſus de Meneſes*, *D. Emanuel Rolim* dominus *Azambujæ*, *Joannes Nunes da Cunha*, *Andreas de Albuquerque*, Præfectus arcis *Sintræ*; *Petrus Guedes de Miranda*, primogenitus Equiſonis maioris Regis; *D. Ludovicus da Gama* Archidiaconus in Sede Vlyſſipponenſi, *Gaſpar de Britto Freire*, aliique ex principalioribus Regni, qui, ad executionem promptiſſimi, rem audiebant quaſi cælitus datam. Eodem modo eam audirent cæteri pene Regni Magnates; ſed longæ ab Vlyſſippone abſentiæ eos privarunt optatâ fœlicitate; quippe tale negotium, neque literas, neque nuntios permittebat: inter præſentes ſecreto ſummo tractandum. Aberat in oppido *Monſanti*, ejuſdem comes, qui poſtea eventum celebravit demonſtratione *de quâ infra c.3. n.*34, & maximis expenſis quas applauſit Gallia eum, jam Marchionem de *Caſcaes*, videns Legatum hoc anno 1644. Aberat in oppido *Vidigueira* ejuſdem Comes *D. Vaſcus Ludovicus da Gama*, cujus fidelitas & conſilium de primis foret, ut eſt hodie in legatione quam egregiè exercet in Galliâ. Aberat ſimul cum eo Comes de *Calheta* ejus affinis, in quo ſimilis ſpes reponebatur. Aberat in *Alvito* Baro ejuſdem oppidi; item alii in aliis. Aberant multi in curiâ Regis *Philippi*, ut tetigi *lib. 2. c. 5. n 11, & infra lib. 3. c. 7. n. 23.* Aberat in Caſtellanis Indiis verus ille Luſitanus Comes *Caſtelli melioris*, de quo dicam *lib. 3. c. 9. à n. 68.* Aberant tandem Magnates qui gubernabant provincias ultra marinas; qui ita fideliter egerunt

ut videbimus *cap. ſeq. ex n.* 40; quâpropter qui vides, nominatos tantùm interveniſſe, pro certo habeas, cæteros, ni abfuiſſent, interventuros; ita erat præclarum facinus, ita illi præclari.

Hoc tempore egregius Vlyſſipponenſis Præſul *D. Rodericus da Cunha* viſitabat Eccleſias ſui Archiepiſcopatus; & *D. Anton. Dalmada* prope *Sintræ* oppidum eum convenit, nuntiavitque ſequentis Sabbati diem recuperandæ libertati dicatam; petens ut in Vrbem veniret, quò, ſi oporteret, opitularetur juſto operi; cui Archiepiſcopus: non adhuc reliquiſtis intentum? & *Dalmada:* hoc convenit, hoc eſt concluſum, veſtram ſolam præſentiam deſideramus; tunc ille, ibo denique, & Deus optimum faxit. 14

Quia verò portus *Setubal* capaciſſimus, ab Vlyſſippone diſtans quinque tantùm leucis, munitus arcibus cum milite Caſtellano, magni erat momenti pro futuris eventibus; viſum fuit illuc mittere *Joannem Gomes da Silva*, qui juſſu Caſtellani Regis militiæ ibi præfuerat æſtate præteritâ, multúmque opinionis quæſierat non ſolùm munere, ſed & perſonæ qualitatibus; hic heros jucundiſſimè rem audivit, fortiſſimè provinciam accepit, fœliciſſimè negotium peregit, ut apparebit *ſequenti capite n.* 24. 15

At interea infœlix caſus quaſi perdebat rem; *D. Antonius Dalmada, D. Joannes da Coſta,* & quidam alii, invitarunt ad opus *D. Joannem de Souſa* Præfectum arcis oppidi *Thomar, D. Eduardum de Meneſes* Comitem *Taroucæ,* & *D. Lupum da Cunha* Dominum *de Aſſentar*; horum primus laudavit intentum, proteſtatus ſe idem maximè deſiderare, diffidens tamen de Regni viribus, intempeſtivam occaſionem vocavit; duo alii ſeveriùs recuſarunt. Hoc cognito, quidam ex generoſis ſociis ruptum ſecretum exiſtimabant, 16

ſtimabant, non à *D. Joanne de Souſa*, (affirmabant enim à tanto viro nil indignum expectari poſſe, in eoque, ſolam nimiam prudentiam peccaſſe;) ſed à duobus, utpote valde amicis perverſi Secretarii, ad quem Comes protinus iverat, cum eoque per horas plurimas fuerat moratus. Equidem ſecretum non periit; *Souſa* namque illud conſervavit ex animo quem poſtea oſtendit effectibus præclaris, quorum non nihil tangam, *cap.* 3. *n.* 34, *&* *c.* 9. *à n.* 76; alii verò tacuerunt, rem parvi facientes (ut faſſi ſunt poſtea,) atque remotam cogitationem arbitrantes; ita Deus, à quo procedebant omnia, malè affectos obcœcabat. Nihilominùs nobilium conjuratorum aliqualis confuſio coegit *Joannem Pinto Ribeiro*, ſcribere Duci quod ſubſiſteret uſque ad novum nuntium; ſed conſideratione habitâ per *D. Michaelem de Almeyda*, *D. Antonium Dalmada*, *Petrum de Mendoça*, *Georgium de Mello*, *D. Antonium de Meneſes*, *Antonium de Saldanha*, & eundem *Joannem Pinto* (qui fuerat ſemper in ſtrenuâ opinione procedendi,) concluſum, nil retrogredi, nec immutari, imò ipſum timorem rupti ſecreti debere accelerare executionem, quæ cunctis periculis medebatur. Igitur Duci reſcriptum, omnia eſſe firma, & conventâ Sabbati die exequenda conſtanter; ille tamen ad prius nuntium reſponderat magnanimus: Serò eſſe ut ſubſiſteret, poſtquam animum declaraverat; etiam ſolum *Regni* libertatem proclamaturum, cui qui vellent poſſent juvare.

17 Vocavit principalium oppidorum *Tranſtaganæ* provinciæ nobiles quibus plus confidebat, venienteſque mittebat ad *Antonium Paes Viegas* ejus ut dixi à ſecretioribus Secretarium; vir ille paucis verbis eis communicabat intentum, ut uniquique in oppido ſuo legitimum, deſtinatâ

die,

die, acclamarent *Regem*, convocatis amicis; quod alacriter prompti accipiebant mandatum. *Antonium Pereira* Agentem pro eo in curiâ *Matritii*, ſimulato negotio, vocavit Dux; venit ille, ac Caſtellanos evaſit.

Sed jam Vlyſſippone, juſtiſſimè conjurantium præcipua erat cura in comparandis armis, quod abſque ſuſpicione faciebant occaſione belli *Catalonici* cui ſuccurrere cogebantur. Vltra prænominatos, plures intervenerunt ex officio conſanguinitatis; ut *D. Ludovicus Dalmada* (qui verè poteſt dici ex primis) cum *Antonio* patre; *Ludovicus da Cunha* nepos, ex filiâ, ejuſdem *Antonii*; alius *Ludovicus da Cunha de Attaide* filius *Triſtani da Cunha*; duo filii *Triſtani de Mendoça*; unus *Gaſparis de Britto*; unus *Emanuelis de Mello*, quatuor *Michaelis Maldonado*, *D. Franciſcus Couttinho* frater Comitis *Attouguiæ*; & ſic alii. 18

Venit tandem veſper ultimus ante Sabbatũ; & *D. Antonius Dalmada*, cum *D. Ludovico* filio, *D. Thomas de Noronha*, *D. Franciſcus* ejus frater, *D. Antonius de Meneſes*, *Antonius de Saldanha*, & alii, deambulabant in rhedâ ante Regium palatium, ut viderent an apparatus ibi armorum fieret, & an in urbe foret Secretarius condemnatus ad mortem, qui in palatio habitabat. Ægrè audierunt Secretariũ abiiſſe ultra *Tagum*; & fortè ibi noctẽ acturũ; decreverunt autẽ quoſdã illuc protinus ituros ut illũ occiderent, cadaverque Vlyſſipponem reportatũ, juſtæ populi ſatisfaciens iræ, principiũ eſſet actionis. Hæc illis cogitantibus ecce navicula trajiciebat flumen, in palatio quærens portũ; & illi mittentes *D. Ludovicum Dalmada*, & *Franciſcum de Lemos* (qui occurrerat,) ad inveſtigandũ utrum Secretarius veniſſet, non ſolum fueruut certiorari de adventu ejus, ſed etiam de quiete totius aulæ, ubi nil novi parabatur. 19

Con-

9 Concordarunt denique duos ex ipſis per integram noctem diviſis horis exploraturos aulam, ne quidquam ignoratum moliretur ; cæteri receſſerunt ad exequendum ſequenti mane quæ conſultiſſimè erant diſpoſita.



Non Bellona ferox, sed te Pax alma coronat
Justitiam meliùs Pax comitare solet.

CAPVT III.

Excluditur jugum, proclamatur libertas, reſtituitur legitimus Rex.

1 QVòd optare vix quiſquam, ſperare nemo auderet, id hodie, Cœlo auſpicè, duce virtute, jure favente, factum vidimus; cùm JOANNEM IV Regem accepimus à Deo datum, præter ſpem, ſupra fidem, citra caſum, extra fortunam. Sorte obtigiſſe, quòd inopinatò: de Cœlo lapſus, quòd auſpicatò, is videatur neceſſe eſt. *Sic judicioſè notat eruditus Autor Panegir. Apologet. pro Luſit. vindic.*

2 Igitur nocte illâ intrantibus Calendis Decemb. (quæ in Sabbatum inciderunt) ann. 1640, ut à Deo ſumeretur principium, tota provincia Capucinorum *Arrabidæ* orare incepit Deum uſque ad meridiẽ pro Regni negotio (quod ignorabant Religioſi,) ut ordinaverat Provincialis Miniſter, cui totum dixerat *D. Antonius Dalmada*; & à veniente luce Antiſtes *D. Rodericus da Cunha* orationẽ faciebat ſine intermiſſione ante altare præcipuũ Sedis Cathedralis. *AD incep tum.*

3 Chriſtianiſſimi conjurati, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis ſe munierant; ac plures eodem mane prius reiterarunt; (cúmque Confeſſariis exponerent intentum, nullus de juſtitiâ, (ſic erat notoriâ) dubitavit; quidam mortem Secretarii conabantur impedire; ſed cognito, judicari neceſſarium medium, commendabant quod miſero ſaltem permitterentur Sacramenta pro ſalute animæ.) Condiderunt etiam multi teſtamenta, ſciebant etenim, inter mortem, & victoriam, medium non dari.

4 Hæc conſideratio, quæ alios poſſet terrere, reddebat noſtros plus conſtantes; impoſſibile narratu eſt, quæ omnes commitaretur fortitudo, quæ alacritas. Memoriâ digniſſimum quod clariſſimæ fœminæ, *D. Philippa de Vilhena* Comitiſſa *Atouguiæ*, & *D. Antonia da Silva* filia *D. Antonii Dalmada*, propriis armarunt manibus filios, illa Comitem *D. Hieronymum*, & *D. Franciſcum*; hæc *Ludovicum da Cunha*; armatoſque incitarunt generoſè ad pugnandum

pro libertate, miſerrimā enim vitā pro decorâ morte bene mutari.

Contectis armis concurrerunt domos quinque principaliorum, 5 deſtinatas; unde, viis diverſis, confluxere in palatium; in rhedis multi, ut maiora occultarent arma; duxerant etiam prænominati amicos, invitatos ad negotium non declaratum, (fortè plus confidebant eorum fortitudini, quàm ſecreto;) cúmque jam in palatio, interrogarentur, quid agendum? facilè reſpondebant, parvam rem eſſe, nempè, auferre unum Regem, & ponere alium; ita quibuſdam *Joannes Pinto Ribeiro* ſedatè, & æquo animo. Quatuor centum circiter congreſſi erant; ſexaginta, ſcilicet, ex nobilioribus; circa viginti ex mediis; quaſi quinquaginta ex populi principalioribus; cæteri nobilium famuli. Notatu dignum, defeciſſe nullum ex rogatis, & conveniſſe omnes, ex partibus remotis civitatis longiſſimæ, in primo quadrante horæ deſtinatæ.

Deambulabant ſeparatim in aulâ expectantes Secretariū, (à cu- 6 jus cæde incipiendum) qui horâ illâ exire conſueverat è parte quam habitabat ejuſdem aulæ; nec multitudo reddebatur ſuſpecta in loco ſolito à multis frequentari; cùm Secretarii amicus, *Gaſpar de Seixas*, eidem advertit, debere jam exire, nam à plurimis expectabatur pro negotiis, (ſic ille putabat;) cui perverſus miniſter, innatâ inſolentiâ reſpondebat verba adverſus nobiles, indigna ut ſcribantur. Illi interim notantes *Gaſparem* reſpexiſſe, crediderunt, aliquid ſuſpicatum, quod nuntiaret amico; quare decreverunt ſine morâ ad illum intrare. At, eodem tempore, oſtiarius monebat eum, deambulantes eſſe plures ſolitò, non conſuetos illuc venire, & ſibi videri ſecretò armatos; unde miſer homo, *perii*, ait, *perii, claude oſtia*.

Jam verò, ad ſtrepitum ſclopeti, ſtrenui conjurati, nudatis ar- 7 mis irruunt promptiſſimè, & unuſquiſque ad opus ſibi convolat aſſignatum; quidam invadunt Germanos Regis milites cuſtodientes aulam; alii Caſtellanam cohortem ante palatium aſſiſtentem; alii in domum Secretarii erumpunt; alii in Gynæcéum, ubi degit Pro-Rex, Mantuæ Duciſſa; alii denique vias occupant auxilii; cuncti æquales animo, velocitate pari. Tunc in reſolutione generosâ,

roſâ, in irruptione terribili, vidiſſes animoſitatem Luſitanam; pauciſſimos rem maximam aggreſſos, ubi, in temporis momento, de bonis, de vitâ, de honore ſine recurſu agebatur; de his verè dici poteſt, auſos perficere quæ nemo cogitare auderet, mutaſſe temeritatem in fortitudinem, &, facinore incredibili, inveriſimilem reddidiſſe veritatem.

8 Planè qui irruerant in Germanam cuſtodiam, quorum præcipuus erat *D. Michael de Almeyda*, (in quo, ut aliàs dixit Virgil. *Ænead. lib. 9*, tarda ſenectus non debilitaverat vires animi, aut mutaverat vigorem) dejicientes ſubitò longas bipennes, incumbentes parieti ut eſt moris, reddiderunt milites quaſi inermes, & facilè verterunt eos in fugam enſibus evaginatis; duo tantùm reſiſtebant qui potuerant bipennes arripere; quorum unus vulneravit in brachio *Antonium Telles de Meneſes* pugnantem fortiſſimè, (qui in toto opere unicus è noſtris fuit vulneratus.) Sed illo protinus plumbeâ glande occiſo, & altero ictibus ferri graviter ſauciato, impedimentum illud ſublatum eſt.

9 Invadentes Caſtellanam cohortem erant maximâ ex parte populares, ducti à duobus jam nominatis; aderat tamen ex nobilioribus *Georgius de Mello*, comitantibus *Eſtephano da Cunha*, & aliis generoſis, quos viſũ eſt populo unire, ut actioni præſtarent authoritatem; hi eo impetu incurrerunt, intrantes ligneum obſtaculum quod recipiebat corpus cuſtodiæ, ut Caſtellani, nil tale cogitantes, prius ſe viderint victos, quàm invaſos; magna ibi fuit pars victoriæ Sacerdos ex oppido *Azambujæ*, qui, harpe, ſive falcato enſe, ac peltâ, per medios hoſtium comitibus aperuit iter; adeóque terribilem ſe oſtendit, ut *Clericus Azumbujæ*

 in

in proverbiũ manſerit; egregiam quoque opem tulit *Emanuel da Maya* Vlyſſipponenſis Sacerdos, eò fortiùs dimicans, quòd divinis ſimul, & humanis utebatur armis, dexterâ vibrans ferrum quo inimicos percutiebat, ſiniſtrâ levans Crucifixum quo amicos animabat. Inter alios præcipuus contrariorum tentavit reſiſtere ſignifier cohortis; quem tamen *Franciſcus de Lemos*, unus ex populi Ducibus, ſic petiit ſtrenuè, ac urſit inſtanter, ut non recedere ſolùm coegerit, ſed etiam aſſentire vocibus Regi plaudentibus JOANNI IV.

Illis qui in domum Secretarii eruperant, (quorum veluti Dux erat *D. Antonius Tello de Meneſes*) occurrit fortuitò *Franciſcus Soarez de Albergaria* unus ex urbis Prætoribus civilium cauſarum, vir honeſtiſſimus, qui cum eo fuerat gratiâ negotii particularis; hic, exiſtimans privatam rixam, Regio ſe nomine opponebat, nudato enſe, oſtenſiſque inſignibus magiſtratus; proceſſerunt multi eo inoffenſo, ſciebant enim ex ſolo officio agere; aliqui addebant conſilium, meliùs facturum ſi eos ſequeretur; at ille, nimio quietis zelo, ex parte Regis quietem clamabat; quare quidam minùs patientes infortunatum transfixere vulneribus, è quibus poſt triduum obiit dolore generali. Deinde, cùm clauſos aditus inveniſſent, injectâ ſecuri fregerunt oſtia; & ecce obvius venit *Antonius Correa* primus Secretarii officialis, arbitratus tumultum quem verbis poſſet ſedare; verùm, quia Secretario intimus, &, in tyrannide, ſaltem ſcribendo, cooperator, à *D. Antonio Tello* pugione percutitur; nec tamen adhuc propriâ authoritate diffiſus, dicebat percutienti: *Me tu percutis?* cui *Tello: Te ipſum ego*; & ictibus confoſſum reliquit eum; qui nilhominùs

hominùs vixit, ut poſt aliquot menſes ſcelus lueret ſupplicio viliori. Progredientibus ſeſe offert armatus ſclopeto *Didacus Garcez* Secretarii valdè familiaris; ſed ad voces clamantium: *Occidatur, occidatur,* in terram miſit ſclopetum (qui cadens diſploſit, at nemine offenſo,) & ex altiſſimâ ſe feneſtrâ ejecit, ubi, ex caſu, rupit crus, & in ipſo aëre ſclopeti ſauciatus fuit pilâ, quamvis non lethaliter.

11 Ipſum, quem ſolum quærebant, Secretarium non invenientes, putarunt decendiſſe per ſcalas ducentes in fluvium, (per iſtas decenderat relatus *Seixas* audiens ſtrepitum) ubi tamen, operâ *Joannis Pinto Ribeiro*, eum in cymbâ armati ſocii expectabant; at ſenex famula, ad mortis minas, digito monſtravit cubiculum quò miſer ſe receperat; & ibi apertis, per *Arium de Saldanha,* armarii foribus, apparuit jacens papyris malè coopertus; paruus que puer qui eum cooperierat, ſtabat ad pedes, qui incœpit plorare; conſtat Tyrannum nec verbum dixiſſe, ſed rabioſo fremitu, brachium extendiſſe enſe nudato; ambigitur an metus inſtans, vel conſcientia ſui conſumpſerit vocẽ, qua ſi proferret ad petendũ Sacramentũ Confeſſionis, inveniret cunctos piè liberales. Tunc, dimiſſo puero, primus tyrannũ glande plumbeâ tranſverberavit *Joannes Rodericus de Sá* maior Regis Cubicularius, (*Camerarium* dicimus,) qui, ſecundùm virtutẽ propriã, maiora poſſet perficere, ſed nil Regno æquè neceſſarium; mox enſibus undique petitus, exanimis feneſtrâ præcipitatur, clamante viro primario: *Extinctus eſt Tyrannus, libertas vivat, & Rex* JOANNES IV; quam vocem quæ confluxerat hominum multitudo mirabili applauſu reddebat multiplicem, perſuaſis omnibus de libertate integrâ, projecti cadaveris

daveris ſpectaculo. Fœdum erat videre illud protinus nudatum à plebe, deforme vulneribus, contemptum ludibriis, per multas horas ſepulturâ carens; increpabant multi, dolebat nullus, cùm feritas jacentis aſpicientium pietatem abſtuliſſet; donec, illuſtris confraternitatis *Miſericordiæ* juſſu, in feretro quo ſervorum cadavera efferri ſolent, portatum à viliſſimis,(comitante *D. Gaſton Couttinho* ut impediret populi furorem) in Eccleſiâ ejuſdem Confraternitatis tumulatum fuit. Hunc exitum habuit exemplum illud innatæ ſuperbiæ, fœlicitatis indignæ; ſic finivit ille malorum Lerna, cujus inſolentia morum divinam provocavit juſtitiam, tarditatem pœnæ, gravitate ſupplicii compenſantem.

Interim Mantuæ Duciſſa, rumore audito, dicebat ex 12
feneſtrâ: *Quid hoc eſt, Luſitani? ubi eſt veſtra fidelitas?* Sed cùm illi qui in illius Gynæceum ierant, januam pulſaſſent, ipſa, virili certè animo, ad aperiendum venit, comitata ancillis præ timore pallidis, & Achiepiſcopo Bracharenſi, qui ex Tribunali, quod *Palatii* vocant, ubi erat Præſes, aſcenderat per ſecretam ſcalam Regii ſacelli; utque illa intellexit Secretarium occiſum, ſatis hoc iis fore rata, acturam ſe cum Rege Catholico promittebat, ut remitteret noxam; at Luſitani expoſuerunt ulteriùs, Regnum aſſertum eſſe in libertatem, ſe non noſſe Regem Philippum, ſed JOANNEM; tunc illa: *Hæc ſunt joca:* & Archiepiſcopus repetebat: *Rex Philippus habet magnas indulgentias, & maiora poteſt dimittere*; cui *D. Anton. Dalmada: Tace, Domine, tace quæſo, nam ſemel in conſilio te liberavi à morte, jam non potero ſi loquaris*; quibus auditis, ille ceſſit; Duciſſa verò impatiens, volebat exire ad

populum

populum tentans placare turbinem, ni *D. Carolus de Noronha*, eam moneret breviter, ſed efficaciter, concludens: ne præſtaret occaſionem, ut non haberetur ratio ejus dignitatis; cui illa, elato replicabat animo: *Quid in me poſſunt facere?* & *D. Carolus: Ejicere per feneſtram hanc, Celſitudinem veſtram.* Hîc illâ trepidans ſpem fovere deſiit, & mœſta in ſilentium deſcendit. Ex Proceribus autem manſerunt ibi pro ejus cuſtodiâ *D. Ludovicus Dalmada*, atque alii, ne moleſtaretur à populo turbato; & poſt triduum relinquentem palatium Regi venturo, & ſe recipientem in egregiam domum quamvis privatam, comitati ſunt omnes ac ſi propria foret Regina; ibique, cum totâ familiâ, honorificè fuit tractata; ac tandem poſt paucos menſes liberè in Caſtellam dimiſſa à ſereniſſimo JOANNE Rege, qui poſſet eam retinere in pignus *Eduardi* fratris, detenti barbarè ab Auſtriacis in Germaniâ; per longum verò tempus detenta fuit in primo Caſtellæ oppido ſatis miſerè, juſſu Regis Philippi; ac ita non poterit negare, ſuaviùs nos, quos inimicos putabat, cum eâ egiſſe quàm, quos amiciſſimos eſtimat, Caſtellanos.

13 Venerant in auxilium, ſeu potiùs, (quia pacificè) in conſilium Duciſſæ, Marchio *de la Puebla* Caſtellanus, qui ei aſſiſtebat juſſu Regis; & Comes *Baynetus* Italus, qui ex Italiâ, præcipuus inter familiares, ipſam comitabatur; at ita pleni timore, quem oſtendebat membrorum tremor, & vultus pallor, ut ii qui, opere *D. Antonii Dalmada*, deſtinati erant ad auxilium impediendum, mutatâ irâ in miſericordiam, ademptis enſibus à quibuſdam Marchionis famulis, omnes conſolarentur, promittentes indemnitatem.

Re

Re fœliciter in Palatio geſtâ, ſpatio trium horæ quadrantiũ, clariſſimi conjurati, item *D. Franciſcus de Faro* filius Comitis *Fari*, Bragantino Principi antea devotiſſimus, (ſurgens è lecto à longo tempore valetudinarius,) & plures omnis ſtatus, qui ad ſonitum dulciſſimæ vocis venerant promptiſſimè, diſtrictis gladiis in ſpeciem, ac terrorem, in varias urbis partes, pro ut opus erat, volitarunt. 14

Thomas de Souſa, atque alii per celebriores plateas jucundo clamore Ducem Bragantiæ jam Regem JOANNEM ſalutabant; audientium primùm animos pavidos, & ſuſpenſos tenuit novitas, eratque magna inter ignaros confuſio, ac admiratio; plures in domos Regias confluebant, ut fidem oculis facerent, cùm vix ſibi auditu ſuadere poſſent, ſe citra ſanguinem, conſecutos eſſe libertatem; at ubi percrebuit fama veri, gratæ, ac inſperatæ rei lætitia in ſenibus exprimebatur lachrymis, in fœminis congratulationibus, in juvenibus, (ſe domo non continentibus) præcurſibus, ac plauſus vocibus quæ maiores indies reddebantur. Mirum fuit, quod, præ ſtudio anteeundi primos, certatim currebant vendentes relictis ædibus, ac fortunis in foris, in plateis, in vicis: & redeuntes poſt multas horas, in tanto hominum concurſu, tantâque oblivione ſuarum rerum, omnia invenerunt intacta; quaſi eſſet impoſſibile furtum fieri, in die reſtitutioni juſtitiæ dedicatâ. Nec tacenda animoſitas *Michaelis Maldonado*, qui non convenerat cum cæteris, ſed fuerat deputatus ut, rumore audito, exiret cum ſuis è propriâ domo valde diſtanti, & congregato populo ad ſuavem libertatis vocem, in Palatium 15

tenderet,

tenderet, auxilium præſtaturus ſi foret neceſſarium; ille verò, dilationis impatiens, ſignatâ veniente horâ, nullo expectato rumore rei (quæ potuiſſet ex causâ aliquâ non aggredi) proſiluit ſtrenuus in plateam, quatuor comitatus filiis, libertatem, ac Regem legitimum proclamans; itaque, re adhuc ad palatium imperfectâ, jam ille fortunatè commoverat Vrbis partem.

16 Multi feſtinarunt ad domum (*Cameram* vocant) regiminis Civitatis; Magiſtratus, eventus inſcii, & populi clamore perterriti, clauſerant januas; ac ex altiſſimis feneſtris, quid ſibi vellent, pulſantes rogabant; utque Comes *de Cantanhede*, qui erat Magiſtratuum Præſes, vidit filios ſuos *D. Antonium, & D. Rodericum de Meneſes* inter pulſantes, quam ab eis non cognoverat, ſubitam credidit novitatem; ſed re auditâ ex ore illorum, obſtupuit, (& quis non obſtupeſcet?) ſecretum patri à filiis celatum. Tandem, apertâ januâ, civitatis vexillum traditum fuit *D. Alvarô de Abranches*, qui publicè diſcurrit ingenti comitatus multitudine in approbationem facti.

17 Alii cucurrerunt ad ſupremum Senatum juſtitiæ Regni, cui tunc temporis Præſidebat dominus, ac pater meus, *Gondiçalus de Sonſa de Macedo*; qui ipſe, re (quamvis confusè) intellectâ per clamantium voces, venit ad aperiendum interius oſtium, quod ſimilis ratio clauſerat; & *Antonius de Saldanha*, cum aliis ex Proceribus ingreſſus, breviter repræſentavit, Imperium vi ablatum Duci Bragantiæ, jam eidem jure reſtitui, ſeque venire ut vox Senatus eſſet cum aſſertoribus libertatis; cui dominus meus, cunctis aſſentientibus Senatoribus, reſpondit: *Juſtiſſimum eſſe opus, & ſolùm cunctatione fuiſſe peccatum; ſed veniam jam*

mereri Luſitanos, qui corrigebant virtute, quod deliquerant tarditate. Non multùm poſtea venerunt carcerum cuſtodes ad eundem dominum meum, nuntiantes *D. Gaſtonem Couttinho* comitatum plurimis, velle noxios liberare; cui ille: quid igitur faciemus? non poſſum jubere,ſed benefacit,hoc etenim, in occaſione ita celebri, eſt ex jure conſuetudinario; attamen eũ advertite deberi cuſtodiri detentos ob atrociſſima; quod & *D. Gaſton* in curâ habuit. Gloriatur verò D. pater meus, & ego glorior, quod eo agente ſummum juſtitiæ Præſidentem (*Rectorem* vocant) ſummi juris Regni reſtitutio legitima ſit facta.

Plures ſcientes, nec nobiliorum multitudinem, etiam 18
per paucos dies, ſine capite poſſe rectè agere, concurrerunt ad Cathedralem Sedem,ut Archiepiſcopum conſtituerent gubernatorem dum non veniebat Rex; erat ille, ut diximus, in oratione, & graviſſimum Canonicorum collegium ad portas Eccleſiæ quaſi in proceſſione; Archidiaconus verò *D. Ludovicus da Gama* non ceſſabat cymbala quatere à momento,quo ex altiſſimâ turri proſpiciens, cognoverat in palatio rem aggredi. Mox ſolemni pompâ educitur Archiepiſcopus in palatium, & cùm trigintâ fermè paſſus proceſſiſſet, apud ædem Divi *Antonii* Vlyſſipponenſis (decus & præſidium gentis noſtræ,) eundem publicè orabat, ut in illâ maximè occaſione, oraret Deum pro bono patriæ; non poterat ſanctiſſimus Luſitanus oblviviſci in Cœlo, doctrinam quam in terrâ docuerat,cùm in ſuis concionibus, *Dominicâ 4 quadrageſſ.* adverterat Chriſtum Dominum commendaſſe Philippo convivas in deſerto, *quia erat de illâ provinciâ* de quâ illi erant; atque ita maiorem de eis curam haberet, quòd ſit naturale ut quilibet ſuum

ſuum conterraneum diligat; nec Dominus poterat non recordari quod nobis ipſe crucifixus promiſerat Regnum fundans, *ut ſupra in 2. procem.* §. 2. *n.* 5. ibi: *In ipsâ attenuatâ, ipſe reſpiciet, & videbit*; & iterùm: *Non recedet ab eis, neque à te unquam miſericordia mea*; cùm ergo & *Antonius* (ut piè credimus) oraret, & Chriſti verbũ non poſſet deficere, *Matth. cap.* 24. *n.* 35, & *Marc.* 13. *n.* 31, ex inſigni cruce quæ præire Archiepiſcopos ſolet, (ò mirum ſpectaculum!) Chriſti imago crucifixi, excuſſo clavo, manum & brachium liberum protulit, & modicè flexit ad multitudinem ferventem viâ regià, ac non temerè exclamantem miraculum divinum; intendit Deus manum quaſi, dexteræ ſuæ virtute, jugum excuteret è Luſitanis cervicibus; quaſi decideret cauſam adverſus Caſtellanum, qui dixerat ſolum Deum illius eſſe judicem, *ut refert Conneſtag. in un. Portug. lib.* 4. *poſt med*; & *nos præcedenti lib. cap.* 1. *n.* 3; quaſi quod in *Alphonſo* Regnum fundaverat fixâ manu, in JOANNE vindicaret, explicatâ. Non hæc narro pro hæreticis, nec pro Caſtellanis, quamvis hanc eis veritatem ſuadere poſſet, videre in eventu Luſitaniæ, quod *hæc mutatio dexteræ Excelſi*, ut aliàs *in Pſalm.* 76. *verſ.* 11.

19 In palatio acclamabant Proceres gubernatorem ſolum Vlyſſipponenſem Archiepiſcopum; ſed, ex conſilio ipſius, alterum etiam gubernatorem conſtituerunt Archiepiſcopum Bracharenſem, eiſque aggregarunt tanquam conſiliarios *D. Petrum de Meneſes Comitem Cantanbedi*, *D. Michaelem de Almeyda*, & *D. Antonium Dalmada*.

20 *D. Joannes da Coſta* atque alii in cymbis (quas magnanimitas credebat invictas) invaſerunt naves duas Regiæ claſſis Caſtellanæ, magnas, fortiſſimas, & benè munitas,

paratas denique ut vela darent illâ, vel ſequenti die; poſſent facilè non ſolùm cymbas ſubmergere, ſed etiam exire portu, quem arces, cum præſidio Caſtellano, liberum reddebant, nec Luſitani habebant navim quæ impediret; ſed contrarii, ad conſpectum noſtrorum, vel proprio terrore percuſſi, vel fatali concuſſione aſtricti, venerunt in deditionem ſine ictu.

Magna pars populi petiit domum Secretarii fratris, qui 21
erat Decanus in Sede Bracharenſi; ingens ibi fuit damnum in ſupellectili, futurum maius ni aliqui nobiles impedirent; Ille autem, viliſſimæ fœminæ habitu, potuit evadere in cœnobium Sancti Alogii; unde noctu ſe recepit in aliud ejuſdem ordinis extra urbem in loco *Enxobregas* ſitum; indeque fugit in Caſtellam, veſtes mutans quotidie. Memorabo, (in probationẽ inſolentiæ illius familiæ,) poſt extinctum fratrem, poſtque ſuorum Imperium extinctum, cùm fugitivus, & miſerè occultus, adhuc turbâ fervente, pranderet in dicto cœnobio, vinum recuſaſſe quod Religioſi bibebant, ac eum non puduiſſe prætioſius petere. Cúmque famulus ei offerret centum & quinquaginta ſcuta aurea, quibus juvaretur in fugâ, numeravit ſemel, iterùm atque iterùm, quòd errorem in ſcuti quadrante inveniret; donec Religioſi eum de morâ increparunt; timebant enim populum, ſi cognoſceret eum eſſe ibi; ex quibus facilè apparet, qualia in proſperâ fortunâ fuerint vitia ejus, qui, etiam inter tot anguſtias, ſic indulgebat luxui, & avaritiæ.

Hæc mane facta. Poſt meridiem à Gubernatoribus 22
decretum, ut ad Ducem Bragantiæ, jam Regem, nuntii mitterentur *Petrus de Mendoça, & Georgius de Mello*, qui publicâ authoritate peterent ut Vlyſſipponem veniret ad

gubernan-

gubernandum reſtitutum regnum; quamvis *Joannes Pinto Ribeiro* privatum jam nuntium miſerat rei eventum narrando. Militia Vrbis in diverſa loca fuit diſt ibuta. Detenti in domibus propriis cum cuſtodiâ Caſtellani Marchio *de la Puebla*, *D. Didacus de Cardenas* Magiſter campi generalis, *D. Ferdinandus de Alvia de Caſtro* Proviſor generalis claſſium, & *Thomas de Ibio Calderon*, ac *D. Didacus da Rocha*, quorum meminimus *lib. 2. cap. 3. n. 3.* Reſcriptum civitatibus, atque oppidis maioribus Regni, ut, ad exemplum capitis, JOANNEM acclamarent verum Regem. Aſſignata equitum cuſtodia, quæ noctu percurreret civitatem. Ordinatum (ad tumultus obviandos) ne miniſtri juſtitiæ aliquem apprehenderent pro debitô, vel delicto præcedenti. Denique permiſſum omnibus portare quæcunque arma. Aſpiceres, uſque ad Regis adventum, verſum civitatis ſtatum, armatos omnes incedentes, & veluti miraculum reputares, cuncta placidâ, & inauditâ quiete agi; non furtum, non ſcelus, admiſſum; amicitias intermiſſas, conciliante nemine, renovari; odia ultra depoſita inter obvios inimicos; unde rectiùs quàm Virgilius 2 *Ænead.* dicemus:

Non hæc, ſine numine Divûm,
Eveniunt.

23 Sequenti mane efficaciter tractatum de arce Vlyſſipponenſi munitâ quingentis fermè præſidiariis; (cæteri paulò antea in Cataloniam ducti fuerant.) Hi agnoſcentes non poſſe ſubſiſtere præ victus defectu, loquebantur, (ſed lentè) de deditione, cum *D. Franciſco de Faro*; deſiderabant tandem mandatum Duciſſæ Mantuæ, quod eos excuſaret apud Regem ſuum; & illa, inſtantiis noſtrorum

rum preſſa, petiit ſibi permitti conſilium capere à quibuſdam ex Caſtellanis quos jam diximus detentos cum cuſtodiis; quod, quia juſtum, facilè obtinuit; & ex omnium ſententià miſit ad Gubernatores *D. Petrum de la Motta* Caſtellanum, ſuum œconomum, cum nuntio interlocutorio, tendente ad dilationem definitionis cauſæ; quo audito, *D. Antonius Dalmada*, cui aſſentiebant plures nobiles qui aſtabant, præveniens Gubernatorum reſponſum, ait: *Veniâ dicam dominorum Gubernatorum; hodiè, abſque ope illorum perficiemus, quod heri, abſque illis, inchoavimus; referas Duciſſæ, eoſdem hîc nunc eſſe quos heri cognovit, eiſdem armis, eodem animo; & quod intra horam, vel debet arx nobis tradi, vel nullus Vlyſſippone Caſtellanus vivere; hæc, ſine ambagibus, eſt reſolutio.* Obmutuit Caſtellanus, & expaveſcens, vix poterat paſſum movere; & omnes coegit trepidatio, ut intra aſſignatum tempus arcem tradiderint, exeuntibus officialibus, & militibus cum bonis ſuis, ac minoribus armis; & non poſt multos dies, donati pecuniis pro itinere, in Caſtellam miſſi ſunt; quamvis ferè omnes malebant Luſitano inſervire. Arci autem Præfectus fuit *D. Alvarus de Abranches* cum milite Luſitano, uſque ad adventum Comitis *de Monſanto* (abſentis in terris ſuis) ad quẽ pertinebat ex donationibus Regũ antiquis. Ita Vrbs tota in libertate manſit; nam arx in flumine ſita prope *Bethlem*, & alia ex alterâ parte quam vocant *turrim antiquam*, protinùs in deditionem venerunt; non enim à terrâ poterant ſe defendere, &, cum paucis tantùm militibus, erant paratæ ad defendendum portum.

Per totam Luſitaniã Gubernatorum epiſtolam per totum Regnum anteibat rei geſtæ fama; non auribus tantùm, ſed animis ubi- 24

que

que libenter accepta; hæc una reduxit octodecim urbes, octingenta oppida, ad quindecim pagorum millia, quibus Regnum conſtat. Profectò non tantopere cunctis factum placeret, niſi, antequam fieret, placuiſſet. Inter principaliora, primùm reductum eſt oppidum *Setubal* ad vocem *Joannis Gomes da Silva* Luſitanos ibi (ut diximus) gubernantis; fuit autem difficultas in duabus arcibus, quas præſidiarii Caſtellani tentarunt defendere, ſed fruſtra contra induſtriam ejuſdem *Joannis Gomes*, & fidelitatem incolarum, quibus inimici ſatius duxerunt ſe tradere.

25 Illi qui, ex juſſu Bragantini Principis, debebant libertatem proclamare *(ut præcedenti cap. n. 9.)* non proclamarunt, eodem Sabbato quo Vlyſſippo; confuſio enim relata *(d. cap. n. 16.)* retardavit negotiũ uſque ad diẽ ſequentẽ Dominicã; illâ autẽ egregiã præſtarunt fidẽ civitas *Portalegre* & civitas *Elvas*; in hac præcipui fuerunt *Blaſius Soares de Caſtellobranco* Commendatarius ordinis *S. Joannis*; & *Aſcenſus de Siqueira de Vaſconcellos*, plurimumque fecit authoritas illuſtriſſimi Epiſcopi *D. Emanuelis da Cunha*, qui hodie eſt meritiſſimè maior Regis Sacellanus. Sequenti die Regem acclamavit *Eboræ* civitas Regni ſecunda, portante vexillo *D. Franciſco de Mello, & Portugal* Marchione *Ferreiræ*, aſſiſtentibus fratre ejus *D. Roderico de Mello*, & *D. Ludovico de Portugal* primogenito *D. Alphonſi* Comitis *Vimioſi*, (hodie Marchionis de *Aguiar*) qui jam iverat ad novum Regem. Sic oppida alia, ope nobilium; inter quos digniſſimus laude *Didacus Botelho de Mattos*, qui *Olivençæ* fecit memorabilia. In oppido inſigni *Santarem*, die Mercurii 5 Decembris fuit facta acclamatio, portante vexillũ *Ferdinando Telles de Meneſes* Cõmite *Vnbonis*. Sic in civitate *Leiriâ*; additis ubique proceſſionibus, ignibus feſtivis, & aliis demonſtrationibus lætitiæ.

26 Conimbricam pervenit certum nuntium (cum jam eſſet rumor incertus) dictâ die Mercurii poſt meridiem; & primi nobiliores ſcholaſtici, mox omnes Academiæ inſignis, non

expectato

expectato mandato Rectoris *Emanuelis de Saldanha*, Regem proclamarunt per totam civitatem applauſu incredibili; & poſtea per dies multos, ſuper habitum ſcholaſticum, portarunt inſignia militaria, quiſque ſe oſtendens Palladium munitum literis, & armis, ad defendendam cauſam ratione, ac vi; ſequenti mane diei Jovis, civitatis incolæ acclamarunt Regẽ conſuetâ ſolennitate, portante vexillum *Bartolomæo de Sá Pereira* equite ordinis Chriſti; & fuit notabile, perveniſſe idem vexillum ad portam Regii Cœnobii *S. Crucis* tempore quo Regulares Canonici, incipientes exequias primi Regis noſtri *Alphonſi Henrici*, (quas ſingulis annis celebrant illâ die quâ obiit,) cantabant illud: *Regem cui omnia vivunt, venite adoremus*; quaſi ſacræ etiam voces Regem acclamarent novum, & Deus eum oſtenderet ſubſtitutum ex cineribus *Alphonſi*, ut promiſerat verbis relatis *in d. procem.* 2. §. 2. *n.* 5. Cúmque procederet pompa, venit vexillum ante collegium *S. Hieronymi*, (cujus Religioſi celebrabant feſtum *S. Nicolai*) eodem momento quo Sacerdos in Miſsâ vocem levabat canens: *Gloria in excelſis Deo*; quaſi debitas ageret gratias pro adimpletâ promiſſione. Illuſtriſſimus Epiſcopus Comes *Joannes Mendes de Tavora* inſignis patriæ zelator ſolennem fecit proceſſionem; & clariſſimum collegium Societatis JESVS, rẽ celebravit poeſibus, atque aliis humanitatis floribus.

In civitate *Porto* quidam ex Senatoribus Cancellariæ cùm Gubernatore *Emanuele da Silva* dubitarunt de veritate rei, (certè impoſſibilis videbatur;) at cives egregii quorum primus *Martinus Ferraz de Almeyda* ruperunt dubia plauſu publico Regis, & libertatis; cum eis fuerunt *Ignatius Ferreira* Senator (pro multis) ejuſdem Cancellariæ, (oſtendens ſe dignum filium *Antonii Ferreira* de quo *in Appendice cap.* 1. *n.* 63. *in* 13. *Notab.*) & *Sebaſtianus de Abreu Serram* Judex civitatis; uterque tunc agens *Juſtinianum* armatum. Irruerunt unà cum populo in arcem *S. Joannis* diſtantem, leucæ ſpatio, ad portus fauces, quam defendere conabantur 27

Caſtellani;

Caſtellani; verúmtamen ad conſpectum irruentium, quamvis maiori ex parte inermium, ſtupore correpti nil ſunt auſi. Ibi quoque ac poſtea præclara in Regem ſtudia oſtenderunt *Blaſius Brandão* Balivus ordinis S. Joannis, *Didacus de Mello* Commendatarius, *Petrus Vaz Cirne* eques, & alii ejuſdem ordinis religioſi.

28 Arcem fortiſſimam inſignis oppidi *Vianna* tuebatur per dies aliquot præſidium Caſtellanum, expectans è viciná Gallecià promptum auxilium; at Incolæ, aſſueti maiora vincere, ultra inimicorum cogitationem, ex paululà arenâ, tanquam inſulâ in mari, ſic impedierunt tranſitum, ut obſeſſi fuerint in deditionem coacti.

29 In cæteris Luſitaniæ oppidis (præter ipſam actionem obediendi ſine morâ legitimo Regi) nil particulare memini dignum memoratu; neque in *Algarbiorum* Regno, (ubi ad nutum *Henrici Correa da Silva* Gubernatoris, idem generosè amplexus eſt communis applauſus;) niſi quod Caſtellanus Dux arcis de *Sagres* ſponte miſerit claves Luſitano Regi, profeſſus: *Se nolle contra cœlum pugnare*.

30 Circa unam arcem (in totis Luſitaniæ, & Algarbiorum Regnis) diutiùs fuit laboratum; appellatur *Sancti Gionis*, diſtans leucis quatuor ab Vlyſſippone, clavis portus, fortiſſima, & munita optimè præſidio Caſtellano, cui præerat gnavus, ac induſtrius vir. Hic reſtitit quin donis, aut minis poſſet expugnari; ſed, poſt quindecim fermè dies, cùm vidiſſet obſideri arcem vehementiùs, & tormenta proferri ſub *D. Franciſco de Souſa*; ſuaſus à *D. Ferdinando Maſcarenhas* Comite *da Torre* (quem detinebat juſſu Caſtellani Regis,) liberalitati Regis Luſitani ſe tradidit. Cúmque paulò poſt navis è Caſtellà ſubſidio veniret,

atque arcem à ſuis adhuc retineri putaret,(ut noſtri ſimulabant,) fidenter expoſuit & nobis tradidit milites cum eorum duce, proximo conſanguineo Ducis *Maquedæ* Magnatis Caſtellani. Arx huic correſpondens in medio maris, *Caput ſiccum*, appellata, admiſit Luſitanos noctu ſe ſimulantes Caſtellanos; eádem ſe facilitate ſubjecerunt quæ erant in oppido *Caſcais*, atque in aliis; ita ut intra paucos dies tredecim arces præſidio Caſtellano munitæ, ſine ſanguine venerint in deditionem; quod quidem eſt dictû mirabile. 31

At, redeundo ad id quod præcipuum; Regis præſentia ita Vlyſſippone optabatur, ut, breviùs quàm poſſet haberi reſponſum legationis miſſæ, jam putaretur ipſum in veniendo moram facere; quinimò, ex nimio deſiderio multi ex ignorantibus tractatus præcedentes,vix credebant eum venturum, & aſſenſiſſe rei factæ; unde etiam non minima ſpes adhuc ſupererat Caſtellanis. Sed, ecce poſt triduum reſponſum venit (nec citius venire poterat, cùm ſexagintæ leucæ in eundo & redeundo forent,) quo Luſitanus Princeps gratam habebat rem geſtam,& promittebat quàm citiſſimè venire Vlyſſipponem; & ſubſcribebat, REX, in fine literarum; difficilè creditu, quantum hoc exhilaraverit noſtros, contriſtaverit adverſarios. 32

Illuxit tandem dies Jovis Decembris ſexta, & Rex comitatus Marchione *Ferreiræ*, Comite *Vimioſi*, & plurimis nobilibus provinciæ *Tranſtaganæ*, (ultrà ſuos familiares,) nec non duobus quaſi Regni legatis *Petro de Mendoça, & Georgio de Mello*, pervenit ad oppidum *Aldea Gallega* vocatum; unde in Vlyſſipponem debuit trajicere *Tagum* fluvium, qui, mare ingrediens, latitudinem facit 33

ibi

ibi trium leucarum; cúmque ventus tempeſtatem excitans periculo cymbas exponeret, erant omnes in ſententiâ expectandi donec tranſitus redderetur facilior; at Rex: *Nec meorum*, inquit, *deſideria patiuntur dilationem, neque ego provinciam capio ad timendum pericula*; ergo Vlyſſipponem intravit poſt horam duodecimam ejuſdem diei; &, quia tunc inſperatus, abſque aliâ pompâ, quàm quæ benevolentia animorum formabat; non ætas, non valetudo, non ſexus ab exoptato conſpectu remorabatur: advolabant omnes tanquam ad ſidus beneficum; quanta verò omnium fuerit lætitia intelligi faciliùs, quàm dici poteſt; cùm, veluti ſole infuſo, calamitatum tenebras abigi, & fœlicitatis ſplendorem oriri viderent. Quoniam autem è fluvio protinùs deſcenditur in Palatium, non omnes potuerunt deſideriis ſatisfacere; quare plures aulam ingreſſos ille excipiebat ſeveritate Regis lætiſſimâ, benignitate patris graviſſimá, par cunctis amore, ſed hoc melior, & cæteris maior.

34 Diebus ſequentibus continuavit concurſus omnium ſtatuum, & tribunalium Regem ſalutantium, ac vitam, & ſubſtantias offerentium; cùm ſibi, ac liberis ſuis donare intelligerent, quæ Principi donarent. Ad idem venerunt Magnates, ac Proceres extra Vlyſſipponem degentes; ut Dux *Averii* (Princeps Regii ſanguinis, ac magni ſtatus) ex habitatione ſuâ *Azeitão*; Comes *de Monſanto*(è Regni primis) ex eodem ſuo oppido, Vrbem ingreſſus, tibiarũ, & ſimilium inſtrumentorum ſonitu, præ lætitiâ, comitatus; & inter alios *D. Joannes de Souſa* (ille qui ſecretum rei gerendæ ſervavit generosè, *ut præcedenti cap. n.16.*) qui, die ſequenti acclamationem primam, ex loco octo leucis di-

 ſtanti,

ſtanti, Vlyſſipponem cucurrerat, & ita ſe dicavit Regi, ut Rex publicè ſe profiteretur ei obligatum.

Reliquum erat ut inaugararetur Rex palàm. Id deci- 35
mâ quintâ die (quæ in Sabbatum incidit) ejuſdem menſis ritè actum; erecto, in palatii Circo, amphitheatro tapetibus adornato pretioſiſſimis;ubi,affluente nobilitate Regni, & infinitâ populi multitudine, ad tympanorum, ac tubarum ſonitum, debitis ceremoniis fuit Rex ſalutatus; præcedenti brevi, at eloquenti oratione, habitâ fœliciter à Doctore *Franciſco de Andrada Leitão* Senatore & Expeditore gravaminum, atque appellationum in ſupremo juſtitiæ Senatu; quâ optimè oſtendit juſtitiam cauſæ. Inde Regiis inductus veſtimentis, manu tenens ſceptrum quod in celebri *Aljibarrotæ* prœlio Rex *Joonnes* I cæperat,inter ſpolia, à *Joanne* etiam I, Rege Caſtellano; equitans ſub conopeo portato ab octo civitatis Decurionibus; comitatus cunctis Regni Magnatibus, Proceribus, ac nobilibus pedeſtribus,(ut in ſimilibus occaſionibus eſt moris) ac capitibus nudatis; inceſſit magnificè ad Sedis Cathedralis templũ,ubi ab Archiepiſcopo habenti veſtẽ Pontificalẽ cũ proceſſione exceptus gratias Deo egit, inter voces Canonicorũ cantantium hymnum: *Te Deum laudamus.* Videres oppletas undique vias; ipſa tecta referta,ac laborantia; nullum denique vacantem locum; totum hinc, atque inde populus occupabat alacer, clamore pari ad unius ſalutem vota conferens; domuum parietes ex utroque platearum latere coopertos tapetibus,& pannis ſericis,aureis, ac argenteis; in feneſtris clariores matronas, pulchriores virgines quaſi pro nuptiis ornatas, vertentes aquas odoriferas ſuper tranſeuntibus, ſpargentes flores,(quorum omni

tempore

tempore Vlyſſippone ingens copia.) Nec triumphi lætitiam minuebat, imò non poſſe minui demonſtrabant decidentes imbres, quos tunc miſit cœlum, ut videremus occluſos hactenùs miſericordiæ fontes, jam eſſe apertos; ſteriles, ac infœcundas terras, irrigari; contractas ſub Caſtellæ imperio ſordes, ac fœces, ablui; extingui incendia calamitatum.

36 Regi, è palatii foro, ingredienti civitatem, ejus claves tradidit Comes, *Cantanhedi* Domus, ſeu *Cameræ* ejuſdem civitatis Præſes; præcedenti breviſſimâ, ſed benè compoſitâ oratione Doctoris *Franciſci Rebello Homem* Decurionis ipſius, quâ pulchrè congratulatus eſt Regi de reſtitutione egregii Regni, & Regno de reſtitutione egregii Principis.

38 Poſt dies paucos, Regina, quæ *Villaviçoſæ* manſerat, Vlyſſipponem cum Principibus evocata eſt, ampliſſimo apparatu terrâ, & mari, cui Cœlum etiam mirâ ſerenitate contribuit. Tunc ſpecies integra domus Regiæ, ad quam, per multos dies, imò & noctes, currebat populus, è Circo palatii ſolos parietes, præ amore, aſpiciens, derelinquentibus pauperioribus negotia propria, quaſi ille aſpectus ſufficeret pro victu. Rex aliquando, Regina, vel Principes è feneſtris ſe concedebant deſideriis eorum, propriis etiam indulgentes; hîc, hîc omnium clamor; eos monſtrabant ſenes, noſcebant juvenes, pueri mirabantur; inde alii, ſe ſatis vixiſſe; alii, nunc magis eſſe vivendum diſſerebant; dolebant ſenes amiſſas vires, gloriabantur juvenes de vigore, hunc pueri votis anteveniebant, fœminæ gratulabantur fœcunditati ſuæ, quò plures milites Principibus eſſent.

37 Indicta deinde generalia comitia trium ordinum Regni; quæ Vlyſſippone agi cœpta vigeſſimâ octavâ die Janu-

arii

arii ann. 1641. Principium ab eleganti oratione quâ Illuſtriſſimus *D. Emanuel da Cunha* Epiſcopus *Elvenſis* excellentiſſimè perſtrinxit ſeriem, ac juſtitiam facti, mutuum amorem Regis & Subditorum, intentum denique illius conventus. Et cùm in illo contineatur Regnum ipſum, ac ſumma poteſtas judicandi de ſucceſſione dubiâ, *(ut ſupra lib.2. cap.1. ex n.12,)* imprimis, ſtatus Reipublicæ conſideratus eſt; cauſam Coronæ ab Henrico Rege inchoatam *(ut proximè citato loco ex n.15.)* eſſe adhuc indeciſam propter violentiam Regis Caſtellæ *(ut ibidem ex n.16;)* &, diſcuſsis juris documentis, definitum:

Sententia pro Rege Ioanne 4. *Regnum pertinere ad inviċtiſſimum JOANNEM nominis IV, filium ſereniſſimi Theodoſii Bragantiæ Ducis, tanquam nepotem, & hæredem ſereniſſimæ Catharinæ, genitæ Eduardo, & neptis Emanuelis Regis; ad quam pertinuerat jure communi, ac legibus Luſitaniæ, ejuſdem Regni ſucceſſio per obitum Henrici patrui; illamque fuiſſe jure ſuo exutam vi; quare ad JOANNEM tranſmiſerat jus recuperandi Regnum modo, & ratione quâ poſſet; unde ritè Philippum quartum Regem Caſtellæ uſurpatâ poteſtate privari; cùm etiam ejus tempore eò tyrannidis ventum, ut aliter Reſpublica defendi, & conſervari nequiret; & citra injuriam eſſe inaudito irrogari privationem, quando utraque ratio ita in propatulo erat, ut nullâ poſſet tergiverſatione celari, nec eſſet poſſibile cum eo in judicio ſiſtere.*

Legitimam hanc ſententiam ſine vi, ſine armis, ſine corruptione, liberè, tranquillè, & ex ſolo juſtitiæ affectu prolatam, in ſcripturam redactam cuncti ſubſcripſerunt, & publicarunt; juſſeruntque aſſervari in publicis archivis ad monumentum rei geſtæ; atque in ejus executionem unanimi

conſenſu

conſenſu Eccleſiaſtici, Nobiles, atque Populi Regem iterùm cum juramento ſalutarunt.
39 Plura ibi concluſa quæ huc non pertinent; illud principalius quod Sereniſsimus *Theodoſius* Regis primogenitus juratus fuit Princeps, & hæres Regni poſt annos patris, quos Neſtorios exoptamus.

40 Jam verò & fama, & Regis literæ in externas Luſitaniæ ditiones convolabant. Primùm in adjacentes inſulas; ex quibus illa vocata *da Madeira*, quamvis in civitate *Funchal* præſidio Caſtellano munita, generosè legitimum accepit Regem, obviavitque reſiſtentiæ præſidiariæ. Aliæ, quas *tertias* vel *dos Açores* nuncupant, (inter quas eam *S. Michaelis* Comes *Villæ Francæ* gubernabat) idem fecerunt. *Extra Luſitaniam in inſulis ad acentibus.*

41 In illâ autem quam ſpecialiùs appellant *Tertiam*, fuit maximum negotium, propter arcem, *S. Philippi* dictam, in civitate *Angræ*, ſitu & arte inexpugnabilem, tercentis fermè bellicis tormentis munitiſsimam, & militibus plurimis Caſtellanis. Vt hæc haberetur induſtriâ, ex Vlyſsipone miſſus abſque morâ nobilis quidam ejuſdem inſulæ, qui, re ibi adhuc ignoratâ, principaliores arcis officiales invitaret ad prandium (ut aliquando ſolitum) atque interim ſtrenui Luſitani amicè intrantes eam occuparent. Hîc, ut opus erat, intentum communicavit amicis, ſed unus infidelis, advertit Caſtellanum; qui ex improviſo, armatâ cohorte, ex civitatis parte neceſſarios capit victus, & ſe ad bellum parat. Tunc, publicato Luſitaniæ eventu, cives, cunctique inſulani, eum probant; Caſtellanos intrepidè obſident; arcem aliam *S. Sebaſtiani*, quæ portum defendit, occupant; &, pro maiori ſecuritate, navim præparant,

parant, quæ maritimum impediat commercium Caſtellanis. Ecce vicinæ inſulæ commumem arbitrantes cauſam, homines & pecunias contribuunt, animo verè Luſitano; additur alia navis; duæ capiunt Caſtellanam venientem in auxilium; capta milite Luſitano impletur, jamque videtur parva claſſis, quæ tandem quinque ſubſtulit auxilia inimicis. Ergo hi deficientes, de deditione loquuntur; at egregium victorem à Rege miſſum deſiderant, etenim indignum exiſtimat Præfectus, militiæ ſe tradere incolarum; è contrario inſulani fortiſſimi inſtant apud Regem, non deberi ſibi gloriam uſurpari. Rex, quamvis eos maioribus aptiſſimos agnoſcit, tamen, ob dubios dilationis effectus, duodecim navium claſſem mittit, gubernatore *Triſtano de Mendoça Furtado*, cui, miſerè tempeſtate ſubmerſo, ſubrogatur *Antonius de Saldanha*. Verùm ante hujus adventum, jam victus neceſſitate coactus Caſtellanus, poſt quatuordecim pugnæ menſes, ſe tradiderat incolis, quos Cœlum noluit privari gloriâ in æternum memorandâ.

In Africâ. In Africâ, jucundiſſimè nuntium excæpit oppidum 42
Marſagani, quod gubernabat *Martinus Correa da Silva* filius *Henrici* gubernatoris Regni *Algarbiorum*. Civitas *Tingintana*, cum gubernatore *D. Roderico Lobo da Silveira* Comite *das Sarzedas*, repugnavit; vel dubitans de incredibili eventu, vel tempus expectans aptiùs; ſic per duos annos fuit; donec ſub regimine ejuſdem Comitis jam ſe tandem ſponte ſubmiſit capiti Luſitano. *Ceptam* gubernabat *D. Franciſcus de Almeyda*, odioſus quibuſdam ex principalioribus incolis, quòd ab eis exigeret pecunias Regi debitas; hos ergo timuit contrarios ſi exequeretur quod (ut creditur) deſiderabat; cúmque dubius eſſet, debitores

bitores, illi ut remiſſionem, & gratiam obtinerent, miſerunt nuntium ad Regem Caſtellæ, & potuerunt conſervare oppidum in ambiguitate, donec Caſtellanus gubernator venit ſuffectus *Almeydæ* in *Matritium* evocato, ubi adhuc eſt, & arx illa detenta à Caſtellanis. Regnum *Angolæ* gubernatum *à Petro Cæſar de Meneſes*; inſulæ *Capitis viridis* ab *Hieronymo Cavalcante*; inſula *Sancti Thomæ*, & reliquæ Africanæ ditiones legitimum protinus Regem ſunt amplexæ magno gaudio, pari fidelitate.

43 In Americà, provinciæ *S. Crucis* (vulgariter *Braſiliæ*) præerat Pro-Rex *D. Geor. Maſcarenhas* Marchio *Montalbani*, qui, ſecretò acceptis Regis literis, congregatis militaribus cohortibus, ſummà cũ dexteritate rem communicavit Reverendiſſimo Epiſcopo *D. Petro da Silva*, itẽ *D. Franciſco de Moura* generali tormentorũ bellicorũ, aliiſque perſonis principalibus, in civitate *S. Salvatoris* ſtatus præcipuâ, & generoſiſſimè Regẽ acclamavit. Erant ibi ſexcenti ferè Caſtellani militantes Luſitaniæ ſtipendiis; hi non potuerunt non cedere; & eorũ principales Vlyſſipponẽ ſunt miſſi, cæteri ad Indias Caſtellæ. Acclamationẽ ſunt ſequutæ gratiæ Deo redditæ, & publicæ demonſtrationes lætitiæ. Civitatem *S. Sebaſtiani fluvii Januarii* rẽgebat *Salvator Correa de Sá* quẽ novitas reddidit ſuſpenſum aliquantulũ; at cives Luſitano zelo ruperunt moras, & eos protinùs ille ſequutus nobili fidelitate. Similiter fecerunt ſtatus *Maranhonii* (quem regebat *Benedictus Maciel Parente*) & magni *Pará* ubi *Arius de Souſa Chichorro* egregiam promeruit laudem. *In America.*

44 Aſia, quia remotior, tardiùs eſt lætata communi fœlicitate; priùs eam cognovit (ex literis navis Vlyſſipponenſis *Goam* euntis,) arx parva, unde nuntium ad *Cochim* vici- *In Aſia.*

nam civitatem tranſiit; erant cives actualiter in conferendis mediis exigendi pecunias pro munitione civitatis; ad jucundi tumultus vocem reliquerunt concilium; neque ampliùs de munitione tractarunt, quaſi Rex novus plenam jam dediſſet ſecuritatem. *Goæ* aſſiſtebat Pro-Rex *Joannes da Silva Tello* Comes *de Aveiras*; legebat, & relegebat literas ſuſpenſus ſanè; ſed vicit breviter amor patriæ, & prorupit in acclamationem Regis naturalis; eundemque ordinem expedivit pro toto orientali ſtatu; cui eò jucundior res fuit, quò ſuam certiùs videbat ruinam ſub regimine Caſtellani; unde nil mirum quod præclara lætitiæ publicæ dederit ſigna, *Goæ*, Cochim, & in aliis partibus. Pro- 45
fectò *Machao* civitas in *Chinâ* generosè fecit; nam præpoſuit fidelitatem utiliſſimo commercio cum *Philippinis* inſulis Indiarum Caſtellæ, quod amiſit Regis mutatione; fœliciſſimum fuit, Luſitanos ibi ſecretum conſervaſſe quouſque à dictis inſulis bona ſua in *Machaum* receperunt; cúmque Caſtellani ab aliquibus decepti claſſem armarent pro eádem civitate invadendâ, facti ſunt noſtrorum præda.

Ita dignum virtute, ac conſtantiâ Luſitanâ conſilium 46
glorioſiſſimè executum eſt; bene auſis prona fortuna; exemplum tanti caſus nulla tulit ætas peræquale; nec ſine præſentiſſimo fuit Numine, quod tam pulchrum & arduum facinus auderent pauciſſimi, vellent plurimi, probarent cuncti.

CAPVT IV.

Præclaro facinori non obſtitit juramentum præſtitum Regi Caſtellano.

1 SOlenne eſt delinquentibus ad ſacra confugere; Ethnici quærebant olim refugium in Principum ſtatuis, de quibus in Codice Juſtiniani eſt titulus: *de his qui ad ſtatuas confugiunt*; Chriſtiani in Eccleſiis, de quibus titulus in eodem libro: *de his qui ad Eccleſias confugiunt*; & in jure Canonico tit: *de immunitate Eccleſiarum*, maximè ibi *c. inter alia* 6, & plures ſunt txs *quos ibi citat gloſ.* 1; unde proverbialiter dicimus *ſacram anchoram*, pro extremo perfugio; quòd anchora ultimum ſit remedium jactatis tempeſtate (ut notat Calepin. *hoc verbo*,) & quod ultimum eſt remedium, ſacrum, maximum ſit. *Nota.*

2 Hoc more, Caſtellani (delinquentes in uſurpatione Luſitani Regni,) ut ſe defendant, confugiunt ad ſacrum juſjurandum. Arguunt nos de proditione, de violato juramento quo Regnum, imò & Sereniſſimi Bragantiæ Duces, Caſtellanis Regibus fidelitatem promiſerunt, quod dicunt omninò ſervandum, ex vulgari regulà utriuſque juris in titulis *de jurejur.* deſumptà *ab Exod. cap.* 20. *n.* 7, *&* *Matth.* 5. *n.* 33. *Objectio Caſtellanorum.*

3 Certè quemadmodum non reſponſione, ſed riſu dignus eſſet qui negaret calorem igni, frigus aquæ, levitatem aëri, pondus terræ; qui in nive albedinem, in Sole lucem, in *Reſpondetur.*

homine riſibilitatem ; ita qui vel dubitaverit de fidelitate Luſitanorum, quibus hæc virtus non minùs eſt propria, atteſtantibus documentis ſupra relatis *procem.*1. §. 5. *n.*10. Et certè ſi Caſtellani ſequerentur in hoc doctrinam Chriſti 4
Domini, *Matth.*7. *n.*3, *&* *Luc.*6. *n.* 41, habentes in oculo trabem, non accuſarent alios qui nec habent feſtucam. Equidem Caſtellani, & Legionenſes, (quod eſt idem,) à *Pelagio* (ut antiquiora omittam) vix obedierunt Regi cui non paraverint inſidias; teſtes *Froila* 1, *Sanctius* 2, & *Petrus* quos occiderunt ferro; *Sanctius* 1 veneno ſublatus; *Ramirus* 1, *Alphonſus* 3, *Ordonius* 2, *Froila* 2, *Ramirus* 2, *Ordonius* 3, *Ramirus* 3, *D.Urraca*, *Ferdinandus* 3, *Alphonſus* 10, *Sanctius* 4, *Ferdinandus* 4, *Alphonſus* 11, *Joannes* 2, *Henricus* 2, *&* *Carolus* 5 *Imperator* experti maximas ſuorum rebelliones; ſic fecerunt cum comitibus qui aliquando gubernarunt eos ſupremâ authoritate; nam multi rebellarunt contra *Garciam Ferdinandez*, & occiderunt *Garciam Sanchez*. Omitto *D. Joannam*, & Principem *de Lacerda*, ac alios antiquiores privatos jure regnandi.

I Reſponſio. Verùm ad pleniorem ſatisfactionem non recuſamus re- 5
ſpondere; & dico I. Juramentum extortum vi, aut metu juſto, nullius eſſe momenti, ſecundùm regulas utriuſque juris *in Auth. Sacramenta puberum C. ſi adverſus vendit*; *cap. cum contingat* 28. *de jurejur*; *cap. quamvis pactum de pact. in* 6; quod eſt indubitatum reſpectu inferentis metum, ut nullum ei jus acquiratur; *declarant Div. Thom.* 2. 2. *q.*89. *art.*7. *ad* 3, *ubi Cajetan. verſ. ad evidentiam*, *&* *cæteri commentatores*, *Bonacina in moral. theol. tom.*2. *circa* 2. *præcept. decal. diſp.* 4. *q.* 1. *puncto* 9. *n.* 1. Et quamvis reſpectu Dei ſit obligatorium *juxta relatos*, tamen, ſive obliget ſub pec- 6
cato

cato veniali (*ex Abb. in cap. ſi verò de jurejur; Angel. verbo juramentum n.10, ac aliis de quibus citati Cajetan. verſ. an autem, & Bonacin. n.3.*) ſive ſub mortali (juxta communem), talis obligatio tollitur per abſolutionem facilimam, *cap. authoritatem* 15. *q.6, ubi gloſ. verbo: abſolvimus, Div. Thom. ſup.* (ubi relaxationem obligationis vocat) *& eſt communis, ut per Covar. in epit. de ſponſ. p.2. c.3. §.5. n 2, Seraphin Senenſ. de privileg. juram. privil.* 110; nec refert metum fecerit qui poſſidet, an alius, nam coactus poteſt agere contra poſſidentem, *bona gloſa un. ante med. in cap.2. de his quæ vi, metuve cauſ.*

7 Allegatum juramentum extortum vi, & metu juſtiſſimo patet; nam, cùm Luſitania eſſet ſine viribus, (ut fatetur Cabrera hiſtoricus Philippi 2. *lib.*12. *cap.*12.) Caſtellanus eam invaſit exercitu 40 mill. hominum, ſub Duce *Albæ*, (ut etiam fatentur *idem Cabrera, ſup. c.*16, *& Herrera in hiſtor. ejuſdem variis in locis, Conneſtag. lib.*4. *ad med*; ac eſt notorium), & tali ambitionis furore, ut oſtendit ſermo Legati ejus ad Summum Pontificem, relatus *ſupra lib.*2. *cap.*2. *n.*7; unde juſtiſſimè Luſitani Proceres timuerunt in ſe tyrãnidem ſanguinolentam quâ Dux idem *Albenſis*, ejuſdem Regis juſſu, paulò antea uſus fuerat adverſus Comites *Egmontiæ, Horni*, & alios Flandriæ Magnates; juſtiſſimè quoque populi timebant deſolationem è naturali Caſtellanorum odio, (quod diximus *l.*1.*c.*12. *à n.*57); juſtiſſimè tandẽ Sereniſſima *Catharina* pertimuit fortunarum, quin & vitæ amiſſionem; unde juſtiſſimus inducitur metus, *ait, & probat d. gloſa in c.2. de his quæ vi*; qui continuatus eſt temporibus ſequentibus durante eâdem ratione, ob præſidia occupantia Luſitanas arces, obque potentiam Regum Caſtellanorum.

8 Huic eſt proximum, quod Duces Bragantiæ (ex jure demonſtrato) enormiſſimè lædebantur privati coronâ; ex

tali

tali verò læſione præſumitur dolus, *gloſ.margin. ad gloſ.*1. *in l.*2. *C.de reſcind. vend* ; *ubi multa adducuntur*; dolus autem tollit vim juramenti, *c.cum contingat de jurejur.cum vulgar.* Item juramentum aſſumit naturam actus cui adjicitur, ita ut ſi actus non teneat, neque etiam juramentum, *l. non dubium in fin. C.de leg*; *c.ſi diligenti in fine de foro comp. ubi gloſa plura*; ſed occupatio *Philippi* fuit injuſta, doloſa,& tyrannica,ut vidimus,ergo & juramentum.

Quinimò, tertio loco reſpondetur Sereniſſimum *Theodoſium*,ejuſque primogenitum JOANNEM, ituros ad comitia anno 1619 ut Caſtellanum jurarent,inſtrumentum feciſſe invocando in teſtes plures Sanctos quos Domus ſuæ habebant auxiliarios,quo proteſtati ſunt ſe ire coactos,ſine intentione jurandi, in ipſoque actu verba pronuntiarunt ore,ſed corde declararunt Deo,ſe nil jurare,nec promittere Divinæ Majeſtati; quæ proteſtatio, quo ad forum exterius, eis jus conſervavit, *l.ſi debitor* 4.§.1, *ubi Bart.ff. quib. mod.pign.vel hyp.ſolv*;& declaravit deficere animnm, *l. Neſennius* 34.*de negot.geſt*; *l. at ſi quis,aliàs,& ſi quis* 14.*de relig.& ſumpt.fun*; ſine quo juramentum non obligat,*ad cap. veniens* 14,*& quæ gloſ.ibi,verbo: præſciviſſet,de jurejur.* 9

Item quoad forum interius, quod præcipuum, talis proteſtatio (Deo nota, quamvis foret in ſolo animo ſine ullâ ſolemnitate,) ademit obligationem ex vi juramenti, ſiquidem nullum fuit, *Cajetan. in D. Thom.*2.2. *q.*89.*art.*7. *ad* 4. *verſ. ex quibus patet*, *Sotto de juſt. lib.*8. *q.*1. *art.*7. *ad fin*; *Filliuc. moral. tract.*25. *de blaſphem*; *& juram.c.*6. *n.*153, *Bonac. d. tomo* 2 *diſp.*4. *q.*1. *puncto* 7. *n.*2. *qui plura*; nec manſit obligatio ratione ſcandali, cùm, ex relatis, notoria ſit tyrannis quâ juramentum extorquebatur. 10

Quinimò, neque peccatum intervenit; quod enim dicitur, jurare fictè ſine intentione continere peccatum (quod tamen quidam negarunt, *ut refert Caietan.* 11

tan. ſupra verſ. in eádem) procedit quando juramentum jure exigitur; at quando per vim, & metum poſtulatur, (ut in caſu præſenti) melior eſt opinio quod non datur peccatum, ſaltem mortale; *ut concludunt Sotto d. cap. 7. propè fin; Bonacina d. puncto 7. n.6.*

12 Adverſus hæc ait Anonymus Anglus (de quo ſupra *lib.1. cap.14. ex n.37.)* Caſtellani advocatus *in Diſſertat. jurid. n. 69.* Æthnicum eſſe dicere: *linguâ juravi, mentem injuratam gero,* & ideò Chriſtiano calamo indignum eſſe. Non ergo ſunt Chriſtiani (ſecundùm iſtum Doctorem) Cajetanus, Sotto, Filliucius, Bonacina relati, ac alii plurimi; ſanè talis Doctor putat ſe adhuc loqui in Vinariis tabernis.

13 Tertiò, quoad populos, reſpondetur, non valuiſſe juramentum eorum in præjudicium alterius, (ſcilicet Ducum Bragantiæ, quibus debebatur Regnum,) *cap. cum contingat 28. in fine, cap. venientes 19, ubi gloſ. verbo: jus ſuperioris, citat concordantia, & D D. communiter de jurejur.* *III. Reſp.*

14 Quartò, etiam in juramento valido appoſito contractui mutuo (ut noſtrum fuiſſe oſtendi *lib.2. c.3. à n.14.)* utraque pars intelligitur jurare ſub conditione: ſi alter ſtet contractui; ut probatur in foro exteriori per ea quæ notavi *d. cap.3. in fine; addo l. fin. cum gloſ.1. ibi C. de non numer. pec;* & in interiori advertunt *Filliucius d. tract.25. cap.8. n.236; ac Bonacina d. diſp.4. q.1. puncto 16. n.2. per totum maximè verſ. ſecundò, & verſ. nono, citans Molin. & Sanchez;* unde, inquiunt ipſi: uno non ſervante, alter non tenetur; atqui Reges Caſtellæ non obſervarunt ex parte ſuâ, *ut citato cap.3,* ergo Regnum liberabatur à juramento quamvis foret juſtum. *IV. Reſp.*

Quintò

V. Reſp. Quintò, juramentum ceſſat mutatione rerum quæ auferat neceſſariam conditionem ſubintellectam, in cujus mutationis caſum probabiliter conſtat jurantem non promiſſurum; nec tunc opus eſt relaxatione ſuperioris, ſed ipſo facto ceſſat obligatio; ita *Filliuc. d. cap.*5. *n.*242. *communem dicens ex Suar. & aliis; faciunt quæ Bonacina d. diſp.* 4. *q.* 1. *puncto* 8. *n.*4; at in Luſitaniâ res ita ſunt mutatæ, ut Caſtellanus Princeps ad regendum juratus, potiùs deſtrueret, ſicut vidimus *lib.*2. *cap.*4, 5, & 7, conſtatque evidenter jurantes non promiſſuros obedientiam in talem caſum propriæ ruinæ. Accedit quod juramentum in præjudicium boni publici primarii non obligat, quia eſſet culpabile, & iniquitatis vinculum; *Bonacina d. diſp* 4. *puncto* 5. *n.* 1. 15

VI. Reſp. Sextò denique obedire Regi Caſtellæ vertebatur in religionis damnum; *ut præcedenti lib. cap.*6; ergo nullum juramentum poterat obligare ad talem obedientiam; *ad cap. Quintavallis* 23. *cum ſimilibus de jurejur. Cajetan. d. q.* 89. *art.*7. *ad* 3 *verſ. ad evidentiam, ante med; Bonacin. d. q.*1. *puncto* 4. *n.*1; *ubi plures allegat*, ac eſt indubitatum. 16

Concluſio. Nullum itaque fuit juramentum legitimum; ſed ſi fuiſſet (quod negatur,) legitimè ab eo diſceſſum. Taceat ergo hoſtium inſolentia, quam non pudet accuſare Juſtitiam de proditione; Cœlum, terraque judices ſunto, quiſnam juſtè intraverit Regnum, *Philippus* an JOANNES? ille contra placitum populorum, hic â populis acclamatus; ille armatus, hic pacificus; ille ſpreto judicio, hic ex legitimè judicato; ille tandem tyrannicè, hic rectiſſimè. Hæc omnia probata manent; Et dum illi verbis immodici, linguâ operantur; nos factis promptiores, manu loquemur, 17

mur, donec ſupremus rerum arbiter, juris vindex, malignitatis ultor, noviſſimum de inſolentibus faciat ſupplicium.

CAPVT V.

Reſtitutioni legitimi Luſitaniæ Regis non obſtabit præſcriptio ficta ab Adverſariis.

1 ALiud, inter humana, eſt ſacrum Præſcriptio; ad quam ſolent confugere qui de nullo jure, præter longam poſſeſſionem, volunt diſputare; *ut notatur in l.3. & paſſim alibi ff. de uſucap.*

2 Inquit ergo Caſtellanus, ſe poſſediſſe Luſitanam Coronam per annos ſexaginta, atque ita ad eum jam pertinere jure præſcriptionis non ſolùm longi temporis, ſed etiam pluſquam longiſſimi; pro quo allegat omnes titulos utriuſque juris loquentes de præſcriptione. *Objectio Caſtellanorum.*

3 Verùm, (ſuppoſito quod præſcriptio detur in Regnis,) reſpondet primò regula prohibens præſcriptionem cum malâ fide procedere in quocunque foro; *princip. Inſt. de uſucap; cap. vigilanti 5, cap. fin. de præſcript; regula poſſeſſor de reg. jur. in 6.* *I. Reſponſio.*

4 Planè *Philippum* 2 Caſtellæ Regem malâ fide occupaſſe Luſitaniam, demonſtratur imprimis, quoniam ſciebat jus melius, imò clariſſimum *Catharinæ* Sereniſſimæ, *ut oſtendi lib.*1. *cap.*14. *ex n.*2; & illud vi, ac pecuniis oppugnaſſe, *ut ibidem n.*5; *& lib.*2. *cap.*2. *ex n.*9; quæ ſcientia proculdubiò eum conſtituit in malâ fide, *ad notata in cap. ſi virgo*

 34. *q.*1;

34. *q.*1; *& fatebuntur omnes.* Saltem Caſtellani, niſi Regem illum negent rationabilem, inficiari non poterunt eum fuiſſe in opinione dubiâ propter latè diſputata *lib.*1. *à cap.* 8; at verò dubitans in principio poſſeſſionis incipit malâ fide, & præſcribere non poteſt. *Ex textu, & ibi notatis in l. bonæ fidei* 48. *in princip. ff. de acquir. rer. dom*; *Menoch. de retin. poſſ. remed.*5. *n.*87; *Fachin. controvert. lib.*1. *cap.* 65. *in princ. ubi ait, hoc conſtare inter omnes.* Ex Theologis tenent, & communem aſſerunt, *Filliucius moral. tom.* 2. *tract.*31. *de juſt. cap.*8. *n.*187; *Bonacina moral. tom.* 2. *de reſtit. in genere diſp.*1. *q. ult. puncto* 2. §.2. *n.*20, *allegans Salon*; *Bannez, Leſſium, Rodriguez & alios*; unde patet quàm ignoranter Anton. de Fuertes Biota, Regis Caſtellæ advocatus, *in Antimanifeſto Luſit. art.*11. *ante med. pag.* 200, ſcripſerit: *ſi dubitavit, non ideò habuit malam fidem*, pro quo allegat *Canoniſtas in cap. vigilanti de præſcr*; *Covarruv. & Fachin*; quos, ſi intelligeret, videret diſtinguentes inter caſum quo dubium venit ante inceptam poſſeſſionem, vel illâ jam procedente; ut priori (qui eſt noſter) pariat malam fidem; in poſteriori non ita; legat iterùm Fachin. quem allegat *d. c.*65. (nam *lib.*8. *cap.*34, ubi etiam eum allegat, nec verbum de hoc tractat) & inveniet ſic: 5

Vide ignorantiā advocati Regis Caſtellæ.

> *Si poſſeſſor ab initio dubitaverit an res ſit ſua, vel aliena, inter omnes conſtat eum præſcribere non poſſe. Cæterum ſi ab initio bonam fidem habuit, & poſt modum dubitare inceperit, utrùm poſſit jure præſcribere, & uſucapere rem alienam, aliqua eſt inter Doctores controverſia, &c.*

Similiter diſtingunt cæteri; at Caſtellani Advocati 6
ſunt cœci. Iterùm, ſi dicant prædictum Regem nec dubitaſſe; reſpondent *Filliuc. ubi proximè n.*186. *Bonacina d.*

loco

loco n.15. Molina, Reginald. Leſſius, Sanchez, & alii apud eundem, ſolam credulitatem prudentem excuſare à malâ fide, non autem procedentem ex ignorantiâ craſsâ, qualis eſſet ignorare dubia circà ſucceſſionem Luſitanæ
7 Coronæ ex dictis *d. lib.1. à cap.9.* Vlteriùs *Philippus* 2 fuit citatus ad legitimum judicium pro eâ lite, *ut ſupra lib.2. cap.1. à n.12, maximè n.16*, quæ citatio eum conſtituit in malâ fide, *ſecundùm Filliucium d. tract.31. cap.8. n. 208. in fine, ubi alios citat*; maximè cùm recuſaverit judicium, *ut vidimus d. cap.1. n.16*; in quo peccavit, *ut ibidem*
8 *n.18.* Quod ſi dicatur malam fidem non conſtitui niſi per litis conteſtationem, juxtà communiorem regulam *de quâ gloſa 1. per tx. ibi in l. ſed & ſi lege 25. §. ſi ante, & Bart. in l. illud quoque 40. ff. de petit. hæred; ac omnes in l. nemo 10. C. de acquir. poſſ; Fachin. controvert. lib.8. cap.34; Bonacina d. q. ult. puncto 2 §.2. n.18*; ſatisfacio quod, juxtà tx. *in l. contumacia 53. §.1. ff. de re jud; & gloſ. verbo: contumaciter in c.2. de dolo & cont.* contumax fuit qui legitimè vocatus contempſit venire ad judicium, quod erat competens, *ut oſtendi d. cap.1. à n.12*; vel quamvis foret dubium an competens eſſet, *declarat gloſa verbo: deberent, in d. l. contumacia §. fin. per. l. ſi quis ex alienâ 5. de judic. & alia gloſ. verbo: ſed, verſ. reſtat igitur, in cap. un. in princ. de mil. vaſſ. qui cont. in uſib. feud. per l.2. ff. ſi quis in jus voc*; at verò contra contumacem habetur lis pro conteſtatâ quoquo modo; *ad ea quæ notantur in tit. de dolo & contumac; maximè in cap. quoniam §. in aliis verò, d. gloſa in cap. un. de milite vaſſ. verſ. ſequitur nunc.* Igitur undequaque mala fides in *Philippo* 2 eſt demonſtrata.

9 Hoc malæ fidei vitium tranſivit ad ſucceſſores, *l. Pom-*

ponius 13. §.1. *ff. de acquir. poſſ; l. vitia* 11. *C. eodē: gloſ.un.in l. quod ipſis* 185; *aliàs* 186. *de reg. jur*; quamvis ſucceſſores habeant bonam fidem, *l. cum hæres* 11. *de diverſ. & temp. præſcr. l. fin. C. commun. de uſucap. §. diutina Inſt. de uſucap; Fachin. controvert lib.*1. *cap.*66; unde nec ex perſonâ ſucceſſoris bonæ fidei poteſt incipere præſcriptio; *gloſ.*1 *in fine in d.l. Pomponius* §.1, *optimè gloſa un. verſ. ſed ſi, in l.*2.*C.de uſucap.pro hær.Bonac.d.*§.2.*n.*21. Quinimò ipſi *Phi-* 10
lippi, filius & nepos ſecundi, habuerunt malā fidē ex conſcientiâ propriâ, ſcientes media quibus avus uſurpaverat; atque ideò non auferentes à Luſitanis arcibus præſidia Caſtellanorum præ timore, qui arguit malam conſcientiam, quoniam peccatum eorum contra eos erat ſemper *juxtà Pſalm.*50. *verſ.*5; & quia *non eſt pax impiis, dicit Dominus Deus*, ſecundùm Iſaiam *cap.*57. *in fine*.

II. Reſp. Reſpondetur ſecundò; quod, ſuppoſito (falsò) Caſtella- 11
nos Reges poſſediſſe bonâ fide, non tamen poſſiderunt per tempus ſufficiens ad Regni præſcriptionem; pro hac namque centum anni requiruntur; *ex relatis à Fachineo controvert. lib.*8. *cap.*3. *verſ. quod attinet; Gom. in l.*40. *Taur. n.*90. *verſ. ſecundò, poſt med; Gregor. in l.*10. *tit.*20. *p.*4. *in gloſ. magnâ, col.*6. *verſ. ſimiliter; plures in idem allegat elegantiſſimus, ac eruditiſſimus P. Franciſcus de Macedo in append. jur. ſucced. in Regn. Luſit. coralliar.*6. *verſ. tertiò; & fatetur Caramuel Caſtellani Advocatus, in Philip. lib.*3. *q*.3. *art.*2. *n.*24.

Advocatus Regis Caſtellæ adverſus illum.

Compertum eſt autem ſexaginta tantùm annos, ad ſummum, effluxiſſe ex quo *Philippus* 2 Luſitaniam occupavit; cùm anno 1581 in Regnum ſe intruſerit, & ſi anno ante expeditionem inchoaverit; *ut videre eſt per Conneſtag. in un. Luſit. lib.*5. *Cabrera, & cæteros hiſtoricos*;

ſtoricos; fuit verò nepos ejus legitimè excluſus anno 1640, *ut hoc libro cap.* 3. *n.* 2.

12 Tertiò; & ſi ſexaginta, imò triginta, vel quadraginta annorum ſpatium ſatis ad præſcribendum Regnum eſſet, non inde ſequitur contra Sereniſſimum JOANNEM fuiſſe præſcriptum; neque etiam contra ejus patrem, vel aviam; talis enim præſcriptio longiſſimi temporis in maioratibus, ſeu primogeniis ſimilibus, non obſtat niſi ei qui habebat actionem dum illud tempus tranſibat; contra alium verò ſuccedentem, præſcriptio incipere debet; audiamus doctiſſimum Molinam (Advocatum & Legatum *Phlippi* 2, pro ſucceſſione Luſitaniæ) *in tract. de primogen. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 3; ſic ait: *III. Reſp.*

Tertia concluſio ſit, præſcriptionem longiſſimi temporis triginta, vel quadraginta annorum in bonis primogenio ſubjectis ſolùm procedere adverſus maioratus poſſeſſorem, non autem adverſus cæteros ſucceſſores, quorum dies non dum ceſſit; cùm enim hi non valeant, ante diei in quem vocati ſunt adventum, agere, conſequens eſt ut nec adverſus illos præſcriptio procedere poſſit, nec etiam adverſus naſcituros; impeditis enim agere, vel his qui non ſunt in rerum naturâ tempus currere non poteſt, nec etiam negligentia imputari; quod dixit Paulus, qui hujus opinionis præcipuus Authar eſſe cenſetur, conſ. 467. *incipit: in caſu præmiſſo, n.* 2, *&* 3. *lib.* 2; *quem ſequutus fuit in rebus maioratus Roderic. Xuar. allegat* 3. *ubi notabiliter proſequitur materiam.* Continuat allegando *Dec*; *Crot*; *Rip*; *Alciat*; *Curt. Jun*; *Rub*; *Pariſ.* & dicit communem *ex Pinelo, qui plura refert, in Auth. niſi triennale de bon. mat. n.* 49. *& Ant. Gabr. lib.* 3. *com. tit. de præſcript.*

*præſcript. concl.*11, *&* 13. *ubi plures ſequentes adducit*; & in Hiſpanorum maioratibus *Gregor. in l.*10. *tit* 26. *p.*4. *verbo: ni le empeça, col.*8. *verſ. ſit ſecundus caſus*, addit: *eaque opinio proculdubiò vera, & communis eſt.* Proſequitur *n.*6. quod ut præſcribatur contra ſucceſſorem, ab illo incipere debet præſcriptio; *ex Paulo in l. fin.* §. *ſed quia, verſ. adde aliam utilitatem, C. com. de leg. Ant. Gabr. d. concl.*13. *n.*17, *&* 18. *qui refert plura.*

Nec, qui juri, non dediſti operam, putes hoc, à Doctoribus dictum circa præſcriptionem quadraginta annorum, non extendi ad ſpatium ſexaginta annorum (de quo agimus) quaſi hoc longius tempus ſit vehementius; imò ſcias quod in jure, ſi non eſt completum tempus ad præſcriptionem ſtatutum, idem eſt tranſiiſſe plures annos, ac nullum; v. g. ubi requiruntur decem anni, æque invalidum jus habet qui poſſidet à novem annis, ac qui poſſidet à novem diebus, idemque dicitur de primo anno, quod de octavo, vel nono; ſic quod dicitur de quadraginta annis, procedit pariter in ſexaginta, cum non ſimus in præſcriptione ad quam ſexaginta anni limitati ſint. Ignoſcant literati advertentiam, quam pono pro *Caramuelibus*, & *Biotis*. Igitur ex relatâ doctrinâ conſtat, quod cùm Reges Caſtellæ non poſſeſſerint per quadraginta, nec per triginta annos poſtquam Sereniſſimus JOANNES ſucceſſit parentibus in jure Regni, nequaquam dicere poſſunt contra eum præſcripſiſſe. 13

IV. Reſp. Quartum ſit reſponſum; quamvis & bona fides, & legitimum poſſeſſionis tempus aliàs præſcriptionem efficerent, nunquam ea adverſus Bragantinos Principes militabat; nam, cùm ſit introducta contra ſolos deſides, *l. ut perfectiùs* 14

perfectiùs in princ. C. de annal. except; adverſus impeditum agere non currit tempus, *l.* 1. §. *ult*; *cum aliis apud gloſ. fin. ibi, C. d. tit*; dixi latè *in repet. l. corruptionem C. de uſufr. p.* 1. *à n.* 26, fatentur indiſtinctè adverſarii *Caramuel in Philip. lib.* 3. *q.* 3. *art.* 2. *n.* 27, *& Anglus in diſſert. n.* 41. Planè eſt notoriũ illos Principes dũ privati fuerunt, non valuiſſe
15 agere contra Reges Caſtellæ potentiſsimos; ergo, &c. Si verò replicetur impedimentum hoc non fuiſſe juris, ſed tantùm facti, ac proinde non impediiſſe præſcriptionem mero jure, *juxtà diſtinctionem Cyni, & Bart. in l. Attilicinus* 35. *ff. de ſervit. ruſtic*; *quam communiter DD. ſequuntur*; iterùm reſpondeo, quod tale impedimentum facti, ſi non ipſo jure, ſaltem per reſtitutionem clauſulæ generalis reducit præſcriptionem ad nihilum; *l. ſenatus conſulto* 16. *ff. de off. præſ*; *l. item ei* 14. *cum l. ſeq*; *l. ſi quis Titio* 41; *l. ſi quis ſtipulatus*, *l. ſed & ſi per prætorem* 26. *in princ*; *& in* §. *ſi feriæ ff. ex quib. cauſ. maior*; *l. ab hoſtibus* 18. *C. poſtlim. reverſ*; *l. ab hoſtibus* 6. *C. quib. non objic. long. temp*; *cap. primâ actione* 16. *q.* 3; *cap. ex tranſmiſſâ de præſcr. Gratian. diſcept. tom.* 5. *cap.* 929. *n.* 2; dixi *loco proximè citato n* 48.

16 Ex dictis apparet, quàm ineptè diſcurrat Anglus Advocatus Regis Caſtellæ *in d. diſſert.* è *n.* 34. inquiens jus regnandi præſcribi per multos annos, quamvis regnans inceperit à tyrannide; ineptè inquam diſcurrit ad noſtrum caſum; nam illi plures anni debent eſſe centum, ut ipſe ſe convincens declarat *n.* 46, & diximus ſupra *n.* 11; Caſtellani autem ſolùm occuparunt per ſexaginta annos, *ut ibi-*
17 *dem.* Deinde fallitur exiſtimans generaliter, tyrannum regimen poſſe præſcribi etiam per immemorabile ſpatium centum annorum; debet enim diſtinguere, ut ſi regnum inceptum

Ineptia Advocati Regis Caſtellæ.

inceptum tyrannide poſsidetur à ſucceſſoribus bonâ fide per centum annos, præſcribatur ab illis, quoniam illud immemoriale tempus facit præſumere bonam fidem, & omnia requiſita à principio, *ut dixi lib.* 1. *cap.*5. *n.*38; ſi autem in ſucceſſoribus quoque eſt mala fides (ut in præſenti *ex notatis ſupra n. 9.)* nullum tempus ad præſcriptionem eſt ſufficiens; ſic indifferenter diſponunt txs. in *cap. vigilanti, & cap. fin. de præſcript; gloſa, verbo: niſi, in cap.*1. *eodem tit. in* 6; *ubi Joan. Andr; Franc; & plerique ſcribentes. Cov. in regula poſſeſſor* §.3. *n.*7, & §.8. *n.*4. *ubi dicit communem; Angel; Afflict; Aymon Cravet; Ant. Gabr, & alii quos citans ſequitur Molina de primog. lib.*2. *cap.*6. *n.*67. concludens: *idque veriſſimum eſt, quamvis contrarium, & malè opinatus fuerit Boer. deciſ.*39. *n.*7. *poſt Salycetum ab eodem relatum:* (quos tamen ego excuſo, intelligendo ut in priori membro diſtinctionis.) Igitur Anglus Doctor nil facit niſi *Philippum* 2 fateri tyrannum.

Eádem infœlicitate *ex d. n.*34. probare tentat Principes Bragantinos habuiſſe pro derelicto jus ad Regnum (quod eis non poteſt negare;) Quis credet quempiam à deo negligentem ut jus regnandi derelinquat? ſed qualiter probat Anglus? quòd obedierint, & juraverint; jam oſtendimus capite præcedenti coactos, & proteſtatos fuiſſe; in Appendice *cap.*1. videbimus ſemper aſpiraſſe ad Coronam; hîc eſt ſatis tranſcribere quod Sereniſſimus Dux *Theodoſius* aureis characteribus inſcribi fecit, in remis, ac arboribus naviculæ quâ Tagum trajecit Vlyſſiponem veniens anno 1619, pro juramento Caſtellani Regis, & erat tale: *Bonum eſt ſperare in Domino: ſecretum meum mihi; in Domino confido: qui ſtat, videat ne cadat;* 18

quorum

quorum verborum myſticum ſenſum, tunc omnes notarunt.
19 At eſto, (ad libitum fictionis) jus ſuum dereliquerint; hoc in effectu venit ad præſcriptionem; ſed hæc non obſtitit JOANNI cùm non cucurrerit contra ipſius perſonam per quadraginta ſaltem annos, *ut dixi n.* 12; ergo, quamvis & verba, & terminos, & vias arguendi Adverſarii mutent, nunquam poterunt excuſare, vel ſupplere injuſtam uſurpationem.

20 Memoro quod ſuppoſito jure (quod oſtendimus *lib.* 1.) deferente ſucceſſionem Regni, per obitum Henrici, *Catharinæ* ejus nepti, in eam ſtatim ſine aliquo actu, ex diſpoſitione legis tranſivit poſſeſſio, quam vocant civiliſſimam, & ex eâ in filium, ex filio in nepotem ſucceſſionis vi; ita in Caſtellæ Regnis diſponit *l.* 45. *Tauri*; & de jure communi adducunt multa *Anton. Gom. ibi ex n.* 111. *& ejus Additio, Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 13. *à n.* 13, *conducunt Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr.* 7. §. 1. *chart.* 237. *n.* 15, *Valaſc. de jur. emphit.* 1. *p. q.* 18. *n.* 34. *citans Tiraq; Covar; & alios*; de noſtro Regno refert Cabedo 2. *p. deciſ.* 8. *n.* ibi: *Cùm apud nos, mortuo ultimo Rege prædeceſſore, ſtatim in ſequentem tranſeat adminiſtratio Regni, & juriſdictio, ab illo die Rex noſter Luſitaniæ habet de jure in terris Regni ſui fundatam intentionem, &c.* Vnde ſequitur quod talis poſſeſſio civiliſſima præſtat taliter poſſidenti, omnia interdicta, & remedia quæ competunt ordinariis poſſeſſoribus, *ut latè Gom. ſupra ex n.* 118; quâpropter nec tantum gloriari debent Caſtellani de poſſeſſione (verè detentione) ſuâ; nec mirari, quod Princeps noſter pro ſemper poſſeſſore reputetur. *Nota.*

21 Sit igitur concluſio, Reges Caſtellæ non fuiſſe poſſeſſo- *Concluſio.*

res, ſed detentores, *juxtà diſtinctionem gloſæ verbo: commoda, ante med. in cap. ex parte* 14. *de reſt. ſpol*; detentionem per plures annos, non tribuiſſe jus, ſed auxiſſe peccatum, *cap. non debet in fine de conſang. & affin; latè Bonacina tom. 2. tract. de reſtit. diſput. 1. q. 6. maximè ex n. 9*; quod aggravatum eſt ex delinquentis dignitate, *cap. cum quidam* 12. *cum gloſâ* 1. *de jurejur.*

CAPVT VI.

Reſtitutione JOANNIS legitimi Regis componuntur omnia, & in rectum ſtatum reducuntur.

SVperiori libro, *ex cap.* 3, Regnum vidimus Luſitanum ſuâ ipſius oppreſſum ruinâ; in quo (ut eleganter dixit egregius Autor *Panegyris pro Luſit. vindicatâ*) ne cadaveris quidem veſtigia erant, unde buſto argumentum eſſet. Errandum in ipſo, ceu campo, in quo fuerat, deſolato, ut indagine putoris, ad cineres obrutos via fieret. Vbi verò afflatu Dei in illud buſtum inhalante, ſua ei infuſa eſt anima JOANNES IV, & vita reddita, & vigor extitit; diſperſis artubus pax, & concordia ubi caput fuit, ſponte ſe membra capiti junxerunt; alienâ vi diſtracta ſuopte ſe ingenio colligarunt. 1

Hoc ut clariùs innoteſcat, juvat memorare quid tulerimus in ſervitute; cujus contrario fruamur in libertate. 2

Regni integritas conſervata.

I. Vidimus (*d. cap.* 3.) ſub imperio *Philippi* diviſum cum Caſtellanis Luſitaniæ Regnum; dum, ruptis privilegiis, 3

legiis, non ſervatis pactionibus, illi fiebant magiſtratuum participes, domui Regiæ tollebant ſplendorem, occupabant arces, potiebantur gratiis, utebantur viribus, hauriebant pecunias.
4 JOANNES verò laceratum protinùs conglutinavit; jurans ſervare leges, ac libertates Regni, reformans magiſtratus in propriis, reddens ſplendorem aulæ, expellens alienos ab arcibus, reſervans gratias Luſitanis, reſtituens nationi ſummam poteſtatem, divitias apud ſuos cuſtodiens. Vter hujus corporis parens? ille qui diſſipabat, an hic qui integrum conſervat? Suum hîc Salomon interponat judicium: *Date huic Regnum vivum, hic eſt enim pater ejus.*

5 II. Vidimus *(d. lib. cap.* 4.*)* Rempublicam deſtructam penitùs peſſimo regimine; deficiente prœmio virtuti, pœnâ crimini; cuncta pecuniis expoſita, veterum ſanctiones abolitas iniquis inſtitutis, ſummam rerum uni traditam indigno, & pro neceſſariâ defenſione terrâ, marique inopiam militiæ. *Bonum regimen reſtitutum.*
6 At ubi JOANNES gubernaculum tenuit, Reſpublica revixit; omnibus rectè faciendi aut incuſſa voluntas ſpe remunerationis, aut impoſita neceſſitas pœnæ formidine; (exempla taceo ex ratione jam notatâ *d. cap.* 4. *n.* 3.) omnia diſtributa per manum Juſtitiæ; (ſit exemplum, inter plura, quod, cùm die acclamatæ libertatis, è carcere cum aliis exiiſſet capitaneus quidam *Antonius de Araujo*, qui, ex præſumptionibus tantùm, reputabatur culpatus in morte Soceri clàm occiſi, Regem allocutus ſe dixit innocentem, (verè fortaſſis) perſonam, & maximam pecuniarum ſummam offerens pro bellis ſequentibus; at Rex informatus juſſit eum carceri reſtitui, quamvis à nullo accuſatum; librans belli expenſas in purâ

adminiſtratione juſtitiæ;) antiquæ leges firmiter retentæ, ſpretæ novæ quæ utilitatem non continerent evidentem; Imperii adminiſtratio apud Principem ita reſidet, ut plures ejus miniſtros agnoſcas magnos, nullum primum; pro negotii directione omnes æqualiter conſiliarios tribunalis ad quod pertinet informare debes: pro reſolutione, Regem ſolum, qui, ex proprio definit judicio, poſt conſideratas conſiliariorum opiniones propoſitas in ſcriptis; quinimò, in arduis, intereſt, & præeſt conſiliariis, quò meliùs & breviùs reſolvatur materia; mireriſque, in expeditione variarum rerum latiſſimi Imperii, ingenio promptum, opere infatigabilem Principem. Quâ celeritate, terrâ, marique exercitus ad defenſionem, & offenſionem parati, videbimus *cap.*8. Tandem repentina ſtatus mutatio teſtatur, perire Regna quæ extraneis ſerviunt; eorum eſſe vitam Regem proprium; nec magis poſſe Imperia ſub alieno domino, quàm membra ſub alieno capite conſiſtere.

Tyrannis verſa in juſtitiam.

III. Vidimus *(ibi cap.*5.*)* Luſitanos tyrannidi ſup- 7
poſitos incredibili, tributis preſſatos, privatos propriis ſubſtantiis, ſpoliatos honore, captivos penes Caſtellanos redimere ſe pecuniis, traditos miniſtris deterrimis, repulſos à querellis juſtiſſimis. In JOANNE illuxit Sol 8
juſtitiæ; primis in comitiis edicto generali ſuſtulit tributa omnia impoſita per Caſtellanos Principes, ſummo jure ſua cuique ſervavit, honores cumulavit, arcem libertatis inſtituit, depulit miniſtros tyrannos, cæteros vigilantiâ in rectum dirigens; utque maiori muneri ſatisfaciat aſſiſtit ſæpè in ſupremo Senatu juſtitiæ; denique Regem & juſtum agit, cum antea non ſolùm deeſſet juſtus, ſed & Rex; cum ille

ille *Philippus* quem dicebant Regem, ne unâ quidem functione Regem ſe unquam probaverit; ſomnus illi, ne cum ſomnio quidem, Regnum fuit.

9 IV. Vidimus (*cap. 6.*) labentem cum Regno Religionis honorem in Luſitaniæ ſubjectis provinciis; quinimò, intra ipſam Luſitaniam, bona Eccleſiæ uſurpari, ſimonias committi, detrahi ſacris, Regiæ poteſtatis limites extendi, Pontificiæ circumſcribi, Eccleſiaſticis perſonis injici manus, ſacrilegiis indulgeri, cenſuras contemni, violari Sanctæ Inquiſitionis Tribunal. *Religio ſtabilita.*

10 At in JOANNE Deus oſtendit quàm ſit proprium vero Luſitaniæ Regi, Religione niti, ac Religionem fulcire; cùm in magnâ inſulâ *Thymor* Orientalis Indiæ anno 1641, menſe Junii, (quo ibi adhuc ignorabatur Luſitaniæ libertas,) mirabili & repentino ſpiritu regina *Menæ* vidua, ejuſque filius hæres, ac filiæ, cum totâ curiâ, item Rex, & Regina *Liſai*, aliuſque Rex *Manubai*, Sacramentum Baptiſmatis ſuſceperunt per manus Luſitanas inſignium cultorum Chriſtianæ vineæ, religioſorum ordinis Prædicatorum Sancti *Dominici*; illeque Princeps, inter alios principalis, *Joannes* voluit appellari, non ſine myſterio, quò monſtraretur clariùs, jam ſub auſpiciis noſtri JOANNIS eos aggregari populos Chriſti ovili. In Luſitaniâ verò eodem momento quo Regnum excuſſit jugum, remiſſa pietati vincula; Eccleſiæ jus reſtitutum; neque antea palatium Rex intravit, quàm templa patuerint, ceſſantibus cenſuris, quòd pendentes controverſiæ ſint ſubmiſſæ Sedis Apoſtolicæ judicio. Videas ergo Religionem Regni Autorem, propagatam à Regno; Regem à Religione inſtitutum, ſtatuere Religionem; unam Principatum condire,

dire, alterum Religionem amplificare, mutuâ operâ, gratâ vice.

Gloria reſtituta. V. Vidimus (*cap.* 7.) præcipuam Caſtellanorum 11
curam eſſe Luſitaniam in provinciam reducere, ſublatâ Regni dignitate, & gloriam Luſitanorum extinguere; eratque propè ut obtinerent, imò in effectu obtinuerant; etenim, Luſitano ſplendore Caſtellanis nubibus involuto, vix erat ut jam mundus Luſitanum agnoſceret, & meritò; nam cùm nos Caſtellæ hærere videret, à nobis deſciviſſe nos rebatur; hinc in externis provinciis (ſed apud ſolos ignorantes) dubium vertitur, an Caſtellano (quem potentiorem, cùm non ita potentes toties vicimus) poſſimus reſiſtere? an Luſitania adverſus tantum Principem ſatis opum, & gentium habeat? ſunt enim qui, ſine diſcurſu, & cognitione rerum, eas ex apparentiâ metiuntur, nullâ intrinſeci ratione habitâ; at iſtis etiam debitores ſumus, quòd non putent Luſitanos eſſe quos parere viderunt Caſtellano. Divinum hoc fuit 12
arcanum; is ſanè Luſitanus eſt qui imperet, non qui ſerviat; periimus, cùm periit libertas; rediit, reviximus; (ut pulchrè notat citatus Panegyris Author;) JOANNI utrumque acceptum ferre debemus, & quod liberi ſumus, & quod ſumus; & quod in recuperando eſſe acquiſierimus immortalem gloriam; unde (cum illuſtriſſimo Authore *Luſitaniæ vindicatæ*) dicam: magnum quidem genti noſtræ ex ſervitute dedecus, magnum ex tyrannide Reipublicæ vulnus; ſi hæc tamen ſola erat ratio ut tanto Principe tantâ gloriâ frueremur, prope eſt ut exclamem: ô Tyrannidem fœliciſſimam, ô beatiſſimam ſervitutem!

VI. Deni-

13 VI. Denique, malorum noſtrorum antea illa ſumma: ſerviebat Religio impietati, vita periculis, honor injuriis, jus violentiæ, leges largitionibus, innocentia calumniis, veritas mendaciis, uno verbo, ſacra profanis; ceciderant bellica virtus, apparatus exercituum, numerus claſſium, frequentia commercii; deficiebant opes, viri, gloria; quid plura? domi regnabant injuſtitia, avaratia, libido, adulatio, egeſtas, dolus: militiæ ignavia, tumultus, confuſio, formido, dedecus, infamia; utrobique, (peſſumdatâ Religione, expulſo honore, diſtortâ veritate, ac horum loco impietate, ignominiâ, & falſitate ſubſtitutis,) non gradu, ſed præcipiti curſu tranſcurſum à rectis in vitia, à vitiis in ſcelera, à ſceleribus in præcipitia; donec is tandem cumulus acceſſit, cui nihil addi poſſet, niſi quod Regnum in *Concluſio*
14 præceps daret. JOANNES Religionem liberavit, vitam ſtabilivit, honorem reddidit, jus ſtatuit, leges confirmavit, innocentiam aſſeruit, veritatem defendit, ſacra omnia clarificavit; fortitudinem lapſam excitavit, exercitus deficientes reſtituit, claſſes obrutas auxit, commercium interruptum redintegravit; dedit opes, viros, & gloriam; domi reduxit exulem juſtitiam, coercuit avaritiam, frænavit libidinem, cohibuit adulationem, ditavit egeſtatem, ejecit dolum: militiæ fortificavit ignaviam, pacificavit tumultus, ordinavit confuſionem, depulit formidinem, abſtulit dedecus, extinxit infamiam; utrobique (excluſâ impietate, everſâ ignominiâ, deſtructâ falſitate, & harum loco Religione, honore, ac veritate ſuffectis) momento (ut ita dicam) deventum in cumulum virtutis, ſicut ex in fimo in quo jacebat Luſitania loco, in ſummum evecta fuerit faſtigium, ejuſque Imperium, Deo auſpice, indies

dies augendum, & fœliciùs credimus æternandum.

CAPVT VII.

Caſtellani cognitâ libertate Luſitanorum, utuntur mediis viliſſimis, quæ illos reddunt deteſtabiles, agitur de barbarie Auſtriacûm in tyrannâ detentione Sereniſſimi Principis Eduardi.

Pervenit nuntium ad Caſtellanum.

NVntium primum rei geſtæ pervenit ad Caſtellanam curiam octavâ die poſt acclamationem Vlyſſippone factam; miſſum à Præſide civitatis *Badajoz* Luſitaniæ confinis; narrabat incertè feſtivos ignes apparuiſſe in civitate *Elvas*, Luſitaniæ primâ ex illâ parte; auditumque à viatoribus, eſſe ob reſtitutum Regnum Duci Braganti-no; at omnes deriſerunt nuntium, quòd ille Præſes reputaretur levis judicii. Sequenti die venit tabellarius ex aliâ provinciâ idem referens de Luſitanis oppidis confinibus; verum miniſtri adhuc cœci exiſtimabant tumultum populi ob tributa exacta, ut fuerat ante duos annos qui facilè quieverat; quod aſſerebat Secretarius ille Matritii cuncta gubernans (*de quo diximus lib.*2. *cap.*5. *n.*12.) affirmans ita ſe agere in Luſitaniâ, ut foret impoſſibile, quidquam momenti machinari eo inſcio. Tertius venit nuntius, & *Comes Dux* primus Regis miniſter incipiens fluctuare, citò vocavit prædictum Secretarium, à quo, quaſi ab oraculo, quærebat, *Quid eſt hoc, quid eſt hoc quod audimus?* Secretarius autem jam vacillabat; cùm ecce plures ex Regni 1

confinibus

confinibus ſucceſſivè perveniebant, qui non reliquerunt lo-
2 cum dubitandi. Tunc *Comes Dux* intravit ad Regem omnium ignarum, & læto vultu inquiebat: *Bona nuntia, Domine, bona nuntia; veſtra Majeſtas babet denuò magnum Ducatum*; cui Rex: *Quomodo eſt iſtud?* & ille iterùm: *Dux Bragantiæ ſe appellavit Regem Luſitaniæ, ideò Ducatum amiſit*; & Rex: *An nos ſumus in ſtatu, ut poſſimus illum privare?* reſpondit Comes: *Opus erit pro uno tantùm die*; & Rex: *Vtinam ita ſit*; hunc in modum dicipiebat miniſter ille facilem Principem. At voluit etiam decipere Luſitanos; igitur, ante omnia per dictum Secretarium ſcripſit unicuique principaliorum qui fortuitò inveniebantur in eâ curiâ *Matritii*, hac in formâ:

Rex vult cognoſcere tuam opinionem circà modum inferendi bellum Luſitaniæ; jubet ut eam proponas in ſcriptis; & quò ſecretò liberiùs queas dicere, poteris chartam ſigillatam remittere Majeſtati ſuæ, qui ſolus eam leget; ut autem meliùs formes judicium, ſuppone, baberi promptiſſimas plures gentes, plures pecunias, plures equos, & arma plura.

In promptu erat intelligere, duplex literularum intentum; alterum tentare in reſponſo animum eorum quibus mittebantur; alterum eiſdem, &, per eoſdem, toti Luſitaniæ ſignificare ingentem Caſtellæ potentiam, ut timor invitaret ad concordiam; ergo plerique (agnoſcentes extremam Caſtellæ inopiam) pauciſſimis verbis reſponſum ſcripſerunt ſine morâ: *Siquidem gentes, pecuniæ, equi, & arma prompta erant in tantâ copiâ, deberi protinùs numeroſos formari exercitus, qui uno tempore per diverſas partes Regnum invaderent, priuſquam ad bellum paratum foret.* Sic

illa evanuit machinatio; & miniſter ille nequam, Rexque deceptus ab eo tranſivit ad ſcelera deteſtabilia.

I. Scelus Caſtellanorum.

I. Obtinuit à *Ferdinando* Rege Hungariæ (agente 3
Imperatorem ex coactâ & nullâ electione) quod in carcerem detruderet Sereniſſimum *Eduardum* noſtri JOANNIS Regis fratrem; qui, haud contentus generoſis titulis Regum avorum, ut manu propriâ compararet gloriam, contemnens domi affluentes delicias, relinquens patriam, & chariſſimum fratrem (*Bragantiæ* tunc Ducem) ſuſceperat in Imperio voluntarium Martis ſervitium, ſumptibus propriis.

Tyrannidem Regis Caſtellæ oſtendit *Eduardi* inno- 4
centia probata argumento *ab incredibili* valido; nemo etenim credet quod, ſi rei geſtæ vel notitiam habuiſſet, non præveniſſet detentionem quam patitur. Conſtat ulteriùs, quod cùm in Germaniâ rumorem jam audiret factæ reſtitutionis fratri, abire potens, famæ nil credidit, nec ullam fecit mutationem, quoniam eum conſcientiâ non accuſabat; imò, cùm à Rege Hungariæ per *D. Ludovicum Gonzaga* ex diſtanti loco appellaretur, abſque ullâ coactione ivit, nil faciens amicorum advertentias de inſtanti periculo; unde Rex ille ſæpius faſſus eſt, ſe ſolâ bonâ fide apprehendiſſe Principem *Eduardum*; ac *Eduardus* ſæpiùs ſe ipſum conſolabatur, quòd ex fidei obſervatiâ pateretur.

Hac visâ innocentiâ, & pro comperto habito fratrem 5
non mereri pœnam pro fratris delicto, *l. ſancimus* 22. *C. de pœn*: jam apparet quàm injuſtè *Philippus* egerit adverſus illum Principem, quamvis, (ſecundùm leges Caſtellanorum,) mutatis rerum ſubſtantiis, JOANNIS legitima reſtitutio, haberetur in crimen; ergo uſus eſt Caſtella-

nus

nus tyranno jure ſuorum avorum *Alphonſi* 3, & *Ramiri* 2, Regum Legionis, qui, ut ſecuriores redderentur, crudeliter obcæcarunt fratres, ac conſanguineos jus habentes ad Coronam; deſperatis tyrannis conſuetudo ſtatum ſtabilire velle innocentium ſanguine, &, contra ordinem temporis, ac juſtitiæ, punire cogitationes futuras, nocenteſque judicare in præſens, quos metus ſuadet in poſterum peccaturos; præceps, ac ſanguinaria violentia, meditata ſolùm ab iis, quibus ante oculos eſt ſemper importunum objectum proprii criminis, & timent omnia quæ merentur. *Ita benè exclamat Lesfargues elegantiſſimus Autor Gallus in vitâ magni Alex. lib.* 1.

6 At (contra veritatem,) ſuppoſito, Principem illum participem fuiſſe Luſitani conſilii, in quo adverſus Imperium peccabat? *Non pertinet ad Regem Galliæ ulciſci injurias Duci Orleani illatas*, reſpondit *Ludovicus* 12 Galliæ Rex diſertiſſimè; & tamen de offenſione factâ eidem, dum eſſet *Orleani* Dux, agebatur; ergo minus incumbit ei qui agit perſonam Cæſaris vindicta delicti (negati) contra Regem Caſtellanum; unde pacem conſervat cum *Hollandis*, *Gallis*, ac aliis Caſtellæ Adverſariis. Peccavit igitur Hungariæ Rex in politicâ juſtitiâ.

7 Sed hoc parùm; contra jus gentiũ violavit hoſpitalitatem; ſuſceperat Imperiũ (invidiâ Caſtellanâ furente, *ut præcedenti lib. c.* 2. *n.* 18.) Sereniſſimum *Eduardum* ſolemnitate ingreſſus conſueti fieri liberis Principibus, ac honore debito ſalutaverat; tenebatur conſervare indemnem, ex natio-

8 num more, ſacro etiam apud barbaros. Quin conſanguinitas cum Caſtellano Rege, poſſet rumpere hoc jus hoſpitalitatis; ideò *Emanuel* Luſitaniæ Rex denegavit

Carolo 5 Imperatori, & Caſtellæ Regi (cui multiplici, &
valdè propinquâ nectebatur cognatione) duos ex plebe
Caſtellanos transfugas rebellionis Caſtellæ præcipuos
Authores ; ideò, etiam privatus homo celebri actione ab-
ſcondit à miniſtris juſtitiæ homicidam patris ſui, quòd a-
pud eum, (quem ignorabat occiſi filium) quæſiiſſet refu-
gium. Minùs à quo libet intereſſe hoc idem jus po- 9
terat violari ; ideò *Carolus* 8 Rex Galliæ nec audire vo-
luit legatos *Turcæ* qui, theſauris maximis oblatis, petebant
quod detineretur *Turcæ* frater in Galliâ transfuga ; ideò
Rex idem transfugas denegavit *Joanni* 2 Luſitaniæ Regi,
cum quo tamen illud habebat intereſſe, ut confæderatione
plurium inimicorum preſſatus dixerit : *Cunctos mundi
Principes non timeo, Joannem Luſitanum fæderatum habens*;
ideò *Franciſcus* 1 Galliæ quoque Rex, contra amicorum
advertentias, non detinuit *Carolum* 5 Imperatorem tranſ-
euntem in Flandriam ; ideò ipſi dudum Auſtriaci cla-
mabant adverſus *Ludovicum* 13 Regem Chriſtianiſſi-
mum quod detinuerit *Caſſimirum* Poloniæ Regis fra-
trem, qui tamen pugnaverat contra Galliæ arma in *Pala-
tinatu* in prœlio propè *Ordanaim* (à quo vix evaſit, captis
ſuis) ac alibi ; & fuerat detentus dum ignotus ; ubi autem
cognitus, à juſtiſſimo Rege dimiſſus, quamvis ſuſpicaba-
tur veniſſe ad turbandam Galliam. Vtinam fides Auſtri-
aca Galla eſſet ; utinam Auſtriaci non putarent omnia li-
cere ſibi ex privilegio, tunc ipſi non facerent quod repro-
bant in aliis.

Violato juri gentium. acceſſit ingratitudo ; *Eduardus* 10
in Germaniâ per novẽ annos tam dextero omine eſt pro-
greſſus, ut Martis miraculũ, hoſtiũ terror, amicorũ gaudiũ,
exercituum

exercituũ gloria, variis muneribus in caſtris fungens, nec labori parcens, nec quieti indulgens, primus in periculis, ſemper felix, Imperium ſæpè dilataverit, ſæpiùs defenderit; nullus fuit militum quem non protegeret magnanimus, cui non ſuccurreret liberalis ſumptibũs eximiis, ita ut amici & inimici proteſtentur ingenuè, eum ſemper noviſſe Principẽ, timuiſſe ducem. Minoribus certè beneficiis gratos legimus, Leones, Tygres, Elephantes, aliaſque irrationales naturas, *apud Plin. nat. hiſt. l.* 8. *c.* 16. *& l.* 10. *c.* 23; *Ælian. l.* 7. *c.* 43; *Gel. lib.* 14. *noct. At; Div. Hieron. in vit. patr; Alciat. l.* 3. *Emblem. tit. gratiam referendam*; *Huerta in addit. ad Plin. ſupra & d. l.* 8. *c.* 12. *Funes in hiſt. avium, l.* 1. *c.* 3; retuli *in excellent. Luſit. c.* 15. *in princ*; at Auſtriacus *Ferdinandus* offendit ſuum defenſorem, capit ſuum liberatorem, pro debito lauro dat ferrum, pro palmis manicas.

11 Nec ſatis fuit innocentẽ in vinculis habere, vinctus traditur hoſtibus Caſtellanis; ô vos, *Lepide, Antoni, & Auguſte*, qui ſimilis traditionis in inferis pœnas luitis, agnoſcite jam ſocium criminis, utinam non ſupplicii; non futurũ ſupplicii ſperamus Chriſtiani, ſed quod per Dei gratiam reſipiſcat tantus Princeps.

12 Adeſt autem in *Ferdinandi* actione rupti verbi alia circunſtantia. Luſitanus Princeps hanc ultimam prævidens ſuæ libertatis tragœdiam, multoties fecerat proteſtari de jure apud *Ferdinandum* ne dictis hoſtibus traderetur; per quatuor vices coram Deo, & hominibus ille reſpondit: *Dicite Eduardo, quod illum ſemper inculpabilem, & liberum novimus, ac fideliſſimum Imperii ſervitorem; ſed quod ratio ſtatus non permittit adhuc illum ſolvere: ſiſtat ſecurus quod nunquam tradetur Caſtellanis; ſic promitto in verbo Cæſaris.* O fidem

Græcam,

Græcam, non Germanicam, ludibrium ventis, ſcandalum Pincipibus! Dimiſit *Carolus* 5, Imperator *Lutherum* convictum in *Vormes*, pro obſervantiâ dati verbi; (*ut inter cæteros ait Caſtellanus Illeſcas in hiſt. Pontif.* 2.p.l.6.c.24.§.12.) & *Ferdinandus*, contra datum verbum, redigit *Eduardum* in ſervitutem; plus ergo de Auſtriacis meritus eſt *Lutherus* peſtiferus, quàm *Eduardus* clariſſimus; an ne minùs offendebat illos cauſa *Lutheri*? nequaquam dicam; at vellem ſcire rationem differentiæ.

Quò verò Innocens noſter glorioſiùs pateretur, intervenit, modo quo poterat, memoria ſacro-ſanctæ paſſionis 13 CHRISTI. *D. Franciſcus de Mello, & D. Emanuel de Moura Corte Real*, Legati Regis Caſtellæ petebant illum ab Hungariæ Rege, intercedentibus *Fr. Didaco de Quiroga* Reginæ Hungariæ indigno confeſſario, (de quo aliqua à Religione aliena murmurat fama,) & quodam Doctore *Navarro* nomine, *Caſtellano* patriâ, *Hebræo* ſanguine, ejuſdẽ Reginæ Secretario, ac horum Phariſæorum Scribâ (Rex Sereniſſime, permittes repeti, quod te non pœnitet feciſſe) quibus Rex Hungariæ in hunc ſenſum dixit: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* (O verba de ſubiecto divino, indigniſſimè applicata ad humanum, quamvis clariſſimum!) at illi (ſequentes illicitè eandam tractandi formam) conſtituerunt ei triginta millia *Reiſtalerorũ* de præſenti, ut numerus *Judæ* eſſet, & decem millia in obligatione de futuro, quaſi hîc avaritia excederet. (Quis unquam dixerit, ô Germana, moneta, quod converteretis in Judaicam? quod fieres pretium innocentis?) Imperialis libertatis extinctio?) Puto equidem, quòd qui ſunt auſi comparare creaturam Creatori, ni jam totam Germaniam feciſſent agrum ſan-

ſanguinis, dixiſſent etiam, verba profanando: Non licet, hos nummos mittere in Corbonam: quia pretium ſanguinis eſt; emamus ex illis agrum in ſepulturam perigrinorum Principum qui ad militandum venerint in Germaniam; & *Ager ſanguinis* nuncupabitur.

14 Verum *Judas* confeſſus eſt: *Peccavi, tradens ſanguinem juſtum*; (apud Matth. *c*.27.*n*.4.) item Herodes in tradendo capite Baptiſtæ *contriſtatus eſt*, (apud eundem, *c*.13.*n*.9,) at *Ferdinandus* (non dico quòd cum ſummâ illâ innocentiâ poſſit fieri comparatio, nec cùm magno Baptiſtâ, ſed quòd deberet pœnitere ſecundùm proportionem peccati) potiùs lætatus eſt. Quippè conſtat, venditione celebratâ, feciſſe in palatio feſtum nocturnum ante Legatos, & amicos Caſtellæ, ubi, mulebribus indutus veſtibus, chorearum Imperator pſaltavit, ut etiam fungeretur perſonâ *Herodiæ* filiæ. Videas ô Rex, quò te deduxerunt Caſtellana conſilia; hæc de te prædicabunt facinora hiſtoriæ, his imitaris maiores glorioſos, his vinces crucis inimicos. Inſervio reverentiæ debitæ, cùm verum loquor, ut advertas; ſi ita facerent Caſtellani, egiſſes præclara quæ libens loquerer.

15 Soluto pretio duxerunt Luſitanum Principem vinctum in domum Scribæ *Navarri*, ubi alii Scribæ, ac Seniores Caſtellanorum convenerant, (credas, Chriſtianè lector, quod non abutor terminis ſacræ Hiſtoriæ; ſed narro eventum, miratus irreverentiam Caſtellanorum, qui eoſdē terminos ſequuti ſunt,) & tradiderunt cuſtodiæ uxoris ejus, quæ utinam eſſet illa Pilati, ut ſaltem ſomniaret veritatem; hæc verò in falſitate vigilans, ac maritus blaſphamebant eum moventes capita ſua, (in ſacrilegam imitationem) & dicentes: *Vah Infans Luſitaniæ; frater tuus hæreticus jam deperiit*;

Luſi-

Luſitania in hæreſim eſt converſa; tu ut viliſſimus homo tractaberis, non ut Princeps; confeſtim ſervis ſuis imperarunt, ut quoties vocarentur ab eo, injuriosè reſponderent; (ac, ſi poſſent, eum, de ſuorũ more, crucifigerent); ille autem tacebat, deſiderans imitari Chriſtum.

Hoc *Viennæ* cognito, religioſi viri, ex illis maximè, qui, 16
à ducis nomine, meritò vocantur *Jeſuitæ*, talem publicè accuſabant tyrannidem; unus præ cæteris *Seriabel* juſtitiæ zelo effervescens Regem Hungariæ adivit, & ante ipſum teſtatus eſt Deum de ejus offensâ, teſtatus homines de eorum ſcandalo, teſtatus Germaniam de ejus ruptâ libertate; oppoſuerunt ſe Caſtellani Miniſtri; vicit veritas, ſed iniquitas triumphavit; nil valentibus pluribus Germaniæ Magnatibus, qui, pro innocentis causâ intercedendo, curabant exemplum vitare perniciosiſſimum adverſus propriam libertatem; nil inquam valuerunt, jam enim Auſtriaci affectatis bellis obtinuerunt intentum redigendi Germanos ad inopiam, quà nec de jure ſuo dicere audeant.

Denique, venerunt milites, & inter eos Scriba *Navarrus*, qui tenentes innocentem Principem duxerunt in *Mediolanum* Ducatum Caſtellani, in vili conductâ lecticâ, vinctum; eâ inſtructione ab Hungariæ Rege datâ Baroni *de Fuſtemberg* præcipuò cuſtodi, ut ſi aliqui in itinere obvii pugnare vellent pro eo liberando, eundem protinùs (quæ crudelitas!) in lecticâ occideret; quam etiam inſtructionem, à *Comite de Siruela*, & à *D. Frederico Henriquez* Caſtellanis, receperunt illi quibus fuit traditus in *Tirolis* confiniis. 17

Voluit Deus in gloriam *Eduardi*, & confuſionem indecentiæ Caſtellanorum, piè continuare imitationem, quam illi inceperant impiè; igitur ſequebatur Principem per oppida 18

pida Germaniæ multa turba populi,& mulierum, qui plangebant, & lamentabantur eum; ſed potiùs ſe ipſos deberent lamentari;quoniam ecce qui eorum dicitur Imperator,uno ex tribus Imperialibus relicto diademate, ferreo ſcilicet, (tanquam labores fugiens), duobus tantùm coronatur, argenti, & auri Caſtellani, quo emit Imperium, & vendit illud ; jam Imperio non ſunt Aquilæ duæ ad numerandos Solis radios ; unica eſt vultu duplici Auſtriæ, ac Caſtellæ, ad numerandas pecunias : cùm unguibus harpyiæ rapacibus contra ſubſtantias,& libertatem Germanorũ; videmus exemplum:nam ſi *Eduardus* offendit Imperium,Imperium ſuos habet Judices, nec debet Reum mittere ad Caſtellanos;ſi non offendit Imperium,quare in Imperio capitur,& inimicis traditur? ô miſera Germania,jam non Imperialis, ſed Caſtellanorum ancilla. Plures fuerunt circunſtantiæ Dominicæ paſſionis, quaſi affectatæ à ſceleratis ; omitto eas, quoniam, licet Dei bonitas dignetur,plurimùm honorare juſtitiam, nihilominus myſterium tantum magis eſt venerandum,quàm ad exempla trahendum; & quas de illo applicationes retuli factas, volo quod Catholicè, ac debitâ reverentiâ intelligantur ſcriptæ.

19 Jam in *Mediolani* arce quid non fuit expertus Princeps ille de Caſtellanorum immanitate? alligatur vinculis, privatur ſervis, & proprio confeſſario, (eò devenit contemptio Chriſtianitatis;)ſcribendi,& legendi poteſtas adimitur; pecunias accipere prohibetur ; unica veſtis permittitur vilis;bubula tantùm aſſignatur pro alimento ; undique tandem tormentis affligitur in corpore, contumeliis in animo.

20 Hæc eò ſunt lacrymis digniora,quòd exequuntur in Principẽ genus ducentẽ proximè,lineâ multiplici, à cunctis Eu-

ropæ Monarchis; quem lux præſtantiſſimâ formâ ad imperandū edidit, venuſto cùm gravitate vultu, procero corpore cùm venuſtate; quem Pietas, Prudentia, Fortitudo, Vrbanitas, Liberalitas, dotes animi comitantur; quē ars ita perfecit, ut eū ab Apolline, ac Marte credas educatū; ſex linguarū novit eloquentiã, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Germanicæ, Caſtellanæ, ac Luſitanæ naturalis; tandē in Principē relata ferentem conſtantiſſimè, exemplo inſigni magnanimitatis.

O Princeps Celſiſſimè, heroicæ virtutis exemplar, invi- 21
diæ inimicorum confuſio, conſtantiæ Luſitanorum gloria; pater tuus, Dux Sereniſſimus *Theodoſius* dum cùm *Sebaſtiano* ad offendendum Sarracenorum terras iviſſet, captus ab eorum Rege, tractatus fuit inſtar filii, & demùm gratuitâ libertate donatus; tu verò, dum Germanorum provincias defendebas, ab ipſis in carcerem detruderis, & venderis duriori Adverſario; juvabas itaque Principem crudeliorem in amicos, quàm in inimicos ſunt Barbari; meritò ergo pateris: ingratis ſervire nefas; nec injuſta Auſtriacûm bella merebantur ducem tantùm. Sed tua te decepit generoſitas, ex quâ judicaſti alios; putaſti agere cum Chriſtiano, cum defenſore juſtitiæ; utinam crediſſes communi opinioni. Verùm ſit tibi, & nobis ſolatium, quod inter adverſitates ſemper unus, inter injurias modeſtus, inter labores patiens, in omni fortunâ prudens, nullo incurvatus pondere florens palma, extas invictus, victor elevaris; unde cum Tullio *Marcel.* 4. dicam: *Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm conſolari dolorem.*

At vos Reges Sereniſſimi Caſtellæ, ac Hungariæ, já in- 22
duſtriâ conſiliariorū inſolentium, alter velut *Herodes* innocentium, alter *Polyphemus* hoſpitū; quorum apud alterum

vivitur

vivitur ex rapto, apud alterum non hoſpes ab hoſpite tutus; videte quod ſanguis ejus jam eſt, & indies plus erit ſuper vos, & ſuper filios veſtros; apprehendiſtis eum ut arma Luſitanorum tali gubernatore privaretis; at in continuis damnis experimini abundare Luſitaniam Ducibus peritiſſimis, (de quo infrà *cap. 9.*) tentaſtis, eo ſublato, Regiam prolem minuere Luſitaniæ, ut veſtræ locus uſurpationis redderetur; at protinùs ſenſiſtis minutã veſtram inſperato obitu Infantis Cardinalis *Ferdinandi* in ipſo ætatis flore: auctam Luſitanam fœlici nativitate Infantis noſtri *Alphonſi Henriquez* ſortiti nomen (non ſine myſterio) primi Regis Luſitaniæ, ut ſciatis tunc incipere Regum Luſitanorum prolem, cùm vos machinabamini eam extinguere. Multipliciter his annis Cœlum vos punivit, ſed cor veſtrum induratum, duriùs adhuc punietur, & Infans Luſitanus per gloriam ſaltem vivet martyr apud Caſtellanos, ſicut alium Infantem *Joannis* Regis filium habuimus martyrem apud Sarracenos. *Quis unquam innocens periit? aut quando recti delecti ſunt? quinpotiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periiſſe, & ſpiritu iræ ejus eſſe conſumptos:* ut habetur *Job cap.4. ex n.7*; & iterùm Sapiens, *Proverb.13. n.6.* ait: *Juſtitia cuſtodit innocentis viam: impietas autem peccatorem ſupplantat.* Recordamini Regem, etiam Caſtellæ, *Joannem* 1, cùm Luſitaniam vellet uſurpare, *Joannem* Luſitaniæ Infantem, quem timebat adverſarium, detinuiſſe in vinculis; in cujus delicti pœnam (ut creditur) non ſolùm ab inæqualibus Luſitanorum copiis fuit ſuperatus, ſed & paulò poſt ex caſu equi miſerè mortuus, nullâ relictâ ſobole ex uxore *Beatrice*, per quam ad Coronam aſpirabat.

bat. Reſpicite igitur ad vos metipſos, ſequimini juſtitiam, timete Deum; & me ita loquentem judicate veſtræ dignitatis amatorem, non eos qui adulatione pravâ, conſiliis peioribus ex abyſſo in abyſſum vos præcipitant.

II. Scelus Tranſeo ad ſecundam Caſtellanorum actionem poſt libertatem Luſitaniæ. Erant in Caſtellæ curiâ plures Luſitani, inter quos aliqui Titulares, & alii nobiliſſimi Sæculares & Eccleſiaſtici, quidam pro negotiis particularibus, quidam publicorum prætextu eò vocati (ut narravi *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 11.) Hos clariſſimi pro patriâ conjurati conſanguineos proximos rei gerendæ inſcios non evocarunt, ne fortè ſecretum romperetur; & Rex *Philippus* eoſdem innocentes agnoſcens, detinuit tamen ne in patriam redirent; datâ primò exiguâ pecuniâ pro victu minùs quàm neceſſario, mox nec eleemoſynâ quidem præſtitâ miſeriis extremis. Erat lachrymabile, videre nobiles, ditiſſimos paulò ante, ac magnæ adhuc authoritatis viros, abſque ſervo, abſque domo, abſque veſti, abſque pane; quid facerent? juvenes ſe militiæ adſcribunt pro vili, & malè ſoluto ſtipendio; ſenibus ſola ſupereſt deſperatio; non paucos jam occidit fames, in reliquis ſæviùs continuatur, imò & in fœminis illuſtriſſimis, quarum nec ſexus debilis invenit Catholico in pectore pietatem; ô crudelitatem pluſquam ferinam! ſi nocentes ſunt quos torques, nimium eſt dilatare pœnas; ſi, ut fateris, innocentes, & pro ratione ſtatûs detines, ne torqueas, da victum ſervis, ut *Turcæ* Chriſtianis. 23

III. Scelus. Parùm videtur hoſtibus cruciare corpus; invadunt honorem circa Religionis materiam, quòd ſenſibilior Luſitanis; variis in provinciis, Germaniæ præcipuè, 24

manda-

mandarunt typis Luſitaniam incidiſſe in hæreſim, ſe ideò à Catholico Rege ſeparaſſe. Etiam Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ *Urbano* VIII auſi ſunt falsò dicere ipſi Legati Regis Caſtellæ, in Luſitaniâ permitti *Hollandis* publicum exercitium Calviniſmi.

25 In hoc tamen, æqualiter ac noſtram injuriam, intendebant propriam utilitatem; pro quâ eſt eorum ratio ſtatûs prima, ſimulare Catholicæ Religionis cauſam; ut notant *Dux Ruani* Gallus *in lib. de intereſſe Princip. ac Stat. diſcurſo* 1; *Bocalinus* Italus *in Pietra del Paragone cap.* 3, *&* 4; *& Autor Cataloniæ iterũ ad Lilia perfugientis* Hiſpanus *in* §. *ó beatior Fernande*; ita *Ferdinandus* nuncupatus *Catholicus* finxit negotium agere Sedis Apoſtolicæ, ut Navarram uſurparet; ita *Philippus* 2, ſub colore protegendi Galliæ Catholicos, faciebat bellum quo populos ſeparabat ab obedientiâ legitimi Regis *Henrici* 4; & contra hæreticos dicebat exercitum quem ad invadendum Luſitaniam parabat; (ut intellexit Summus Pontifex teſte Conneſtag. *in union. Luſit. lib.* 3. *in fin.*) ac ſub pallio ſancti zeli, impedivit matrimonium Cardinalis Regis Henrici in propriam utilitatem (ut vidimus *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 6;) ita *Philippus* 3, & præcipuè *Philippus* 4, cum Domo Auſtriacâ, Fidei Catholicæ prætextu tentarunt omninò dominari toti Germaniæ; ita hodiè confœderationem, quam adverſus naturalem Imperii libertatem conſervant, *Catholicam* appellant, in quâ tamen ſunt Dux *Saxoniæ*, aliique Proteſtantes, quaſi, contra Dei ac Eccleſiæ leges, illos efficiant Catholicos amicitia, vel diplomata Caſtellana.

26 Hac hypocriſi pecuniis adjutâ decipiunt ignorantes; & ſatis miſerè plurimos Angliæ Catholicos (aliàs prudentes,)

tes,) qui eã pro Caſtellano agunt factionẽ,ut pro eis amandis opus ſit àliis Principibus charitate ſummâ,quæ quidem in multis non deficit; Eſt ſanè diabolicũ inventum prædictos adſtringere Catholicos remoto Principi, qui, etſi velit, nequit eis ſuccurrere; avertere autem à vicino, & aliis maiorem commoditatem habentibus, unde ſalus oriri poterat; ſed, utcunque ſit, mortuorum, & viventium martyrum conſtantia, quam merentur, victoriam pollicetur.

Verùm qui benè conſiderant clarè vident, nominatos fidei zelatores eam nunquam humano intereſſe præpoſuiſſe; imò è converſo. Satis conſtat Imperatorem *Carolum* 5, ne noceret bellis quibus implicabatur contra Catholicos, non ſe oppoſuiſſe *Henrico* 8 Regi Angliæ neganti obedientiam Apoſtolicæ Sedi, & tamen involvebatur pia cauſa Reginæ *Catharinæ* materteræ ipſius *Caroli*; conſtat, *Philippum* 2 omnimodam cauſam præbuiſſe ut *Eliſabetha* proteſtans obtineret Regnum Angliæ poſthabitâ *Mariâ* religioſiſſimà Reginâ Scotiæ, ne tot Coronas uniret Galliæ, cujus Principi *Franciſco* 2 erat nupta; *lege Guillielm. Camden. in hiſt. Eliſabeth. in proœm; & 1. p. ann.* 1560; *Cabrera in hiſt. Philip.* 2; *& alios illius temporis hiſtoricos*; conſtat eundem *Philippum* cùm poſtea, inter veniente Summo Pontifice, titulo Religionis paraſſet exercitum adverſus dictam *Eliſabetham*, convertiſſe illum ad uſurpandum Luſitaniam; *lege Camden. ſupra p.*2. *an.*1578. *in fine*; *& cæteros hiſtoricos Angl.* conſtat feciſſe fœdus cum *Maluco* Rege Sarraceno ad perdendum Luſitaniæ Regem Sebaſtianum; *lege ſupra lib.*2. *cap.*2. *n.*3. conſtat, fortiſſimũ *Arzilæ* oppidũ in Africâ tradidiſſe *Mulei Hameti* Sarraceno Regi, ne daret mutuas pecunias Antonio Luſitano,

Luſitano, *lege ſupra d.c.2.n.*15;conſtat,hæreticos juviſſe in Galliâ contra *Henricum* 3 Regem Chriſtianiſſimum, *lege, ultra Gallos,librum Fôra velhaco paulò poſt princip* ; conſtat temporibus noſtris *Philippum* 4 ingentes pecuniarum ſummas dediſſe hæreticis *Rupellæ* contra *Ludovicum* 13 *juſtum* eorum Regem,quod, & fœdus cum illis arctum, apparet ex epiſtolis ipſius Catholici Regis quas Dux *Ruani* hæreticorum ſupremus dux tradidit dicto Regi Chriſtianiſſimo,*lege Scipion.Dupleix in hiſtor. Gall.hujus temporis*; Conſtat denique eundem *Philippum* 4 hoc ipſo ann.1644 quo ſcribo, abominandum feciſſe fœdus cum Sarracenis, *quod lege infra hoc ipſo capite n.*57. Vide plura in epiſtolis Cardinalis *Doſſati*, & in libro cui titulus *Verités Françoiſes.*

28 Narrare ſacrilegia, commiſſa impunè ab horum Catholicorum armis eſſet infinitum ; omitto direptionem Romæ factam ſub *Carolo* 5, & alia, ut de recentioribus dicam. Archiepiſcopum Electorem de *Treveris*, quòd ſervituti Germaniæ non aſſentiret, vili proditione ceperunt, impiâ indignitate opprimunt, horrendo ſacrilegio detinent. Pro injuſtiſſimo bello Mantuæ invaſerunt Italiam hæreticis, qui ſæpè operuerunt equos ornamentis ſacerdotalibus, abuſi ſunt oleis ſanctis pro rebus vilibus,ſacratis calicibus pro ebrietate, nec pepercerunt myſterio maioris Divinitatis. Idem fecerunt Imperiales milites anno 1635 in Lotharingià, etiam in oppido *S.Nicolai* quod pro illis erat,ubi combuſſerunt inſigne templum ejuſdem Sancti,& cujuſdam monaſterii virgines violarunt. Idem anno ſequenti in Ducatu Burgundiæ, in cujus oppido *Mirabeau* fregerunt quoque imagines Sanctorum, & tractarunt crudeliſſimè

deliſſimè Monachos magnæ Abbatiæ *Siſti* clariſſimi ordinis *Ciſtercienſis Sancti Bernardi.* Idem ferè in Picardiâ egit exercitus quem ex Flandriâ duxit Infans Cardinalis *Ferdinandus.* Idem Caſtellani in Cataloniâ ann.1639, prophanantes Eccleſias, in quarum unâ occiderunt *D. Antonium de Fluvia*, & amputarunt brachium venerandæ imaginis Chriſti crucifixi. Vidimus tandẽ in Luſitaniâ an. 1641, imaginem Sancti *Antonii* ſuſpenſam in arbore à Caſtellanis, qui eam è parvo ſacello in confiniis Regnorum extraxerant.

Hinc citatus Author *Cataloniæ*, &c. Regi Catholico 29
Ferdinando ait: *Te, ſucceſſoreſque tuos Catholici Regis nomen non propter Religionem, ſed ad Regni univerſalis ambitionem aſſumpſiſſe multi ſuſpicantur*; quale verò damnum ambitio hæc hypocrita Eccleſiæ tulerit oſtendit ingenioſus Bocalinus *in d. pietra del paragone cap.*7 hoc diſcurſu: *Tunc videbis ceſſare mala novarum hæreſum, cùm Caſtellani, contenti ſolâ Caſtellâ ſuâ non dabunt ampliùs zelotypiam alicui; & Sereniſſima Domus Auſtriæ in Germaniâ, antiquo ſuo patrimonio comitatus Abſpurgh terminabit ambitionem quam habet dominandi Univerſum; nam, cùm præſentes hæreſes nil ſint aliud, quàm unio Potentatuum contra magnitudinem Domus Auſtriacæ, non priùs ceſſabunt mala, quàm tollatur vera occaſio illorum.* O utinam his Catholicis jactatoribus aliquo modo nequeat applicari, quod principaliter (atteſtante Domino *Matth.*15. *n.*7) de Judæis prophetavit Iſayas *cap.*29.13. inquiens: *Populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me.* Certè nil de relatis intelligo de populo Caſtellano, cujus egregiam Religionem, puram fidem, Chriſtianas virtutes

tutes in generali, negare non intendo; minùs de Rege, cujus indoles generoſa, pietas ſincera, zelus Catholicus eſt notorius; de paucis loquor miniſtris qui decipiendo Principem regunt omnia, qui, in ignominiam nationis, committunt hæc ſcelera, qui, evecti in ſupremum conſilium, ex bonis repente degenerant in peſſimos, quaſi locus ubi congregantur infundat malitiam; unde præcitatus Author *Cataloniæ* refert: *Dixit appoſitè hiſtoriæ ſcriptor aliquis inſtructiſſimus, Regna quædam ultimo ſæculo hæreſibus fuiſſe infecta; ſed Hiſpaniam eſſe peſſimâ Imperii corruptam ratione, ejuſque ſalutem multò difficiliorem videri.*

30 At, quidquid de Caſtellanis ſit, in vanum fatigabitur qui vel minimam ſuſpitionem tentet gignere contra Luſitanos in Religione; ea enim quæ demonſtravi *in proœm.* 1. §.4. *à n.*15. præſumptionem pro eis faciunt *juris, & de jure* adverſus quam non admittitur probatio; nil igitur in calumniâ Caſtellani fecerunt, niſi ſupinam oſtendere ignorantiam, cogitando poſſe quidquam hac viâ contra noſtros, ſicut (apud neſcios) contra alios.

31 Dicam tandem circà hoc (& alibi jam dixi) quod audiens Caſtellanorum calumniam propoſitam ante Summum Pontificem, memini contentionem Vlyſſis fraudulenti cum Aiace forti, apud Ovid. *Metam. lib.*13. *fab.*1. dicebat iſte:

Agimus (proh Jupiter!)
Ante rates cauſam, & mecum confertur Vlyſſes?
At non Hectoreis dubitavit cedere flammis,
Quas ego ſuſtinui, quas hac à claſſe fugavi, &c.

Sic modò Luſitanus: Agimus (bone Deus!) cauſam ante Romanam Sedem, & mecum confertur Caſtellanus?

 nec

nec tamen dubitavit, (tempore Regis *Joannis* 1, & ſucceſſorum,) Schiſmaticus augere flammas Anti-Papæ *Clementis*, quas ego, (Rege altero *Joanne* 1) ſuſtinui, quas, obediendo *Urbano* 6, ab hac Sede fugavi, *ut narrat Illeſcas Caſtellanus hiſt. Pontif. 2. p. lib.6. cap.8, & 19; refert Bald. conſ.271. in princ. vol.1*; agimus cauſam ante Romanam Sedem, & mecum confertur Caſtellanus? nec tamen dubitavit tempore *Caroli* 5, diripiendo Romam ſpoliare etiam templum Principis Apoſtolorum, quod ego, (ſub Rege *Emanuele*) donis pretioſiſſimis nuper ditaveram, *ut utrumque refert d. Illeſcas ſup. cap.26. §.8; & cap.24. §.1, Goes in chron. Emanuel. ac alii*; agimus cauſam ante Romanam Sedem, & mecum confertur Caſtellanus? nec tamen dubitavit agere ſacrilegus ſummà violentià contra Nuntium ejuſdem Sedis, & Eccleſiaſticæ libertati mittere flammas, quas ego ſuſtinui quas hac à Sede fugavi, *ut ſup. lib.2. c.6. n.10, & hoc lib. c. etiàm 6. n.10*; agimus cauſam ante Romanã Sedem, & mecũ confertur Caſtellanus? nec tamen dubitavit invadere multis flammis Romanam Religionem, quam ego labentem ſuſtinui, ac à flammis liberavi, *ut d. lib.2. cap.6, & in præſenti, cap.6 n.10*; in propatulo ſanè eſt differentia inter uniuſcujuſque actiones erga Sedem Romanam:

Tutius eſt igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu. Id eſt religioſis factis.

IV. Scelus. Jam ſequitur ſcelus quartum. Caſtellani, è longâ experientiâ, armis contra Luſitanos diffiſi, recurrerunt ad ſolitas proditiones, quas Gallia pluries experta magis timet in pace, quàm vires in bello; quibus per Comitem *Unãti* in Germaniâ Legatum, promiſerunt tercenta millia aureo- 32

rum

rum ſcutorum equiti cuidam Marchionis *de Turlat*, ut *Guſtavum Adolphum* Sueciæ Regem occideret (quod tamen eques ille non potuit exequi); quibus tot Principes necarunt veneno, quin parcerent ſummo Eccleſiaſtico, ut de obitu *Sixti* 5 prædicat fama.

33 Itaque ille primus Regis miniſter, (poſtquam fuerat illuſus ab aliquibus, inter quos unus Germanus, qui ab eo pecunias acceperant ſub pacto (nefas etiam loqui) Regem Luſitaniæ occidendi, quod tamen ipſi nec cogitabant;) per literas ſecretò egit cum uno qui vocabatur Marchio (ſed litigabat de titulo ac domo) & cum uno Archiepiſcopo (qui inveniebatur Vlyſſippone) ut, amicis congregatis, noctu applicarent ignem Aulæ, ac variis Vrbis partibus, & dum populus ageret de remedio, ipſi currerent tanquam ad ſalvandum Regem atque Principes, quos inter confuſionem occiderent, ſubitóque Marchio ſe Luſitaniæ Protectorem proclamaret, eamque in Regis *Philippi* devotione haberet, quouſque è Regnorum confiniis Caſtellanus exercitus intraret.

34 Ridiculum erat propoſitum, multiplici ex capite; I. Quòd impoſſibile foret inter Luſitanos numerum invenire proditorum pro tanto opere neceſſarium. II. Quòd confuſio ex applicato igne, vel etiam ex maiori causâ, nunquam turbaret Regem, neque illius, & Principum cuſtodes, quo minùs deficerent in vigilantiâ; III. Quòd, ſi patraretur ſcelus, nefandi executores nullo modo evaderent à furore Nobilium, & popularium fidelium. IV. Quòd iſti, Regni viribus quæ jam erant & creſcebant indies, Rempublicam, vel aliud regimen conſtituerent, ut in defectum legitimi Bragantini Principis cogitaverant ali-

quando (*ſup. cap.* 1. *n.* 7.) acturi nunc vehementiùs quia pignerati; nec eos poſſet Caſtellanus impedire, etenim non habebat potentem exercitum quem promittebat ſimulatum.

Attamen ille miniſter ſemper phantaſticus, putabat 35
intentum ſatis ſolidum; & quidem nil perdebat tentando, (præter exiſtimationem quàm parvi faciebat) imò in quolibet eventu aliquantulum nos turbabat. Similiter putarunt miſeri cum quibus agebat, inducente Marchionem invidiâ proſperitatis Regis, ac Magnatum qui fuerant in reſtituendo Regno, & ambitione promiſſorum Caſtellani; Archiepiſcopum verò inimicitiâ contractâ cum Rege dum erat Dux, & amore Caſtellanorum, qui eum, & ſuos, ex mediocri fortunâ, ad ſummum faſtigium elevaverant.

Sed obſtitit eis prima, quam advertimus, difficultas in- 36
veniendi ſocios contra patriam; non enim potuerunt corrumpere niſi ipſius Marchionis filium (qui Dux erat) cum tribus familiaribus, item ipſius Archiepiſcopi ex fratre nepotem, (Comitem dudum factum à Caſtellano Rege,) cum duobus famulis, uno Eccleſiaſtico, altero Sæculari; quendam nobilem amicum, quendam qui fuerat primus officialis tyranni Secretarii occiſi, & quendam mercatorem ex Hebræo ſanguine; omnes decem numero. Cumque alios verè Luſitanos vellent corrumpere, intentio damnata JOANNI Regi revelata eſt, ne fidelitas Luſitana unquam deficeret.

Ignoratur adhuc quis, & quomodò Regi rem ape- 37
ruerit; ſuſpicantur multi, novit nemo; unde noſces quàm ſit ſecreti obſervator noſter Princeps. At ejus

magna-

magnanimitatem & prudentiam mireris; qui detegerat conſpirationem iniquā, non relatos tantùm nominaverat conjuratos, ſed & alios circiter quindecim Eccleſiaſticos & Sæculares ex Regni principalioribus, quorum aliqui titulares; quos innocentes, illi deterrimi aſcribebant fortè ſuorum numero, ut quos invitarent ad crimen, animarent ſimulatâ ſociorum multitudine; ſanè turbaret fortiſſimum quemque in principio reſtituti Regni periculum caſus tanti; JOANNIS verò incitavit magnanimitatem ad remedium; ſed vide quâ prudentiâ.

38 Jovis die 25 menſis Julii, 1641, (quâ, ut creditur, Rex novit nefas, patrandum nocte ante diem 5 Auguſti) ordinavit legiones militiæ Vrbis exituras in campum ſequenti Dominicâ poſt meridiem, quaſi ad ordinarium exercitium, cui ipſe volebat adeſſe; Dominicæ autem matutinâ horâ quaſi undecimâ, ex Nobilibus venire ſolitis ad illum comitandum in ſacellum, allocutus eſt breviter, & ſatis cautè quos judicavit fideliores, unumquemque ſeparatim, ſigillatam ei tradens literulam, ac dicens; *Hanc ne aperias ante meridiem, & tunc diligenter fac quod jubeo in eâ.* Mox fecit convocare ſupremum ſtatus conſilium, ad horam primam, tanquam pro tractando aliquo negotio antequam exiret ad militare exercitium.

39 Horâ veniente ſuam quiſque aperit chartam, quæ hoc circiter continebat: *Ito ſine dilatione in domum N, apprehende illum ex parte meâ, & duc in N. locum pro carcere*; (deſignabat autem loca diverſa unicuique;) obediens inveniebat, domi incarcerandi, alium vel plures Nobiles pro eodem effectu virtute juſſionis ſimilis, quique, inſcii ſociorum, acceſſerant, jam ſociati mandatum exequuntur;

atque

atque ita eodem pene momento facilè capti ſunt omnes in domibus propriis, excepto Duce invento in plateâ; & Marchione, Archiepiſcopo, ac alio Eccleſiaſtico detentis in camerâ Palatii dum iviſſent ad ſtatus conſilium, quod Rex convocaverat, ut ibi minùs publicè caperentur.

Hoc cognito, populus fideliſſimus irruit tumultuosè in 40 domus apprehenſorum, ut ferro, ac igne vindictam ſumeret etiam in familiâ, & parietibus qui nil peccaverant; ſed promptæ cohortes, ac miniſtri juſtitiæ prævenerunt impetum. Clamabant autem omnis ſtatus perſonæ pro ſupplicio, longiſſimam reputantes dilationem horarum; conſanguinei accuſatorum egregias præſtabant demonſtrationes fidelitatis, nec defuit qui à Rege peteret contra ſanguinem ſuum, officium Carnificis. Quæ omnia Rex ſedavit publico edicto quo promiſit juſtitiam breviter adminiſtrandam; ſtatimque Judices nominavit Senatores ſupremi Senatus juſtitiæ (cui ſecundùm leges pertinebat cauſa) additis quibuſdam ex primâ Nobilitate Regni equitibus, quo negotium ageretur ſolemniùs.

Planè duo Authores intenti execrabilis, & plerique ex 41 decem corruptis facilè confeſſi ſunt delictum; cæteri innocentes negarunt conſtanter etiam minimam rei notitiam. Illi ergo Sæculares, ex confeſſione, ac aliundè convicti, proceſſu ordinato condemnati ſunt ad mortem naturalem, confiſcationem bonorum, & reliquas pœnas traditoribus irrogatas; de Eccleſiaſticis verò nil actum ultrà capturam (in quâ cuſtodiuntur ad obvianda mala,) ſic Rex Eccleſiæ juriſdictionem veneratur, ut contra miniſtros ejus progredi adhuc noluerit.

Putavit Marchio agi proceſſum ad Regiæ authoritatis 42 oſtenta-

oſtentationem, ſatiſque fore eum in vinculis habere, nec veniendum ad mortis executionem in tot complices, & maximè in ipſum, equidem magnum ſanguinis prærogativâ; hoc quoque, ſi non conſulebant, ſaltem deſiderabant externi amici Luſitaniæ tumultum aliquem timentes. Verùm Rex ſecurus de voluntate ſuorum, noſcens damna in aliis Regnis manantia ex ſimilibus veniis, & ſciens gratiſſimum Cœlo & terræ atrocium ſupplicium delictorum, nil cogitabat præter viam ordinariam juſtitiæ; fuit tamen valdè oppugnatus vi ſupplicis petionis Ducis, & Comitis pro veniâ, patrocinatâ lachrymis uxorum, quæ illuſtriſſimæ, ac juvenes; ſed, victâ miſericordiâ ex ratione boni publici, madentibus oculis præ pietate, reſpondit, nil jam ad ſe de re illâ omninò traditâ miniſtris juſtitiæ.

43 Die tandem 28 Auguſti (quæ fuit Mercurii,) illius anni, circà horam meridianam, in magno Vlyſſipponis foro *Rocio* vocato, erat theatrum nigris tapetibus coopertum, & ſuper illo tres gradus, in quorum ſuperiori videbatur ſella pro Duce, in ſecundo alia pro Marchione, in inferiori alia pro Comite, & alia pro Nobili in planitie; eò illi exierunt per feneſtram, (adinſtar portæ,) proximæ domus, in quam nocte præcedenti, è carcere, ducti fuerant; primus exivit Marchio, & brevi oratione (inter alia tempori mortis accommodata) veniâ petiit à multitudine populi, & armatis cohortibus circunſtantibus; qui omnes exiſtimantes datam veniam poſſe illum à morte liberare, fideliter zelantes ſupplicium unâ clamarunt voce: *moriatur, moriatur*; at ille & religioſi viri qui aſſiſtebant declararunt, peti ſolũ pro dato ſcandalo veniã quæ à ſupplicio non excuſabat; tunc omnes dixerunt: *parcimus ſcandalum*;

&

& ſedenti in ſellâ tectis oculis fuit caput à Carnifice amputatum; præcedente præconio publicanti, Regem jubere fieri eam juſtitiæ executionem quòd Marchio egiſſet cum Rege Caſtellæ de proditione contra perſonam, & ſtatum ipſius Regis, inque ruinam totius Luſitaniæ. Cooperto patris cadavare, Dux exivit, &, pauca loquutus, ſimiliter decapitatus fuit; poſt eum Comes; ultimò Nobilis faſſus ſe juſtè mori pro tali peccato. Mox in duabus furcis, eodem in foro, ſuſpenſi ſunt quatuor ex aliis, (quorum duo per plateas priùs tracti fuerant;) & horum quatuor cadavera ſecata in partes in civitatis foribus fixa; capita verò in confinibus Regni ut viderentur à Caſtellanis. Propter morbum, dilatum fuit ſupplicium ſæcularis ſervi Archiepiſcopi in diem 9 Septembris, tunc ſuſpenſus eſt ante publicum carcerem; & die 30, in eodem loco, Secretarii officialis, qui à tempore capturæ jejuniis, ac diſciplinis veram pœnitentiam demonſtraverat.

Cæteri, qui, ut diximus, fuerunt ſimul capti, innocen- 44
tes inventi, ſunt dimiſſi; probatâ, inſtar auri in fornace, eorum fidelitate, quam indies illuſtriorem oſtendunt factis præclaris.

Hunc habuit exitum execrabilis Caſtellanorum ma- 45
chinatio, narrata hîc particulariùs fortè, quàm convenit ſtyllo quem ſequor, ut conſtet quàm publicè, quàm ſedatè ſupplicium illud fuerit executum, concurrente, cum juſtitiâ, populorum amore ſtabiliente initium Regni in ſecuritate, ad confuſionem blaterantium inimicorum.

V. Scelus. Poſt hoc; quæſierunt Caſtellani aliam ſceleratam no- 46
cendi viam. JOANNES in Regiâ Luſitanorum Sede collocatus, ſpirituali urbanitati obſequens miſit protinùs

tinùs *Domnum Michaelem de Portugal* Lamecenſem Epiſcopum, Regali nobilitate, ſacris literis, ſingularibus virtutibus conſpicuum, dotibus tandem ornatum quæ conveniebant Legato talis Principis ad talem Principem, qui, ipſius Regis nomine, Apoſtolicæ Sedi debitæ obedientiæ tributum daret.

47 Ecce Rex Caſtellæ ad impediendam Regis authoritatem, & legationis audientiam, de notato more ſuo, prætextu Religionis utitur; repræſentans per Legatos Sanctiſſimo *Vrbano* VIII in Eccleſiâ Dei Præſidi, Luſitanum jam exteris permittere publicum exercitium hæreticarum Sectarum, ac propè eſſe ut totum Regnum in hæreſim incideret. At Paſtor bonus, cognoſcens oves ſuas, cognovit Caſtellanorum ſolitas calumnias, & Luſitanorum puram fidem; quapropter, in ipſo principio libertatis noſtræ, cùm *Franciſcus Pereira Pinto* Luſitanus à Regis Caſtellæ conſiliis in curiâ *Matritienſi* aſſiſtens, faceret Romæ expediri bullas Epiſcopatus *Portuenſis* in Luſitaniâ, ad quem nominatus fuerat per Regem Caſtellanum tempore, ut videbatur, habili, dum Luſitanam Coronam poſſideret: juſtus Pontifex juri proſpiciens Regis Luſitani, poſuit in bullis clauſulam ſe nominationem habere ratam *ſine præjudicio tertii*; (quas bullas Caſtellanus non permiſit acceptari, & nominatus Epiſcopus tandem ſine Epiſcopatu obiit.) Legatum verò deſcendentem ex navi in terris Eccleſiæ honorificè juſſit tractari, & comitari uſque in Vrbem per 450 milites deputatos pro ſecuritate perſonarum publicarum in itinere non ſemper tuto.

48 Rabies Caſtellanorum hoc aucta, non dubitavit ſe ipſam rodere; minati ſunt ſe receſſuros ab obedientiâ Sedis

Apoſtolicæ, ſi Luſitanus Legatus admitteretur ad audientiam. Ipſi negabunt feciſſe, ac vix eos feciſſe credetur: Sed adeſt teſtis egregius, petitio præſentata Summo Pontifici per Caſtellanum Legatum Marchionem *de los Veles*, quam ſcit ipſe Sanctus Pater, ſcit graviſſimum conſiſtorium Cardinalium, ſcit Roma, ſcit tota Europa; en pars Italo ſermone, fideliter ex originali tranſcripta:

Due coſe ſuggeriſcono l'adulatori, & fautori di novitá al zelo de la Santitá voſtra: la prima l'intereſſe de la Sede Apoſtolica; e l'altra l'intereſſe de l'anime di quel eſtato, che potrebbe dare in reprobo ſenſo non venendo recevuto Lamego; quanto á la prima, la Chieſa obſervatrice, & obſervante de la juſtitia non riguarda a reſpetti humani; & ben che ſi doveſſe haver riguardo á queſto parlare, maggior utile (nota) *richiede la Chieſa Romana del ſolo Arciveſcovado di Toledo, che da tuto Portugallo, con le ſue Indie inſieme.*

Latinè.

Duo proponunt adulatores & fauctores novitatis zelo Sanctitatis veſtræ: prius, intereſſe Sedis Apoſtolicæ, alterum intereſſe animarum illius ſtatus, qui poterit venire in reprobum ſenſum ſi non recipiatur Lamecenſis; quoad prius, Eccleſia obſervatrix & obſervans juſtitiæ non attendit ad reſpectus humanos; & ſi deberet attendi ad hunc ſermonem, maiorem utilitatem (nota) *acquirit Eccleſia Romana ex ſolo Archiepiſcopatu Toleti, quàm ex totâ Luſitaniâ cum ejus Indiis ſimul.*

Ac ſi dicerent: *Maiorem utilitatem amittet Romana Eccleſia ex ſolo Archiepiſcopatu Toletano, quem, (ſi Luſitanus admittatur) ab ipſius Eccleſiæ obedientiâ ſubtrahemus, quàm*

ex totâ Luſitaniâ cum ſuis Indiis; (in quo tamen decipiuntur, aut volunt decipere.) Satis intentum exprimunt; nam ſi non minarentur ſe receſſuros ab Eccleſiâ Romanâ, ipſa utrumque haberet, atque ita non procederet eorum argumentum.

49 Miratus eſt Summus Pontifex nefandam reſolutionem, cujus minas non verbo tenùs intellexit, cùm primitias effectus vidiſſet in ſuo nuntio Caſtellæ per venenum occiſo, in alio nuntio *Falconiere* non admiſſo in Flandriâ, ac in eminent. *Philo Marino* non permiſſo in Archiepiſcopatu Neapolis; recordabatur perditam Angliam ex diſplicentiâ (quamvis injuſtâ) *Henrici* 8 Regis, & paterno

50 amore timebat idem præcipitium Caſtellanis. Ex aliâ parte ſciebat quod (ſi JOANNI Regi deficeret, jus, quod habebat clariſſimum,) etiam à ſubitariis dominis, atque adeo ab ipſis latronibus rem gerentibus ſuis auſpiciis miſſa legatio audienda eſt; quod dandum, ſi non illis, juri gentium; quid enim ſi mittitur ad ſatisfaciendum, ad mutandum, ad concordandum? latè proſequitur Carol. Paſcal. *in legato cap.* 12. & probant, inter alia, exempla Alexandri cum legatis latronum qui eundem ſauciaverant, apud Quint. Curt. *lib.* 7. & Cæſaris *lib.* 3. *de bell. civil.* ſcribentis, fugitivis è pſaltu Pyrineo, & prædonibus licuiſſe legationes mittere. Hæc eò magis rectum animum Sancti Patris anxium reddebant quòd videret ſe ipſum eſſe legem & canonem animatum, *cap. ipſi ſunt 9, q.* 3, caput Eccleſiæ, quæ eſt cultrix, & auctrix juſtitiæ; *cap. ſi clientulus §. ſi diverſum, de alien. feud*; mater noſtra, *gloſ.* 1. *in clem.* 1. *de ſum. trin*; quæ nulli claudit gremium, *gloſ. deprehenſi, in c. excommunicamus* 15. *§. ſi quid autem de hæret*;

 videbat

videbat etiam agi de recuſandâ legatione Luſitanorum, quos Chriſtus Dominus elegerat ſpecialiter in ſuos; *ut ſupra in proœm.2. §.2. n.5*, quorum Princeps fuerat ſemper Eccleſiæ Romanæ *Beijamim*.

Hæc inter dictus *Marchio de los Veles* Legatus 51 Caſtellæ impatiens juſtitiæ Domini Papæ in Luſitanam cauſam inclinatæ, eò furoris devenit, ut Luſitano legationis munere ſacro-ſancto (pro ut lex loquitur,) & Epiſcopali dignitate venerando, in ipsâ Vrbe, ad conſpectum ipſius cui mittebatur, non tantùm maledixerit, ſed etiam, collectis ad ſceleratum facinus è Neapoli multis militibus, ex propoſitò mortem inſtruxerit; die Mercurii 20 Auguſti 1642 veſpere, in plateâ, armatâ cohorte centum virorum diſplodente ſclopetos, & vibrante arma omnis generis, aggreſſus eſt Luſitanum venientem è domu Marquionis *de Fontané* Legati Galliæ comitatum quindecim tantùm, vel ſexdecim ſervis, juſſerat namque Pontifex non comitari pluribus ad obviandos conflictus cum eodem Caſtellano; pauci Luſitani nativâ fortitudine ſe oppoſuerunt; ſed ab hoſtium multitudine opprimerentur, ni promptiſſimè ſuccurrerent triginta circiter generoſi Galli, quos Marchio *de Fontané* prudenter miſerat ut ſequerentur Luſitani currum, informatus repente, Caſtellanum obvium fieri manu armatâ; adhuc iſti numerum efficiebant parvum, ſed experientiâ cognovimus quod Tullius *de Aruſp. reſp. orat.31.* aſſeverat: *Jus Legatorum etiam divino jure eſſe vallatum*, quando vidimus præparatam illam Caſtellanorum catervam breviter profligatam multis vulneratis, & octo occiſis, inter quos Capitaneus ex Neapoli vocatus,

tus, qui irruebat in currum Epiſcopi Legati ut ei caput amputaret; ipſeque Legatus Caſtellanus in turpem fugam verſus, pedeſter cucurrit per vias à noſtris ſequutus uſque in domum Cardinalis *Albornoz* Caſtellani, ubi invenit aſylum, factus ludibrium aſpicientium, & clamantium: *en Marchio Veles volans*; ita Sacerdos, brachio Dei agens militem, nil reſervavit vindicandum in campis Hiſpaniæ. Ex noſtris tamen occiſi ſunt quidam Luſitanus, & alii duo ſervi Legati; item nobilis Gallus. (qui vixit uſque in diem ſequentem,) treſque alii vulnerati Gallorum, qui non hoc ſolùm his & antiquis temporibus præſtiterunt exemplum amoris nunquam obliviſcendi erga Luſitanos.

52 In domo *Albornozii* Caſtellæ fugitivus Legatus, videns ſe incidiſſe in foveam quam fecerat, ſe ipſum percutiebat alapis, diſcindebat barbam, lacerabat veſtes, ſtridebat dentibus, ſpumabat ore, fremitu, geſtu, undequaque oſtendens inſaniam, ita ut magna fuerit amicis cura de ejus ſalute. Luſitanus victor non potuit progredi, erat enim impedita via curru Caſtellani cujus jacebant equi occiſi; quâpropter reverſus eſt in domum Galli; indeque, tumultu pacato, in ſuam.

53 Hæc noſcens Pontifex Maximus juſſit ſtatim utrumque domi cuſtodiri cohortibus, per dies aliquot, ne iterùm obvii fierent. Doluit violatum jus gentium in Legato, tale, ut *incolumis vel inter hoſtium tela verſari poſſit*, (ait Marc. Tull. *de orat. lib.*1, & aiebat *Germanicus* legionibus ſeditioſis apud Tacit. *Annal. lib.* 1;) doluit læſam Pontificiam Majeſtatem, ſemel inceſſu armatorum hominum in Romanâ Vrbe, *ad l.* 1. *ff. ad l. Jul. Majeſt*; iterùm offenſione Legati, *ad gloſ. ibidem per tx; verbo: ſecuritatem*, *ubi*

ubi Bart. n.2; *Bald. in cap.1. n.2. de off. deleg.* Vnde ſciebat Caſtellanum qui, munere abutens, meditato ſceleri ſanctiſſimum legationis nomen obtenderat, jure optimo iri puniendum, *ex iis quæ Petr. Gregor. Syntagm.jur.lib.35. cap.4.n.6*; *Paſcal. de legato cap.27. ad fin*; ut olim fecerunt Galli, jure militari uſi cum Romanis Legatis, qui ſe ipſos fecerunt milites, poſitâ perſonâ quam, è patriâ diſcedentes, induerant, *referente Liv. dec.1. lib.5.* At aliundè prævidebat perditionem Caſtellanorum, qui ſupplitio irritati deficerent proculdubiò à Catholicâ Fide, juxta minas factas *ſup. n.48.* repetitas modò, concurrente Legato Regis Hungariæ, & utroque minante protinùs exire è curiâ, ni voluntati eorum indulgeretur. Quò autem meliùs ignominiam conflictus, & crimen deficiendi à Romanâ Eccleſiâ operirent, non puduit eos contra veritatem patentem Cœlo, & terræ, ante Dei Vicarium queri de Legato Luſitano, quaſi ille ex propoſito aggreſſor fuiſſet. 54

Cognovit Rex Luſitaniæ, in pectore Pontificis pugnare juſtitiam, & amorem; illam Judicem, velle punire Caſtellanum: hunc Patrem, timere Caſtellani ruinam; ergo veſtigiis inſiſtens avorum, qui duriora ſunt paſſi pro Pontificum obſequio, & Infidelium ſalute, ut *Sanctitas ſua* liberaretur à contentione tali, ac miſeris Caſtellanis, & Germanis tolleretur occaſio deficiendi in Religione, quoniam item aliquo modo indecentiã patiebatur ejus Regalis dignitas, evocavit in Luſitaniam ſuum Legatum, poſt annum à quo Romam intraverat, functum jam officio, dum Regis oſtenderat curã in profitendâ obedientiâ Romanæ Sedi, quam & profecturus miſit in ſcriptis Patri Sanctiſſimo. Laudavit orbis prudentem reſolutionem; 55

ipſeque

ipſeque Pontifex paulò poſt, in indicium reſpectus Regi debiti, Vlyſſipponenſem contulit canonicatum ad deſiderium Regis,ac ei conceſſit bullam Cruciatæ pro ſex annis, cum eleemoſynis inde venturis, pro expenſis Africani belli.

56 Dum autem Romæ res non mutantur, dedecus maximum Caſtellanis, æqualis honor Luſitanis reſultavit ex relato legationis eventu; illi quippè caninam oſtenderunt rabiem, vilibus mediis impediendo; hi Regiam authoritatem,ſtipatione Pontificiâ intrando; illi fuerunt in aggrediendo inſolentes, in fugiendo ignavi; hi verò in reſiſtendo modeſti, in vincendo fortes; illi, minantes, monſtrarunt in Religione imbecillitatem, quam Pontifex agnoſcens noluit experiri; hi,permanentes,firmitudinem,quam idem ſciens non dubitavit oppugnare.

57 Noviſſimum ſcelus Caſtellanorum refero, omiſſis aliis. *VI. Scelus.* Cùm *Tingitana* Vrbs (una ex arcibus Luſitanorum in Africâ adverſus Sarracenos) in poteſtatem legitimi Principis veniſſet, ut dixi *ſup. c.* 3. *n.* 42; Caſtellanus furens, ut eam caperet, claſſem miſit navium, & triremium; ſed, hac deſtructâ, incidit in abominationem talem. Fœdus iniit fœdiſſimum cum Sarracenis, ut die 5 menſis Maii præſentis anni 1644, quâ Aſcenſionis Domini celebrabatur feſtum, dum ipſe aliâ claſſe urbem invaderet, eandem illi invaderent terreſtri exercitu; & capta cederet cum tormentis bellicis dominio Caſtellani,ſpolium autem,& gentes, (inter quas mulierum, virginum, & infantium maximus numerus) pertinerent ad Sarracenum. O actionem execrandam, ſcandalum ipſis Infidelibus, Chriſtianitatis ignominiam! audebitis ne Caſtellani Catholicos vos dicere

dicere deinceps? audebitis, quia omnia audetis indigniſſima; ſed audèbit quiſquam vobis credere? audebunt qui credunt mendaciis, & veſtris pecuniis pluſquam Deo. Vidiſtis Cœli, recordamini gentes contrarium paralellum in Luſitanis. Anno Chriſti 1474 *Ceptâ* (aliâ Luſitanorum arce in Africâ) durè, ac duriter obſeſsâ è mari per Caſtellanos, è terrâ per Sarracenos: hi, omni oblatâ ſecuritate, petebant permiſſionem pugnandi cum Caſtellanis, quin offenderentur à noſtris; quibus, hoc utiliſſimum, liberabantur enim ab eo qui victus foret; tamen arcis Dux egregius *Rodericus Mendes Ribeiro*, poſtpoſito intereſſe, attendens ad ſolam fidem Chriſtianam quam profitebantur Caſtellani, eos inimicos defendit ab Infidelibus glorioſâ in æternum fidelitate erga Religionem; *narrant Pina in chron. Alphonſi* 5 *Reg. Luſit. c.*179; *Maris dial.*4. *c.*9. Vide in eádem materiâ inſignia duo exempla *Philippi* Caſtellani, & *Antonii* Luſitani *præcedenti lib. c.*2. *n.*15; tandem conſtabit undequaque eam poſſe comparationem fieri de Religione Caſtellanâ cum Luſitanâ, quæ de ferro cum auro, de tenebris cum luce. Exitus autem fœderis diabolici fuit, quod, cùm in eo eſſent quidam Caſtellani habitantes civitatem, (qui variis prætextibus diſtulerant exire,) volentes corrumpere aliquos Luſitanos, detecti ſunt ab *Hieronymo de Freitas de Siqueirâ* equite fideliſſimo, qui ipſe proprium fratrem jam corruptum apprehendit & Vlyſſipponem duxit in vinculis; eádem, vel maiori (quia in filios) fidelitate uſi ſunt *Andreas Dias da Franca* qui tunc civitatem gubernabat, & de caſu inquirens, filium, quem invenit culpatum, vinctum ad Regem miſit; & capitaneus *Franciſcus Lopez Tavarez*, qui etiam perſonaliter

ter duxit ad Regem, Reum filium; ut noſcat Orbis unum Romam habuiſſe *Bruttum*, plures Luſitaniam, qui pro patriâ filios tradunt. Re igitur apertâ, Rex Luſitanus meliùs munivit Vrbem; quo Sarraceni ceciderunt animo, & conſequenter Caſtellanus illorum niſus auxilio, evanuitque deteſtabilis machinatio.

58 Ex dictis colliguntur concluſiones; I. Auſtriacos divinum, & humanum jus conculcare pro intereſſe proprio; *ut ex n.*3. II. Caſtellanos redigere liberos homines in ſervitutem, & ſervos fame occidere, quod nec faciunt *Turcæ*, *ut n.*23. III. Eſſe Catholicos tantùm ex ratione ſtatus, *ut ex n.*24. IV. Eorum arma contra hoſtes eſſe proditiones, *ut ex n.*32; V. Ne deficiant à Sede Apoſtolicâ, oportere cum eis agere, quaſi cum fragili vitro, *ut ex n.*46. VI. Proclives eſſe ad fœdera cum Sarracenis contra Chriſtianos ineunda, *ut n.*57. At vos, ô Luſitani, ex diverſo, juſtiſſimi, piiſſimi, religioſiſſimi, generoſiſſimi, firmiſſimi, & fideliſſimi; vindicate Infantem veſtrum detentum contra jus gentium: & ſi ejus catenatam imaginem, ad juſtã iram incitandam, non depingitis in vexillis (ut maiores veſtri fecerunt pro vindictâ alterius Infantis detenti ab eiſdem hoſtibus ſimili tyrannide), ſculpite eam in cordibus, ut firmior permaneat; utque fortitudini veſtræ, novam addat, etiam figuratus, ad maiorem iram; agite tanquam cum barbaris, cum iis qui veſtros fame necant; confundite, verâ, eorum Religionem fictam; cavete non tam eorum arma, quam proditiones; ferte patienter paternas Pontificis repulſas, ne illos (proximos tandem) omnino perdatis; prævenite ſemper illorum fœdera cum Sarracenis; & ſint vobis de generatione in generationem per temporum ſecula *Concluſio.*

 cula

cula deteſtabiles (intra limites Chriſtianos) Authores ſcelerum quæ vidiſtis.

CAPVT VIII.

Luſitani, & Caſtellani præparantur ad bellum.

PArum eſſet libertatem acquirere, ni conſervaretur; ſic in omnibus rectè dicitur: 1

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Ex parte Luſitanorum.

Igitur ante omnia inſtitutum fuit belli conſilium (quod non erat) ex perſonis, quas nobilitas, prudentia, experientia, & fidelitas reddebant præclaras. 2

Mox edicto generali Rex juſſit omnium arcium, civitatum, & oppidorum Præfectos (qui ſemper, etiam pacis tempore, ſubſiſtunt) in triduo proficiſci ad præfecturas, vel oſtendere impoſſibilitatem, ut alius ſufficeretur; ita factum; & protinùs omnes arces habuerunt ſaltem gubernatorem, qui agere incepit de munitione, cæteriſque neceſſariis. 3

Deinde generales conſtituti ſunt pro quatuor Regni provinciis, Caſtellæ, ac Gallæciæ confinibus, *Tranſ-Taganâ, Beirâ, Interamnenſi*, & *Tranſmontanâ*; pro primâ, *D. Alphonſus de Portugal* Comes *Vimioſi*, jam Marchio *de Aguiar*, (qui, cæteris Luſitanis illuſtre exemplum, intra unam hebdomadam profectus in provinciam, gloriam habuit primi gubernatoris armorum adverſus Caſtellanos.) Pro ſecundâ, *D. Alvarus de Abranches*; pro tertiâ, *D. Gaſton* 4

Gaſton Couttinho; pro quartâ, *Rodericus de Figueiredo de Alarcaõ*; in quibus prudentia, & fortitudo concurrebant cum ſanguinis claritate. Regno quoque Algarbiorum, (Gubernatore *Henrico Correa da Silva* ob ſenectutem evocato) *D. Vaſcus Maſcarenhas* Comes *de Obidos*, miles egregius, præpoſitus fuit Gubernator.

5 Tunc campi magiſtri, duceſque peditum, & equitum nominati, & ſine dilatione profecti in partes diverſas ad congregandos milites, quos conduci vix opus fuit, cùm nemo non voluntarius, plures ſuis expenſis militare vellent.

6 Eodẽ ferè tempore tractatũ de armis, quorũ erat inopia; Rex dedit multa quæ Bragantini Duces in *Villaviçoſæ* armamentario ſervabant; non exigua quantitas fuit inventa apud Caſtellana præſidia, maximè in *S. Gionis* arce; aliqua militiæ oppidorum habebant; alia inceperunt fieri in ferrariis vicis *Barcharenæ*, pagi propè Vlyſſipponem, ubi optima, quamvis lenter, formantur. Sulphureus pulvis abundè confectus eſt Vlyſſippone in domibus ad hoc paratis, ad quem ingens nitri copia venerat paulò antea ex India Orientali, unde excellentiſſimum exportari ſolet. Tormentis bellicis æneis erant arces maritimæ ſatis munitæ; terreſtribus diſtributa quæ ſupererant pauca; quædam ſtatim ſuderunt artifices Vlyſſippone, (poſtea circà 400) & juvamen tulerunt ferrea pluſquam centum inventa Vlyſſipponenſi in litore quaſi contempta, arenis cooperta. Hæc ſatis dum ex Hollandiâ, & civitatibus Anſiaticis mercatores plura miſerunt; veneruntque plurima, non multos poſt menſes, ex Sueciâ, Regis ordine comparata.

7 Poſt terreſtrem munitionem, de claſſe, ad maritimam, actum. Remanſerant apud Caſtellanum decem, vel duo-

decim magnæ Luſitanorum naves portantes 40, ad minus, & uſque ad 60 tormenta, temporum vi dejectæ ex Braſiliâ in Indias Occidentales; raptaverat idem plures annis præteritis, ut tetigi *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 11; quâpropter eramus deſtituti bellicis navibus, ut & dixi *eodem lib.c.*4. *n.*10, *ac ſæpe alibi*; tamen induſtrius labor, ex paucis quæ reſtabant, ac quibuſdã citò fabricatis, & aliis emptis, breviſſimè paravit munitiſſimam claſſem viginti fortiſſimarum navium, quæ Regi propriæ, ultra plures conductas. Conſilium Regi propoſuit viros aliquot, ut eligeret generalem; ſed omnium merita, & deſiderium placendi omnibus ſuſpendit Regem; qui dixit: *Cogitabo ſuper hoc; & ſi hîc haberemus Antonium Telles, ceſſaret dubium*; erat *Antonius Telles de Meneſes* (Comitis *Unhonii* frater) Gubernator Indiæ Orientalis, ubi claſſium generalis contra Hollandos, alioſque inimicos, præclara dederat virtutis militaris, & fœlicitatis monimenta, quæ illum facilè reddebant primum, unde Rex præſentiam ejus deſiderabat. Planè Comes *de Aveiras* profectus fuerat ex Luſitaniâ in Indiam Pro-Rex; & *Antonius Telles*, regimine ei tradito, debebat venire in Luſitaniam; ſed, ſecundùm navigandi motiones, ſummâ celeritate veniendo, ante quinque, vel ſex menſes non expectabatur. At Deus, qui noſtra dirigebat particulariter, movit eum ut mirabili reſolutione in parvâ naviculâ proficiſceretur in Luſitaniam 3 die Decembris anni 1640, (eâdem ipsâ quâ Rex è *Villaviçosâ* proficiſcebatur Vlyſſipponem ut Regni habenas caperet;) ac, præter ſpem, Vlyſſipponem intravit 14 die Maii ſequentis; & debito honore à Rege exceptus, ingentique populi applauſu, generalis claſſis electus eſt.

Neç

8 Nec totam occupavit curam bellum Caſtellanum; in Orientalem nanque Indiam, ordinariæ naves ſunt miſſæ; item auxilium in Braſiliam, & reliquas ultramarinas partes.

9 Quæres, unde pecuniæ pro tot, ac tantis expenſis, in Regno ita exhauſto, ut diximus *ſuperiori lib. c.3. n.13, c.4. quaſi per totum, & c.5. ex n.2?* & ſanè quæreres maiori admiratione, ſi noſceres, vel poſſem dicere quantum intra breviſſimum tempus fuit expenſum in muniendis arcibus, emendis armis, comparandis navibus, congregandis militibus, quærendis cibis, conducendis artificibus, mittendis legatis, denique in reedificando, paucis menſibus, quod Caſtellani, ex propoſito, deſtruxerant per ſexaginta annos. Reſpondeo, miraculum fuiſſe ſubitò revixiſſe quod mortuum, cùm, etiam ad ſepultum inveniendum, divinâ face fuerit opus; en autem quæ vidimus media naturalia.

10 Primis diebus ingentes ſummas ultro portabant fiſci debitores, quas antea non ſolvebant coacti. Rex deinde in monetam excudit argenteas ſupellectiles quas, ab antiquo, in quantitate eximiâ omnes Bragantiæ Principes (novas emendo) coacervabant in deſtinatâ domo, vel pro ſtatus ratione, vel pro fortuitâ neceſſitate; evaſerat autem ille theſaurus Caſtellanorum rapinam, ex ratione de quâ *præcedenti libro cap.2. n.20. in fine.* Paulò poſt, novem Caſtellanorum naves onuſtæ mercibus, & aliquo argento ex Indiis Orientalibus navigantes, abſque ſcientiâ libertatis noſtræ, vi tempeſtatis quæſierunt diverſos Luſitanorum portus, ubi opportunæ prædæ ſunt factæ pro belli expenſis. In comitiis tandem generalibus, (remiſſis jam à Rege tributis per Caſtellanum impoſitis *ut ſupra c.6. n.8.*) re-

ctum

ctum judicarunt tres ſtatus, ſuccurrere bellis moderato ſubſidio pro viginti mille peditum, quatuor mille equitum, & quadraginta navibus, duraturo, dum illa durabunt; ut ſiquidem Rex de ſuo in populum remiſerat, & propria in commune contulerat: populus, contentione pulchrâ, pro Rege ſe gravaret lubens, &, pro publico, ſumptibus non parceret. His ſuaviter fiunt belli expenſæ, junctis, pro reliquis militibus, quæ ſuperſunt ex ordinariis Coronæ proventibus à Caſtellæ Regibus multum pignoratis; qui ſi forent liberi, ſatis, ſuperque darent, pro expenſis maioribus, ut dabant antea.

Ita in ſpatio quatuor menſium(dictu mirabile) vidimus 11
Regnum (quod dudum nil fuerat) terrâ, marique invictè armatum; unde quæſo, tam ſubita mutatio? à Deo ſanè; at naturalem quoque notavimus rationem *ſupra cap.6. n.1, & 6. in fine*.

Ex parte Caſtellanorum.

Interim Caſtellanorum multi deteſtabantur bellum, 12
jam agnoſcentes Luſitanorum juſtitiam, jam proſpicientes propriæ utilitati, de quâ infra dicam *cap.*10; omnes, aliis implicati, eò magis novum timebant, quòd futurum cum Luſitanis, quos longa experientia oſtenderat fatales ad Caſtellæ ruinam; pauci tamen honori conſulentes, plures ſervientes ambitioni, agebant de armis, & prævaluerunt, quia miniſtri potentiores.

Habebant illi egregium exercitum viginti mille homi- 13
num adverſus Cataloniam, quem Comes *Unãti*, & alii meliores conſiliarii dicebant, convertendum ſine morâ in Luſitaniam; Cataloniosque relinquendos in principio tumultus, ipſorum confuſione ſedandi; quinimò, ſimulatâ fiduciâ, debere Regem ab eis petere auxilium contra Luſitanos;

ſitanos; hiſque, improvisâ invaſione, victis, tempus ſupereſſe ut Cataloni punirentur; multò maius periculum imminere Monarchiæ ex bello potentis Regni gubernati à naturali Rege, quàm ex contentionibus provinciæ ſine capite; ſolùm nomen novi Regis in Hiſpaniâ eſſe formidabile; quapropter, reliquis poſtpoſitis, de hoc tractandum. Prævidebant Luſitani hanc reſolutionem optimam; non poterant non putare fore amplectendam; & computantes neceſſarium tempus ad breviſſimam conductionem exercitus, poſt menſem eum expectabant; ideò totis viribus promptiſſimam parabant reſiſtentiam; & ſic in menſe erant muniti, ut totus exercitus difficile inveniret opus, ſi
14 adventaret. At (Deo fautore noſtræ juſtitiæ, ut liberaremur ab eo labore, verè magno,) Comes Dux primus Regis miniſter, conſilium audiens clamabat: *An ne differetur ſupplicium viliſſimis Catalonis?* (ita loquebatur inſolenter) *nequaquam*; ad cujus placitum cæteri conſiliarii concluſerunt; illeque exercitus obſeſſit Barcionnam, ubi, quaſi divino brachio, fuit penitus profligatus à Catalonis pauciſſimis, quos tunc, ut ſemper, viliſſima calumnia vidit nobiliſſimos, & generoſos.

15 Tunc actum de oppugnandâ Luſitaniâ aliis viribus; & interrogatum à militaribus viris, quæ potentia eſſet ſatis? reſponderunt: In primo menſe, viginti millia hominum ſufficere; in ſecundo, triginta millia; in tertio, quadraginta millia; in quarto, Regni jam ſtabiliti recuperationem fore impoſſibilem; Dux *Maquedæ, ac Najaræ*, & alii, conſiderantes rerũ ſtatum, dixerunt publicè: *Nec nos, nec filii, nec nepotes noſtri videbunt finem iſtius belli.* Narratur, Regem ſatis triſtem dixiſſe ſemel Comiti Duci: *Tandem, Comes, jam non ſum Rex Luſitaniæ?* & Comitem, (qui Regem

putabat

putabat inſenſibilem) galerum projiciendo in terram, reſpondiſſe: *Omnis calamitas, Domine, venit ex me; infortunatus ſum; Majeſtas veſtra me tradat morti, ſiquidem non poſſum quæ deſidero*; talibus verbis detinebat Principem.

Igitur nominati ſunt Generales ad provincias, Luſitaniæ 16
confines; præcipuus in *Eſtremadurâ* Comes *de Monte-Rey*, qui fuerat Pro-Rex Neapolis, amitinus Comitis Ducis, & uterque uxorem habet alterius ſororem. Nominati præterea cæteri pro bello officiales. Sed maior difficultas erat in conducendis militibus; tandem portabantur potiùs, quàm ducebantur alligati; ſequuti à matribus, uxoribus, filiolis, jam luctu decorantibus vivorum funus, jam clamore maledicentibus miniſtrorum ſævitiam; dubitabat nemo eos non ire ad pugnandum, ſed ad moriendum. Quoad arma, & arcium munitiones, non multùm prævalebat Caſtella Luſitaniæ; plus prævalebat navibus; aliquantulum pecuniis ad omnia comparanda; ſed longè præcedebatur amore, ac induſtriâ miniſtrorum.

Sciebant prudentiores Caſtellani, præparatam poten- 17
tiam inſufficientem, nec maiorem haberi poſſe; ideò multi ex zelatoribus patriæ, deteſtantes præſens regimen, congregati in ipsâ *Matritii* curiâ (vix credibile) per noctes aliquot percurrebant plateas, clamantes: *Jam Luſitani reſurrexerunt; vivant, vivant*; &, quod eſt magis, ad impediendas tales voces, nullam miniſtri audebant facere diligentiam. Nocte quadam in eádem curiâ rumor ſparſit, Luſitanorum exercitum intrare jam oppidum (quod tamen per 60 leucas diſtat à Luſitaniæ confiniis;) ſurrexerunt omnes è lecto, ceperunt pretioſiora, &, fugiebant neſcientes quò; neque antea confuſio ceſſavit, quàm dies veniens metum tolleret, campos ſine exercitu oſtendens.

Jam

18 Jam habemus bellatores paratos; videamus præparationum effectus.



Nil mirum in te ius, nil mirum in iure triumphes,
Nec melior, dux huic, nec tibi causa foret.

CAPVT IX.

Belli eventus Luſitanorum victoriæ adverſus Caſtellanos.

1 REctè ſe habet titulus, ſeu argumentum hujus capitis; adhuc enim (favente Cœlo) nil fuerunt eventus belli, quàm victoriæ Luſitanorum continuæ. Mirum equidem Caſtellanos nihil proſperum feciſſe; lepidè Flander quidam (qui, comitatus Anglum Colonelem *Portâ*, venit ex *Badajoz* urbe præcipuâ contra Luſitaniam) nuper *Londini* dixit: unicam ſe vidiſſe diem militibus Caſtellanis fœlicem, quâ celeriter fugientes ſine damno evaſerunt è Luſitanorum manibus. Videamus particulariùs, breviſſimè tamen; non enim ad hiſtoriam narro, ſed ut cauſa JOANNIS Regis, jam huc uſque armata legibus, nunc appareat armis decorata.

2 Rebus paratis, *ut cap. præcedenti*, quamvis, poſt recuperatam Coronam propriam, JOANNES invadere poſſet Caſtellanam juſtiſſimis titulis, *de quibus in Append. c.4*; tamen ad maiorem juſtificationem expectavit à Caſtellanis invadi primò, ut novam haberet cauſam. Nec multùm eam illi retardarunt parvis incurſionibus, facilè retuſis, ſed quarum fuit maximus effectus cognoſcendi fortunam (Deum inquam) in favorem noſtrorum, & belli omninò rumpendi.

3 Anno belli primo (qui fuit Chriſti 1641,) ob imperfectam arcium munitionem, & tyrones milites, prudenter *Anno 1641 belli 1.*

ſtatutum ut bellum ſolùm fieret defenſivum, quò exercerentur gentes, & locus eſſet laborandi in fortificationibus. Fuit igitur, eo tempore, ſumma eventuum, retundere hoſtes, quos ad nos trahebat voluntas non ſpontanea, ſed coacta à miniſtris, quos etiam, invitos, excitabat pudor amiſſi impunè Regni. Nec palmum terræ unquam lucrati ſunt; ſed hoc pro Luſitanorum gloriâ parùm, ſi numero eſſent æquales; vicerunt ſemper pauci plurimos; ita fortunato Marte, ut jam non dubitarent quinquaginta Luſitani ducentos aggredi Caſtellanos, nec hi ducenti illis cedere. Narrare omnia pertinet ad hiſtoriam; pauca tantùm munimenta edam, è quibus maiora cognoſcentur, tanquam ab unguibus Leones.

In Tranſ-Taganâ. In *Tranſ-Taganâ* provinciâ bellum gubernabat Dux 4
præclarus *Matthias de Albuquerque* (evocato Vlyſſipponem Comite *Vimioſi*, ut Regi aſſiſteret, poſtquam militiam diſpoſuerat egregiè,) cùm 9 die Junii, 300 equites è *Badajoz*, poſitis inſidiis ceperunt ſeptem è decem exploratoribus Luſitanis; quorum tamen unus *Rochus Antunes* ex oppido *Mouræ* non dubitavit omnibus reſiſtere; multiſque acceptis vulneribus, vitam recuſavit ſibi oblatam, ſi ſemel diceret: *Vivat Rex Philippus*; quare, novis ictibus confoſſus fortiſſimè pugnans, & fideliſſimè clamans: *Vivat Rex Joannes*, occubuit; conſecutus gloriam quâ celeber Hebræus in obſidione Hieroſolymæ, ante Veſpaſianum maluit occidi, quàm reſpondere contra patriam; *apud Joſeph. de bell. Judaic. lib.*3. *cap.*13.

Hoc cognito à noſtris in civitate *Elvas*, dum agebatur 5
de mittendis pluribus adverſus hoſtem agros vaſtantem; moræ impatientes occultè ſex exierunt; uno comitati exploratore

ploratore ex illis qui evaſerant, irruunt in trecentos, qui, relictâ quam habebant prædâ, ignominioſam fugam capiunt. Æternitati commendanda noſtrorum nomina ſunt hæc, *Petrus Alphonſus Garro, Alphonſus Garro de Botafogo, Rodericus Gomes Peixoto, Garcia Serrano, Joannes Nunes Carapeto, Ægidius Sardinha Briços,* (quos conſideratâ pro portione de ſex ad trecentos) non immeritò comparabimus paucis illis qui cum *Gedeone* vicerunt magnum exercitum Madianitarum, *Judic. cap.* 7; Deus autem illos juvit noctu, noſtros diu; illi vicerunt ictibus, noſtri viſu tantùm.

6 Die 26 ejuſdem menſis, cùm quædam Caſtellanorum equitum cohortes, quæ intraverant agros oppidi *Campi Maioris*, fugerent à noſtris, *Didacus de Meſquita Pimentel* præ omnibus illos ſequutus, ſolus irruit in quatuordecim; illi converſi, ſclopeti pilâ proſtraverunt equum Luſitani, & ictibus dominum petierunt; at ille in terram dejectus, & in capite, ac manu vulneratus, unus contra omnes fortiter pugnavit, quouſque è longè pervenerunt ejus frater *Ferdinandus de Meſquita*, & *Ferdinandus da Silva*, qui 13 ex Caſtellanis fugarunt, & ſequuti ſunt, alio (ſauciato jam à *Ferdinando*) detento à *Didaco*, qui tandem, ope ſupervenientis amici, illum vivum cepit, & equum illius. Laudatur meritò fortitudo *Titi Veſpaſiani* qui (ante Imperium) dux legionis, amiſſo equo in pugnâ, ſuorum ope occidit hoſtem, à quo cepit alium quem aſcendit; juſtiùs ergo laudabitur Luſitanus, qui, amiſſo equo, ſolus pugnavit contra hoſtes, &, parvo auxilio ſupervenienti, non hoſtem occidit, ſed (quod maius) vivum cepit, & equum ſimul.

Joannes

Joannes Domingues Gaſtaõ ex oppido *Olivença* in hor- 7
tulo deambulans audivit, quatuor Caſtellanos cepiſſe pe-
cus aliquod ex ſylvâ vicinâ; nec quicquam moratus, ſolus
exivit, ſequutus illos, intravit Caſtellam, ubi jam erant, oc-
cidit unum, fugavit tres, reduxit pecus, & dominis reſti-
tuit; ingens ſanè jndicium magnanimitatis, & fiduciæ Luſi-
tanorum adverſus Caſtellanos, nec minor probatiò metus
eorum qui vincuntur ita facilè. Sed adducamus ejuſdem
Luſitani præclarum facinus in ſeveriori actu belli. Cùm,
prope idem oppidum *Olivencæ*, ex quadringentis equiti-
bus Caſtellanis, pugnantibus cum ſolis 70 peditibus Luſi-
tanorum, occubuiſſent pluſquam ſeptuaginta, cæteri ſeque-
bantur 37 noſtrorum (nam alii 33 perierant); erat ibi idem
Joannes Domingues Gaſtaõ, & videns Caſtellanum vulne-
rantem iterum unum ex noſtris jam vulneratum, occurrit,
& ſclopeto occidit inimicum; huic cohors ſuorũ ſuccurre-
bat; at Luſitanus, denuò ſclopeto velociter præparato, unũ
ex cohorte occidit; & ſummâ cum dexteritate tertiò ſclo-
petum parat, toti ſe opponit cohorti, ac ita eam ſtupefactã
detinuit, ut noſtri potuerint ſe recipere, & ipſe ultimò illæ-
ſus. Magnum equidem quod *Horatius Cocles* ſolus in ponte
impetum exercitus *Porſenæ* conantis tranſire in Romam,
ſuſtinuerit, donec à tergo ſocii pontem frangerent, *apud
Liv. dec.* 1. *lib.* 2, *&* *Valer. Max. lib.* 3. *cap.* 2; maius verò
quod Luſitanus, non in anguſto ponte, (ubi ſequentes im-
pediebantur à paucis primis,) ſed in lato campo (ubi om-
nes ſimul ſe juvabant,) tot equitum impetũ ſuſtinuerit, do-
nec à tergo ſui ſe reciperent; pugnabat Romanus equitans
(ut multi aiunt) cum pedeſtribus, Luſitanus pedeſter cum
equitibus; ergo maius ſemel, ac iterùm. Plura fecit memo-

randa

randa idem Luſitanus; ut cùm 37 equitibus comitatus fugavit centum equites inimicos,& in aliis occaſionibus, unde vulgariter cognominatur *Caſtellanorum occiſor*.

8 Cùm pauci noſtrorum prædam feciſſent pecorum, & jam eſſent in dicto *Olivencæ* oppido, *Emanuel Tarrinho* (qui non ſemel egerat mirabilia) advertens unum in Caſtellâ remanſiſſe bovem ex his quos ducebant, rediјt ſolus ad quærendam illum; occurrit cohors inimicorum equitum, quam Luſitanus non fugit; voluerunt illi capere virum fortiſſimum; at per magnum temporis ſpatium non potuerunt; etenim ſic offendebat, ut nemo appropinquare auderet; tunc unus eorum pudore ſuffectus ſociis inquit: *An ne unus nos omnes vincet? recedite, diſplodam ſclopetum*; receſſerunt, & ſic bellator fuit à longè interfectus, non victus; verè obtinens gloriam quàm fictè Virgilius *Ænead. lib.*10 tribuit *Mezentio* pugnanti inter Troianos, de quibus ait:

Non ulli eſt animus ſtricto concurrere ferro:
Miſſilibus longè,& vaſto clamore laceſſunt.

9 In occaſione quà ante illud *Olivençæ* oppidum *D.Emanuel de Souſa* centum ducens pedites,& *Paulus Vieira Rijo* equites pauciſſimos, fugarunt pluſquam quadringentos equites inimicos, (occiſis 17 eorum, & uno tantùm ex noſtris) *Franciſcus Alphonſus de Mendoça* ex eodem oppido, longè ſeparatus à noſtris, (qui tunc non movebantur,) ſolus, quaſi per jocum, equum pungens irruit in hoſtes, quadringentis ſe miſcuit, & in medio eorum,priùs ſclopetulis, deinde enſe quoſdam vulneravit, ac tandem illæſus exivit; præparavit ſecundò ſclopetulos, irruit iterùm, ſe miſcuit omnibus, vulneravit plures, ac ſimili fortunâ exivit;

vit; ſtupebant cuncti; ille tertiò idem intendit, ſed dux *D. Emanuel de Souſa* cui incumbebat talem ſervare militem à periculo tali, minis eum, quòd precibus non poterat, impedivit. De *Turno* cecinit Virgilius *Ænead. lib. 9*, irruiſſe in Troianorum civitatem, ibique ſolum pugnaſſe cùm multis; addidit tamen Junonis (quam gentiles putabant) divinitatem, juviſſe eum; illâ autem deficiente, *Turno* defeciſſe vires, & vix evaſiſſe; idem, ſed æqualibus ſemper viribus, fecit Luſitanus, abſque divinitatis (quod ſciamus) auxilio; rectè igitur inferemus nec Poetarum fabulas fingere audere, quod noſtri verè efficiunt.

Die 20 Julii Caſtellanorũm exercitus duorum mille 10
equitum, & octo mille peditum, oppugnavit idem oppidũ à *Franciſco de Mello* gubernatum, fretus imperfectione fortificationum, & parvo præſidio; atque pro divertendâ noſtrâ civitate *Elvas* ne mitteret auxilium, ejus invaſit campos, quibuſdam cohortibus, inter quas 400 equi; non intendo narrare quomodo hi 400, (quorum occiſi aliqui) fugerunt à 40 equitibus, & non multis peditibus noſtrorum illæſis; nec quomodo, totus exercitus, è quo 300 interfecti, reliquit oppidum, uno tantùm noſtrorum occiſo; ſimiles enim referre caſus eſſet infinitum; de particularibus loquor, ut conſtet ex eis quâ Luſitani animoſitate, quâque felicitate applicantur huic bello; & fuit illic notabile videre divitis agricolæ famulam (*Maria* vocatur) in campo equitantem, armatam ferreis defenſivis armis, ſclopeto, aliiſque offenſivis, ut noſcat orbis, nos quoque habere *Semiramides, Pentheſileas, Zenobias*, atque alias celebres apud antiquos; quod iterùm, atque iterùm apparebit in memorandis infra.

11 In direptione (quam narrabo ſtatim) oppidi *Valverde* in Caſtellâ, receptis inimicis in domus, Luſitanus miles, per tectum, (quia aliter non potuerat,) intravit unam quâ erant decem armati hoſtes; irruerunt invicem, pugnâ mirabili, unus omnes occidit, ſed obiit etiam confoſſus ab omnibus; emulus fortitudinis *Sinii Dentati* quem ſtrenuiſſimũ hiſtoriæ prædicant, quòd, occiderit quindecim antequàm occideretur, *apud Aul. Gel. lib.* 2. *cap.* 11. *Diodor. lib.* 12. *Dion. Alic. lib.* 10, *& alios.*

12 Poſt illam direptionem ſe recipiebant noſtri, cùm *Antonius Vogado* vulneratus in crure cadens, clamavit ad ſodalem *Emanuelem Coelho* tranſeuntem, vulneratum quoque, ſed leviter: *amice, hîc me relinquis?* at *Emanuel* reſpondit: *non equidem*; & reverſus per infinitas ſclopetorum pilas volantes, aliaque hoſtium arma undique lædentia, *Antonium* humeris impoſuit, ac liberavit, factus *Julius Cæſar,* cùm in primis militiæ annis in obſidione civitatis *Mithilenæ*, ſimili modo Romanum civem liberavit ab inimicis, *apud Suet. in vitâ Cæſar. cap.* 2.

13 His ſatis conſtat quâ magnanimitate, quâ victoriæ fiduciâ Luſitani, in Caſtellanos irruant; nunc breviter, quâ ignaviâ, quâ vincendi deſperatione, à Luſitanis fugiant Caſtellani, aliàs fortiſſimi.

14 Die 12 Septembris, tria millia peditum, & 500 equites Caſtellanorum, intrarunt campos noſtræ civitatis *Elvas*; fugerunt tandem, occiſis eorum centum, & noſtrorum unico ſauciato à ſociis per errorem (ita promiſcuè pugnatum;) at ſolum intendo narrare, quod cùm ibi tres Caſtellani cepiſſent unum Luſitanum, & invaderentur ſtrenuè à ſolo *D. Henrico Henriquez*, timidi non auſi ſunt reſi-

ſtere, ſed fugerunt protinùs relictâ prædâ; & *D. Henricus* maiorem obtinuit gloriam quàm *Clytus* ille *Dropilus* laudatus *à Plutarch. in vitâ Alex*; *Q. Curt. lib.8*; *& Arrian. lib.1*, quòd *Alexandrum* liberaverit oppreſſum ab *Spithridate* duce Perſâ; liberavit enim militem non ab uno, ſed à tribus, quamvis non *Alexandrum*.

Poſt eam (quam referemus) oppidi *Valverde* direptio- 15
nem, cùm noſtri ſe reciperent, quinque Caſtellani è fortificationibus ſclopetos voluerunt diſplodere contra *Bartolomæum de Saldanha*, equitem Melitenſis S. Joannis ordinis; at ille fiduciâ plenus ſuum direxit contra illos, fingens velle diſplodere, cùm tamen jam non haberet nitratum pulverem; ceſſerunt illi meticuloſi, & Luſitanus lento paſſu progreſſus eſt; voluerunt iterùm diſplodere; ille iterùm idem finxit, & abſtinuerunt; tertiò, & quartò idem evenit, quouſque, mirantibus cunctis, graviter receſſit clariſſimus juvenis 17 tantùm annorum; cui benè applicabimus quod de *Aſcanio* dixit Virgil. *Ænead. lib.9.*

Ante annos, animumque gerens, curamque virilem.

Eo tandem verberati hoſtes corripiebantur metu, ut 16
vix, ad preces, vel minas maiorum, in aciem exire vellent; dicebant experientiam jam oſtendiſſe illud bellum fatale, in quo mors ipſis, victoria Luſitanis certa. Igitur principaliores duces quò tantum amoverent terrorem, & Luſitanos monſtrarent non invictos, poſt conflictum de quo proximè diximus *n.14*, amputarunt auriculas ſuorum, qui in itinere ſunt mortui ex vulneribus dum ſe reciperent; & in foro civitatis *Badajoz*, turbâ populi concurrente, prædicabant, eſſe Luſitanorum; at inter omnes vocem extollens quidam illius ſedis canonicus dicebat: *Auriculæ Luſitanorum*

ſitanorum

ſitanorum non habent particulare ſignum; vellem videre arma, vel aliud, quod certò dici poſſit, illorum, non noſtrorum eſſe; probarunt omnes dictum, receſſerunt noſcentes fictionem, & authores rubore ſuffecti.

17 Equidem ultra conflictus quorum *ex n.* 4. mirabiles eventus obiter meminimus, alii fuerunt non inferiores in hac *Tranſ-Taganâ* provinciâ; ut ille 30 die Julii, quo 500 circiter Caſtellanorum equites prope *Elvas* ſunt ptofligati à 310 peditibus, & 90 equitibus Luſitanorum; occiſis ex illis 220 in campo, (ultra plures poſtea mortuos ex vulneribus,) noſtrorum autem ſolo *Gaſpare de Siqueira Manuel* equitum, duce illuſtri ſanguine, ac eâ præditus fortitudine, ut læthaliter vulneratus, & jam ſine judicio præ mortis anguſtiis, adhuc, habitu ductus bellandi, in hoſtium damnum optimè cohortem duxerit; debita fuit victoria prudenti diſpoſitioni clariſſimi *D. Joannis da Coſta* tunc Præfecti dictæ civitatis; at in executione fœlici, multùm, inter cæteros, operatus eſt Sargentus maior *Antonius Gallo*

18 forti induſtriâ. Omitto alium quo 27 die Septembris 40 equites Luſitani à ſignifero *Chriſtophoro de Carvalho* gubernati, ex pluſquam 100 Caſtellani prope *Olivençam* occiderunt quaſi 30, ceperunt 24, & plures equos, offenſo nullo ex parte noſtrâ. Omitto alios, ne videar hiſtoriã ſcribere.

19 Sed priuſquam tranſeam ad aliam provinciam, è pluribus in hac pugnis, unam referam, ne in particularibus actionibus tota concludatur narratio. In locum Generalis *Matthiæ de Albuquerque* ſuffectus jam erat vir egregius *Martinus Alphonſus de Mello*; cujus magnanimitas in defenſivo bello ſe non continens, voluit expugnare oppidum *Valverde*, unde hoſtes ad præcipuas factiones exibant. Id

erat vallis fortiſſimis circundatum, intermiſſis propugnaculis; deinde unaquæque platea triplici firmata vallo in diſtantiis commodis, iterùm cum propugnaculis; ædes omnes communicatæ; ac in parietibus foramina per quæ illæſi, ſclopetis poſſent lædere tranſeuntes; in ſuperiori loco arx aptiſſimè formata; præſidium ſtipendiarium mille circitur peditum & 400 equitum, ultra boni oppidi ordinariam militiam; arma,& munitiones in maximâ quantitate; Præfectus ſtrenuus, & expertus miles.

Illuc profectus eſt *Martinus Alphonſus* è civitate *Elvas* 20
diſtanti quinque leucis, die Dominicâ 27 Octobris, comitatus 2700 pedibus, & 510 equitibus abſque bellicis tormentis, quò velociùs iret. Putavit repentè invadere ante lucem diei ſequentis; ſed longitudo itineris inuſitati, electi ne videretur ab hoſtium exploratoribus, coegit ut orto jam Sole perveniret, ante horas duas cognitus ab inimico.

Caſtellanorum equitatus excepit noſtros, ſed breviſſi- 21
mè terga vertit ita perſecutus, ut aliqui fugerent in campos, quia in oppidum non poterant; & ex his qui fugerunt in oppidum, multi vallum aſcendebant ex ipſo equo, relicto foris. Jam Luſitani, totidem radii, per denſiſſimos pilarum nimbos quo, ſignifera mittebant inſtrumenta, vallos ſuperant mirabiliter; præcedente eorum Generali agente militem ſtricto enſe,clamante: *Sequimini me, ſtrenuiſſimi ſocii; vivetis in æternum, ſi moriemini egregiè*; portatæ fuerant ad tranſcendendum ſcalæ, quarũ nemo recordatus, cùm dediſſet alas furor; oblitæ bipennes, ac bidentes, nam ſatis erant manus; hìc ſaxum deorſum miſſum capite ſauciavit magiſtrum campi *Arium de Saldanha*; qui ſenſu privatus cecidit in faciem; at ſurgens protinùs

novis

novis viribus, quamvis cruore coopertus, dicebat ſociis: *Nil nocuit, nil nocuit, progrediamur*; eodem modo ſe habuit dux *Antonius de Saldanha* duabus ſclopeti pilis non læthaliter vulneratus; mira fecit magiſter campi *D. Joannes da Coſta*; nec non *Andreas de Mello de Albuqurque* unus ex primis qui aſcenderant, atque alii hiſtoriæ longiori reſervati. Inter quos Pater *Rodericus de Mello* inſignis Societatis JESV, (renovatâ animoſitate quam in militiâ oſtenderat ante ingreſſum Religionis,) Ducis ſui Crucifixi imaginem habens in manu, per loca periculoſiora intrepidus animabat Luſitanos, ac eis & inimicis petentibus Sacramentalem dabat abſolutionem; in quo exercitio, fronte fuit vulneratus ad teſtimoniũ religioſæ fortitudinis. Vix crederent Caſtellani inacceſſos vallos ſuperatos eſſe, ni ſentirent Luſitanorum ictus; quibuſdam videbatur ſomnium, à quo non, niſi poſt mortem, expergiſcebantur.

22 Confugerunt ergo in plateas triplici, ut dixi, munitione vallatas; hic noſtris maior labor; Dux *D. Joannes de Attaide* locum habebat, quẽ, Generalis ordine, occupaverat; oſtendebat eventus eum non indigere cuſtodiâ, & eſſe periculoſum valde, quare ab uno ſuorum conſulebatur, ut paululùm recederet; ſed reſpondit: *Non recedam niſi juſſu mortis, vel Generalis*; vixque dixerat, cùm ejus interficiebatur equus duabus ſclopetorũ pilis per pectus, & coxam; ille autem, alio accepto, locum ſervavit; interea Luſitani, reſiſtentiâ denuò incitati, invadunt, aſcendunt, ſuperant, unum, alium, atque alium vallum; aggrediuntur plateas, cadaveribus eas ſternunt; & nil facientes damnum illatum per foramina in parietibus, domus intrant, & reſiſtentes necant; unus in unâ decem occidit, ut *n.* . narravi.

Vltimum

Vltimum hoſtes quæſierunt refugium in arce quam 23
formaverant; pro bellicis contra eam tormentis, noſtris
fuit ira, quâ irruunt intrepidi, undique volantem mor-
tem conculcantes; ſaxum deorſum veniens dejecit *D.*
Emanuelem de Souſa, qui, mortuus reputatus, ſurgebat cla-
mans: *Nil hoc eſt, inimici noſtri moriantur.* Tunc parro-
chus Eccleſiæ, quæ pars arcis, uſus eſt armis quæ ſola poſ-
ſent reprimere noſtros; expoſuit Sacramentũ ſanctiſſimũ
ſacræ EVCHARISTIÆ, ad cujus conſpectum
miſeri Caſtellani inter ſingultos miſerrimos, *miſericor-*
diam, miſericordiam implorabant; lachrymantium cla-
mor Cœlum feriebat, & Luſitanos; hoſtes ſe tra-
dere nolebant, imò acriter offendebant, ſed pro defenſi-
one ſumebant ſcutum illud ſacro-ſanctum; ergo, cùm
nec poſſemus offendere, nec nos defendere niſi offende-
retur præſentiſſimæ Divinitatis expoſitæ Sanctuarium,
Generalis à Dei reverentiâ victus (ô victoriam præcla-
riſſimam!) jubet ſiſtere ſuos, quos (ô Luſitanam Re-
ligionem!) in maiori furore detinuit ſubitò pietas Chri-
ſtiana. Jam qui furioſè intraverant, reverenter exeunt,
qui nulli parcebant, piiſſimi agunt, etiam denuò irritati.
Planè Caſtellani, irreverentes Deo, cujus reverentia li-
beraverat eos à Luſitano ferro, hoſtiliter noſtros, ſe reci-
pientes, ſequebantur, à longè tamen; (& tunc evenit
quod de *Bartholomæo de Saldanha* narravi *n.* 15.) non
inquam ſumma illa inſolentia ad ſimilem irreverentiam
incitavit noſtros, qui æquo animo progrediebantur; o-
ſtendit autẽ Deus quàm illi gratũ fuerit ſacrificiũ Luſita-
næ reverentiæ, cùm (ut *n.* 12. vidimus) *Emanuel Coelho*
mirabiliter in eâ occaſione ſocium liberavit; cúmque ibi-
dem

dem miles vocatus *Emanuel Dias* transfixus fuerit per pectus pilâ magni ſclopeti, nil imminutâ fortitudine cum cæteris ſe recepit *Olivençæ*, ubi mirabiliter, ex mortifero vulnere, facilè ſanatus eſt.

24 Ita oppidum illud *Valverde* (ad cujus expugnationem menſes, & exercitus ingens requirebatur) intra duas horas, à paucis Luſitanis, ſtupentibus inimicis, & territâ totâ Caſtellâ, direptione, ac ruinâ vaſtatum manſit; 500 è melioribus præſidiariis occiſi, inter quos Commiſſarius Generalis equitum, unus magiſter campi, tres duces, ac tres Signiferi; plurimi vulnerati; 72 capti, (ultra plures mulieres, & aliquos Sacerdotes qui fuerunt dimiſſi.) Intrarunt noſtri Luſitaniam ducentes, ultra captos, magnam equorum, mulorum, armentorum, & minorum pecorum multitudinem; pretioſioris ſuppellectilis quantum poterant; argentum aliquod; &, quod honorabilius, arma plurima, & aliqua vexilla, quorum unum per terram trahebat Æthiops ſervus vilis.

25 Occiſi fuerunt, ex noſtris, 23 tantùm; (ſic oſtendente experientiâ quod *audaces fortuna juvat*, ut Virgil. notavit *lib.*10.) è quorum fuerunt numero Commiſſarius Generalis equitum *Franciſcus Rebello Dalmada*, cui multùm patria debebat fortis induſtriæ; & ita corpus ejus *Olivençam* portatum fuit ad ſepeliendum honorificè; dux *Hieronymus de Caſtro* qui ex prioribus, mirè ſtrenuus aſcenderat vallos; duces item duo, *Joannes de Seixas*, & *Auguſtinus Pinto Mouro*, qui priùs occiderunt plures Caſtellanos; *Franciſcus Coelho de Sande*, unus Signifer, unus locum tenens ducis; utinam omnium ſcirem nomina, non tantùm ut hæc memoria pars eis foret remunerationis, quantùm,

tùm, ut mea ſcripta viri adeo glorioſi illuſtrarent.

In Beirâ. Tranſeo ad provinciam *Beiræ*. In eâ Generalis *D. Alvarus de Abranches* ita benè res militares diſpoſuit, ut inimici vix auſi fuerint eam invadere; & ſi aliquando invaſerunt, facilè repulſi ſunt; ut 600 ex oppido *Montis Albani*, & alii ex aliis. Nec montium, & locorum aſperitas impedivit omninò quominus noſtri etiam hoſtem invaderent; nam, ultra alias irruptiones, die 16 Auguſti magiſter campi *D. Nunius Maſcarenhas* paucis cohortibus oppidum *Ferreiræ* non paucis Caſtellanorum interfectis, intravit, diripuit, & combuſſit, (Eccleſiâ exceptâ,) quin nimbi pilarum, è Caſtello igneis inſtrumentis miſſi, quidquam Luſitanis (quaſi per miraculum) nocerent, niſi uno qui ſolus occiſus fuit. 26

In Interamnenſi. In *Interamnenſi*, optimè ordinatâ militiâ à Generali *D. Gaſtone Couttinho*, ſæpè fuerunt hoſtes repulſi, quin imò invaſi, ut in loco *Monte redondo* combuſto, & alibi; ſed unicum eligo narrandum conflictum ſub duobus fratribus, *Didaco de Mello Pereira de Britiandos*, & *Lupo Pereira de Lyma*, Commendatariis *Melitenſis* ordinis *S. Joannis.* Hos, Præfectos partis illius provinciæ, ad pugnam invitarunt per inſolentem epiſtolam *D. Fredericus de Valladares*, & *D. Franciſcus de Soliz* qui Gallæcos, ac Caſtellanos gubernabant in illis Gallæciæ confinibus. Reſponderunt Luſitani fortiter-modeſtè; & ſequenti die, 10 Septembris, copiis circiter quatuor mille hominum, (inter quos equitum pauciſſimi) per infinitas omnis generis inſtrumentorum pilas volantes, invaſerunt hoſtilem exercitum ſeptem mille peditum, & 800 equitum, ſuper excelſum montem, (quem equi non potuerunt aſcendere,) 27

munitum

munitum fortiſſimis vallis, altâ foſsâ, & optimis propugnaculis; occiderunt multos, fugarunt plures, ceperunt cæteros, inter quos *D. Franciſcus de Soliz* unus ex duobus qui ſcripſerant epiſtolam, ſex duces cohortium, duo Signiferi, & alii principales; deſtruxerunt fortificationes, ita firmas, ut opus fuerit omnibus in deſtruendo laborare per dies aliquot; habuerunt arma plurima, ſpolium magnum; uno tantùm noſtrorum leviter ſauciato in brachio, quæ quidem veritas videtur incredibilis. *Franciſcus Pereira Pinto* juvenis egregius tunc primò ſtringens gladium primus propugnaculũ aſcendit; eum ſequutus ex primis, ejus conſanguineus, & dictorũ cõmendatariorũ frater *Emanuel Pereira de Mello* qui nuperrimè Apollinẽ pro Marte reliquerat. Hîc iterũ hoſtes agnoverunt, nullos ſibi vallos, foſſas, propugnacula ſatis eſſe adverſus Luſitanorũ juſtã iram.

28 Ex multis præclaris facinoribus gentis hujus provinciæ, unum dicam. In pugnâ egregiâ trium mille Caſtellanorum, & Gallæcorum, cum ſolis ducentis noſtrorum ab ſtrenuo *Martino Teixeira* gubernatis, ejus frater *Ludovicus da Silva* juvenis 18 annorum captus, & jam poſt conflictum traditus quatuor cuſtodibus, parvo cultello, quem occultabat, duos occidit, & arrepto enſe tertium graviter vulneravit, quartum fugavit, & evaſit ipſe; ſic ſuſcitato fortiſſimo illo *Luppo Barriga* qui ſimile fecit in Africâ; mirantibus *Oſorio de reb. Emanuel. lib.*10; *hiſtor. Xariforum cap.*16, & *Mauſinho in Alphonſo Afr. cant.*10.

29 In provinciâ *Tranſmontanâ* incredibile damnum hoſtibus fecit Generalis *Rodericus de Figueiredo de Alarcão*; non tantùm enim eos repulit, ſed & ſæpiùs invaſit, diripuit, ac combuſſit decem, vel duodecim oppida, & pluſ- *In Tranſmontanâ.*

quam centum pagos magnos, ad conſpectum Marchionis *Tarraſonæ* Caſtellanorum Generalis; qui nunquam eſt auſus exire ad defenſionem; oſtendit autem rabiem acceptæ injuriæ, intrans ignobiles, & indefenſos vicos, ubi barbarè interfecit infantes, ac mulieres etiam prægnantes; hominibus pudenda amputavit, & turpiter in os miſit; invenitque, ultra omnes tyrannos, novum occidendi modum implens os nitrato pulvere, ac illi animato cuniculo applicans ignem, cujus vi è rupto capite proſiliebant cerebrum, & oculi: quare noſtri, pro juſtâ vindictâ, depoſitâ Luſitanâ pietate, ex eo tempore nulli parcebant; ac cum plurimis uſi ſunt eâdem inventione pulveris in os miſſi; reſpondentes miſeris tyrannidem execrantibus: *eam didicimus à vobis ipſis*; cúmque in continuis victoriis Luſitanorum ſoli Caſtellani paterentur, jam propriis expenſis edocti humanitatem, petierunt bellum regulare, quod facilè illis fuit conceſſum. Duces *Simon Pita de Ortigueira*, ac *Emanuel Baretto de Meneſes* multos pagos hoſtiles diripuerunt, ac combuſſerunt fortiter, hiſtoriâ ampliori digniſſimi.

Non tacebo Abbatem monaſterii *de Bouro* ordinis *Ciſtercienſis*, qui militiâ illius territorii, (cujus ex antiquis Regum donationibus eſt dux,) Gallæciam intravit, & poſtquam in ipſo campo celebravit Miſſam, milites exhortans, & ſcientificè ordinans aciem (nam ante Religionem militaverat,) progreſſus eſt. Venerunt obvii plurimi hoſtes, & Gubernator Caſtellanus monachum Luſitanum videns ante omnes, diſploſit ſclopetum, cujus pila tranſiens leviter eum læſit in facie; at ille nil perterritus, meliori ſorte diſplodens, contrarium occidit; & ſummâ dexteritate iterùm, atque iterùm diſplodens occidit duos alios Gallæcos, & concurrentibus ſuis plures occidentibus, vertit in

fugam cunctos hoſtes; ſubitóque invaſit, diripuit, ac combuſſit pagos duos ex melioribus; legitimus filius ſanctiſſimi *Bernardi*, juvans inſtauratione Regni, cujus, pater juvavit fundationem, *ut tetigi proœm.* 2. §. 2. *n.* 14, *& narrant latiùs Britto, & Brandaõ ibi relati n.* 15.

31 Regnum Algarbiorum munierat induſtria Gubernatoris *D. Vaſqui Maſcarenhas* Comitis *de Obidos* militis maximi, & fortitudo Incolarum; at *Ana* fluvius, latè, ac profundè illud dividens à Caſtellà, non permiſit res memorabiles. *In Algarbiis.*

32 Hæc in terrâ. In mari autem claſſis Luſitana (cujus ut dixi, Generalis erat illuſtris multis titulis *Antonius Telles de Meneſes,*) ſimul cum Gallicâ (cujus erat Generalis Marchio *de Breҫé*, nepos ex ſorore magni Cardinalis *Richelieu,*) invaſit Caſtellæ præcipuũ portũ *Cadiҫ*; erat in eo Caſtellana inſtructiſſima, ſed non auſa pugnare, recepit ſe ſub arcibus in loco ad quẽ noſtræ non poterant accedere; receſſerunt ergo, ſolo metu oppugnato illo portu. Interea pervenerat Vlyſſipponem Hollandorum claſſis (cujus erat Præfectus *Adrianus Giſſels,*) ſtatimque exiit ut jungeretur duabus; ſed, in earum loco, invenit Caſtellanam; quæ, noſtris recedentibus, exierat; pugnarunt fortiter; & tempeſtas ſeparavit pugnam æquali damno, haud multo, ex utráque parte. Noſtra interim Vlyſſipponem rediens, cognitoque Hollandam ſclam exiiſſe, dimiſit naves aliquas ut quærerent, & committarentur illã; quam tamen non invenerunt. Sic, ob ordinariam navigationis incertitudinem, & occaſionis defectum, trium claſſium apparatus maximus fruſtra fuit. *In mari.*

33 Hi belli eventus primi anni; in quo memorabilia Ca-

ſtellauorum facinora fuerunt, quod in occaſione de quâ ſupra *n.*10. prope *Elvas* intrarunt Eccleſiam *Sancti Aldephonſi* in deſerto campo, cúmque non inveniſſent aliud, tulerunt cymbalum. In illâ *de quâ n.*17. intrarunt Eccleſiam Deiparæ in loco *Ventoſa*, ſpoliarunt altaria, nudarunt Sanctorum imagines, quinimò ipſam Virginis, ſacræ domui applicarunt ignem, qui tetigit imaginem divini Infantis in brachiis matris ſanctiſſimæ. In provinciâ *Interamnenſi* combuſſerunt Eccleſiam parvi vici *Alcobacæ* prope *Melgaçum.* In *Tranſmontanâ*, diripuerunt Eccleſiam pagi *S. Vincentii* in territorio *de Monforte*, & fregerunt Sacrarium Sacramenti ſanctiſſimi. Tandem ubique fuerunt in fugâ continuâ. Quâpropter in curiâ *Matritii* omnes mormurabant nil actum eſſe, niſi exercere tyrones Luſitanos; unde primus Regis miniſter coactus reprehendebat amitinum Comitem *de Monte-Rey* Generalem in *Eſtremadurâ*, quòd nil egiſſet, habens exercitum viginti mille hominum; at ille ſe excuſabat, quòd non habuerit niſi decem, vel duodecim millia; ergo (replicabat alius) furatus eſt ſtipendia octo, vel decem mill. conſtat enim accepiſſe pecunias pro 20 mill. Ita illi, dum Luſitani triumphabant, ſe accuſabant invicem.

Anno 1642 belli 2. Anno igitur ſequenti 1642 (qui ſecundus belli,) evocavit Rex Caſtellanus dictum Generalem Comitem *de Monte-Rey*, tanquam militiæ ignarum, & ſoli qiueti deditum; præpoſuitque in ejus locum *D. Joannem de Guaray* militem ſtrenuum, expertum, & induſtrium. Ex aliâ parte Luſitaniæ Rex, juſſit non defenſivum tantùm bellum fieri, ſed offenſivum acerrimè; 34

quoniam

quoniam Regni munitiones jam erant perfectæ, & plurimi veterani Luſitani venerant ex Braſiliâ; item ex Cataloniâ, Flandriâ, Germaniâ, atque Italiâ deſerentes Caſtellanos exercitus, ut Regi proprio militarent; debebat autem offenſivum bellum terminari in direptione, vaſtatione, & combuſtione minorũ oppidorum; adhuc enim pro obſidendis fortiſſimis, aliqua deficiebant; quippe ſola divina potentia poſſet ita breviter ex nihilo, (quod erat) Regnum ad omnia potentem creare.

35 Ergo, in provinciâ *Tranſ-Taganâ* non ſolùm hoſtes ſi aliquando intrarunt, fuerunt repulſi facilimè, (ut die 3 Martii 2500 pedites, & 1500 equites à campis *Elvenſibus*, per 800 pedites, & 300 equites Luſitanos gubernatos à Generali *Martino Alphonſo de Mello,*) ſed & offenſivo bello (quod præcipuum egimus) vaſtati graviſſimè; etenim, non tantùm campi, armentis, & omnis generis pecoribus ſpoliati ſunt, ita ut in Luſitaniâ vix jam vendi poſſent, etiam viliſſimo pretio; ſed inſuper multa oppida direpta, & combuſta; inter quæ *Villar de Rey, Enſina ſola, Alconchel, Cheles,* munitiſſima vallis, propugnaculis, arcibus, foſſis, præſidiariis; quæ omnia contemnebat animoſitas noſtrorum; in quibus tam pauci Luſitanorum, tam multi Caſtellanorũ occiſi, ut pene ſit incredibile. Has gubernarunt victorias, jam *Franciſcus de Mello* Venator maior Regis, & Generalis equitum, jam ejus Commiſſarius *Gaſpar Pinto Peſtana*, jam magiſter campi *D. Franciſcus de Souſa*, & *Emanuel de Mello* Præfectus *Serpæ*, jam alii. *In Tranſ-Taganâ.*

36 Juvat autem recenſere quædam particularium clara facinora, ut proſequar in oſtendendo in unâ hodie inveniri Luſitaniâ, quæ celebrantur de toto orbe. In expugnatione

oppidi

oppidi *Enſina ſola* cecidit ex multis vulneribus *Dominicus de Valle* poſtquam plures hoſtium occiderat; & cùm dux *Hieronymus de Moura* vellet eùm recipere, ut curaretur, ipſe reſpondit: *Ego morior ſine remedio; tu ne moreris, progredere, ne fortè dux alius te præcedat intrans oppidum*; celebratur fortitudo *Caroli de Bourbonnio*, quòd in injuſtâ Romæ direptione (per exercitum *Caroli* 5 Imperatoris) læthaliter vulneratus jacens, milites ad progrediendum animaverit; juſtiùs ergo, (quòd in prœlio juſtiſſimo,) celebrabitur qui idem fecit Luſitanus.

Cùm noſtri ab eodem oppido cum prædâ recederent, 37
pugnarunt cum magnâ hoſtium multitudine ſerò veniente in ſuorum auxilium; ibi dux *Georgius de Goes* graviter ſauciatus, rogabatur ab equitum duce *D. Henrico Henriquez*, ut recederet ad Chirurgum; at noluit; quare duo Signiferi tentarunt eum cogere, ſed non potuerunt; imò innixus enſe, ita ordinavit cohortem, ut fuerit victoriæ pars ingens. Similis *Publio Craſſo* juniori multùm laudato, quòd, in prœlio adverſus Parthos, ſuadentibus eum ut exiret è pugnâ pro vitâ ſervandâ, reſponderit: nullã mortem eum obligaturam ſuos deſerere in conflictu; *narrat Appian. Alex. in triumph. Parth*; at Luſitanus, ſorte meliori, vitam, & victoriam conſervavit, quod ille amiſit.

Die 25 Julii anno de quo loquimur, quâ Luſitani intra 38
Caſtellam obtinuerunt inſignem victoriam ab inimicis; *Dionyſius de Mello de Caſtro* in ætate impuberi 14 annorum, ita, præ cæteris, fugientes ſequebatur, ut ſolus ſe invenerit longè à noſtris in medio Caſtellanorum plurium, qui unum videntes, in eum ſunt converſi; at puer egregius obſeſſus ab omnibus, contra omnes mirabiliter brachium movebat;

movebat; & (quod videbatur impoſſibile) intactus ſe defendit, quouſque ex ſociis quidam auxiliares venerunt; tunc Caſtellani fugerunt iterùm; ſequebantur noſtri, & *Dinoyſius de Mello* ante omnes, quoniam equi velocitate præcellebat; en ſecundò unus hoſtium, quaſi pudore coactus, contra puerum Luſitanum convertitur; at ille, ictum anticipans in irruentis vultum, miſerum dejicit, ſpoliat gladio, ac ſclopeto; hunc celeriter diſplodit, & dejicit alium; ac capit arma utriuſque. Facinus ſanè incomparabile; niſi fortitudini quâ Virgilius *lib.9.* fingit *Niſum*, & *Eurialum* claros juvenes dimicaſſe cum Rutulorum multitudine; ea tamen differentia patet, quod illi juvenes, hic impubes; illi duo, hic unus; illi victi, hic victor; reste igitur confirmatur quod jam dixi *n.9*; plus eſſe virtutis in Luſitanis, quàm Poetæ in celebrioribus fingunt.

39 Paulò ante duo equites Caſtellani invenerunt pauperem ruſticum Luſitanum, nomine *Antonium Fernandes* oppidi *Olivença* in campo herbam colligentem; ſimulavit ille ſe tradere; & cùm unus accederet ut illum ligaret, ille cultello parvo (alia non habebat arma) occidit eum; ſocius ſclopetum diſploſit, at in ictu deficiens, arripit unum ex ſclopetis parvis, ut diſplodat; verùm Luſitanus tenens equi habenas, dejicit equitem, occidit eum; & abiit cum duorum armis, atque equis. Porrò nec in veris, nec in fictis hiſtoriis memini exemplum facinoris ita egregii, quo unus inermis vicerit armatos equites; ni proferas *Aſtolphum* apud *Arioſtum in Orlando furioſ. cant.*20, *& alibi*, hoſtes fugantem ſolâ tubâ fatali; at ille fugabat, noſter occidit; optimè igitur notavit inſignis *Camões Luſiad. cant.*1. *oct.*11. Luſitanorum præclara facinora excedere etiam ſomniata, &

fabuloſa

fabuloſa *Rodamontis*, *Rugerii*,*Orlandi*,ac cæterorum quos citatus *Arioſtus* complectitur.

In Beirâ. Provinciæ *Beiræ* fuit hoc anno ſuffectus, *D. Alvaro de* 40
Abranches valetudinario, *Ferdinandus Telles de Meneſes*; vir iſte magnâ fortitudine, ac fœlicitate ſæpè in campo vicit inimicos numero inæquali; ſemel enim propè oppidum *Fuentes*, 1500 peditibus, & 50 equitibus, poſt conflictum horarum quatuor, vicit exercitum quaſi quatuor mille peditum, & pluſquam 500 equitum, aliquibus eorum captis, occiſis plurimis; ex noſtris autem vulneratis ſolùm tribus; magnâ equidem eventus pars debitâ *Alphonſo Furtado de Mendoça* Præfecto arcis *Covilham*, qui veniens in auxilium ſolis 20 equitibus (præ brevitate,) invaſit, & fugavit Sclopetarios 400, non parvo eorum damno, & ſuorum nullo. Iterùm in loco *Valde Mula* pediti- 41
bus 480, & equitibus 74, vicit idem Generalis 1500 pedites, & 250 equites, occiſo tantùm è noſtris *Joanne Soarez de Mello* qui mirè pugnaverat, & quatuor vulneratis; ex Caſtellanis autem magnus,ſed incertus,numerus occubuit, tam in pugnâ, quàm in fugâ ſequutâ per ſpatium leucæ.
Tertiò propè *Albergariam* vix 200 habens equos, & 350 42
pedites, vicit 500 equites, & 300 pedites; è quibus, ultrà plures vulneratos, necavit ferè 50, inter quos Marchio *de Elche* tenens Generalis equitatus; ſolis quatuor ſauciatis è noſtris, quorum unus prælaudatus *Alphonſus Furtado*, qui, amiſſo equo, pedeſter vindicavit vulnus morte vulnerantis *D. Franciſci de Eraſſo* ſtrenuiſſimi equitum ducis, *Albani* Ducis proximi conſanguinei.

Loquendo de maiori damno, Caſtellanorum terris il- 43
lato,idem Generalis cepit fortiſſimum caſtellum *de Elgas*; diripuit,

diripuit, & combuſſit oppidum *Pagus Epiſcopi* (fugato priùs auxilio adveniente) munitum vallis, ac bono Præſidio, poſt conflictum quinque horarum, in quo interfecti 120 hoſtes, capti 106, inter quos Gubernator, ac alii officiales; unico perempto ex noſtris *Alphonſo de Tovar* peditum duce, & duobus vulneratis. Combuſſit item oppidum *Caſtelejo*; magnam partem alterius *Fuentes* vocati; oppidum *S. Martini*, ac alia. Per alias partes magiſter
44 campi *D. Nunius Maſcarenhas*, & equitum dux *Ferdinandus da Silva* diripuerunt, ac combuſſerunt magnum pagum *S. Jacobi* in confiniis civitatis noſtræ *Portalegre*; ac magiſter campi *D. Sanctius Emanuel* diripuit *Frexenedam* inrerfectis 80 Caſtellanis, captis 200, habitâ prædâ ditiſſimâ, tribus tantùm Luſitanorum occiſis. Idemque poſtea, 150 equitibus, fecit in pago *Fitouro*, fugans in reditu 180 equites inimicos, mortuis 20 eorum, uno ex noſtris.

45 Jam refero ſpecialia quorundam facta. Quatuor Caſtellani equites invaſerunt molitorem Luſitanum habentem parvum telum, jubentes arroganter ut ſe traderet; reſpondit ille: *Luſitani non ſe tradunt Caſtellanis*; tunc Caſtellani: *Ergo morieris*; & ille iterùm: *Non decet quatuor equites pugnare cùm uno pedite; deſcendite, & apparebit quis prævaleat*; deſcenderunt tres; & Luſitanus occidit duos, ac tertium læthaliter ſauciavit; tunc quartus, qui equitabat, ſclopetum diſploſit, quo leviter eum lædens in crucibus, aufugit; & molitor (tritici anteà, jam Caſtellanorum) remanſit victor, tredecim tamen vulneribus, è quibus fuit ſanatus. Certè maior *Hercule*, juxtà proverbium: *Nec Hercules contra duos*, cùm pugnaverit, armis ita inferior, contra quatuor.

Sed parùm eſt Luſitanorum hominum referre faci- 46
nora contra Caſtellanos; dicam de fœminis. Dux *Albæ* exercitu octo mille peditum Caſtellanorum, & 960 equit. irruit in pagum *Eſcalham* ducentis ſolùm Luſitanis munitum abſque tormento bellico; hi egregiè ſe defenderunt, dum habuerent pulverem nitratum; præ cujus defectu denique intrarunt hoſtes debilem vallum, & partem vici; unde tamen protinùs fuerunt repulſi ab illis ducentis, & prius occiſi ducenti pedites, ac 60 equites, ultra plurimos vulneratos. Hîc ſtrenuiſſimæ uxores viros juvarunt, mittentes pulverem in ſclopetos dum illi diſplodebant alios; contribuentes in maximam partem clariſſimæ victoriæ; ut olim fecerunt mulieres civitatis *Illiturgiæ* in Hiſpaniâ, & alibi Germanæ, mirificè laudatæ, illæ à *Livio dec.* 3. *lib.* 8, hæ *ab Anſaldo Ceba in poemat. Eſther. cant.* 5, *oct.* 51, *&* 52.

In eodem conflictu fœmina quæ vidit patruum, tranſ- 47
fugam in Caſtellam, reverſum contra patriam, occidit eum jactu lapidis. Sumus verè, *dum vetera extollimus, recentium incurioſi*, ut de Romanis dixit Tacit. *Annal. lib.* 2. *in fine*; aliàs enim hujus fœminæ fidelitatem cum fortitudine, inceſſabili voce prædicaremus, ante omnes ab antiquis laudatas.

Alia ibidem, (fortè deſcendens à celebri noſtrâ *Alju-* 48
barrotæ furnariâ, quæ ſeptem milites Caſtellanos occidit palâ furni) domũ defendens rudi ligno, ſeptem interfecit Caſtellanos; tunc, non auſi invadere à fronte, multi aſcenderunt in ignobile tectũ, indeque, tegulis amotis, duplici eam ſclopeto necarunt; ſic inter ſeptem jacentes hoſtes mortua fuit inventa, ad cujus ubera (quæ pietas!)

filiolus

filiolus ſugebat adhuc. Sæpè quidem *Zenobia* Regina obtinuit militares palmas : at illuſtriorem cùm de eâ vinctâ Romæ triumphavit Imperator *Aurelianus*, (*vide Vollaterran. & alios,*) tunc enim judicata fortiſſima, quam ſe Romani viciſſe & vinxiſſe gloriabantur ; ita profectò Luſitana, tunc victrix cum à tecto occiſa ; imo *Zenobiâ* gloriofior, quæ potuit occidi, non capi ; quam octo mille peditum, & nongenti equites (qui aliud non fecerunt) ſe occidiſſe jactantur.

49 In provinciâ *Interamnenſi*, Generalis *D. Gaſton. Coutinho* procedebat diripiendo, ac vaſtando omnia, contra Marchionem *de Valparaiſo* in Gallæciâ bellum gubernantem. Memoriâ digniſſimus in eâ parte *Antonius de Queiroz Maſcarenhas* dux maior oppidi *Valladares* qui, nullo ſuorum læſo, & multis hoſtium interfectis, diripuit magnos pagos *Gregoas*, *Villar*, *Benzianes*, atque alios ipſe, & alii duces. Ita victores procedebant *Interamnenſes*, ut auſi fuerint intrare Gallæciam uſque ad oppidum *Gerés*, pro transferendâ in Luſitaniam celebrem, quæ ibi erat, imaginem Deiparæ, invocatæ *Remediorum*, quam devoti dolebant, ob bella, viſitare non poſſe, ut antea in pace conſueverant ; pervenerunt abſque reſiſtentiâ (ita inimici erant perterriti), reverenter tulerunt venerandam imaginem ; nec in minimo offendentes oppidum, nec minimam prædam portantes, theſauro devotionis contenti. *In Interamnenſi.*

50 In *Tranſmontanâ* eſt incredibile ingens damnum hoſtibus illatum à Generali *Roderico de Figueiredo*. Inter alias, victoriam egregiam (ob inæquales copias,) obtinuit in terrâ hoſtium non longè à *Mandim* 7 die Septembris ; erant illi quinque millia peditum, & 600 equit. noſtri *In Tranſmontanâ.*

quatuor mill.peditum, & 200 equites; pugnatum per longum tempus, enſibus maiori ex parte, ubi manu propriâ mira fecit Generalis ipſe; optima *Franciſcus Pereira da Silva* equitatus dux; & *Andreas de Figueiredo* inter cæteros notabilis; illorum occiſi circà 150, & vulnerati plures; noſtrorum mortui 15, & 40 vulnerati. Sequenti die, adverſus triumphantes in campo, rediit hoſtis, cum novis copiis auxiliaribus, exercitum habens octo mille peditum, & mille equorum; ſed, cum à paucis Luſitanis invaderentur, retroceſſerunt ignominiosè.

In Algarbiis. Ex Algarbiorum Regno gubernato per Comitem *de Obidos*, ita noſtri terrebant inimicos, ut (in menſe Maii,) 51
cum armatæ Caſtellanorum cymbæ, Luſitanas tritico onuſtas per *Anam* fluvium ſequerentur, videntes duos venatores & unum puerum ex Luſitanâ ripâ venientes in auxilium, perterritæ aſpectu trium, fugerint ſtatim.

In mari. In mari (ut anno antecedenti) Generalis fuit *Antonius* 52
Telles de Meneſes; qui cum viginti circiter fortiſſimis navibus expectabat Caſtellanam claſſem venturã ex Occidentalibus Indiis. At Rex Caſtellæ, hoc metuens, juſſerat eam retardari. Noſtra autem aliam 30 circiter navium (quam putavit Caſtellanam) invaſit; invenitque ex Septentrione, maximè ex civitatibus *Anſiaticis*, navigare in Caſtellam, cum armis ac munitionibus bellicis, de quibus violenter præſumebatur expenſis Caſtellani venire; quâpropter eam duxit Vlyſſipponem. Ibi Princeps rectiſſimus remiſit ad judices petitiones mercatorum; & denique judicatum, capta (maiori ex parte) mitti ab amicis per commercium; unde reſtituta fuerunt; Regii autem miniſtri juſto pretio emerunt omnia, ne ad hoſtes portarentur.

Tandem

53 Tandem hoc anno facinora Caſtellanorum principalia (ultrà fugam ſolitam) fuerunt, in tot damnorum vindictam, barbarè cruciare unum ex duobus Luſitanis, quos, menſe Auguſti, ceperunt in campo, prope *Valde mula* locum *Beiræ* non longè ab *Almeyda*, vivum paulatim concremantes nitrato pulvere. Sed quid mirum, ſi ex parvo ſacello poſito in agro, extraxerunt imaginē Luſitani Sancti *Antonii Paduæ*, & eam, tanquam latronis, ſuſpenderunt in arbore, præ noſtrorum odio? ô religioſiſſimi Catholici! Ergo Caſtellani miniſtri videntes, hoc anno à ſuis minùs actum, & plus paſſum, quàm præterito, concluſerunt eorum Generalem præcipuum *D. Joannem de Guitray* (quem in locum Comitis *Monte-Rey* imperiti, elegerant *ut n.* 34.) eſſe quidem induſtrium, ac expertum, ſed maximè infœlicem.

54 Quare, illo evocato, præpoſuerunt Generalem provinciæ *Eſtremadura* Comitem *Sancti Eſtephani* pro anno 1643, belli tertio. Hoc autem anno Rex Luſitaniæ, qui jam habebat arces munitiſſimas, milites veteranos, & cuncta pro militiâ paratiſſima, decrevit non bellum defenſivum, (ut primo anno,) non offenſivum ſolis irruptionibus, (ut ſecundo,) agere, ſed formatis exercitibus fortiora inimici oppida, quacunque obſidione, conquirere. *Anno 1643 belli 3.*

55 Pro *Tranſ-Tagana* provinciâ (bello commodiori, ob camporum planities,) ſcripſit exercitum duodecim mille peditum, & duorum mill. equitum ſtipendiariorum, ultrà voluntarios, cum quibus perficiebantur viginti millia; (nam apud nos omnis Nobilitas, cum familiaribus multis, voluntariè, ac gratis inſervit ex more inveterato; ducta Principum amore, ac ſpe conſequendæ remunerationis, *In Tranſ-Taganâ.*

quam

quam Luſitani Reges, præ cæteris Europæ, abſque ullo diſpendio habent promptiſſimam, *ut dixi proœm.* 1. §.5. *ex n.6.)* Fuit nominatus Generalis *D. Vaſcus Maſcarenhas* Comes *de Obidos* vocatus ex regimine Algarbiorum; & Magiſter campi Generalis *Joannes Mendes de Vaſconcellos* vir militaris egregius. Et Rex ipſe, ut plus caloris bello dare, adfuit in Regnorum confinibus.

Dum exercitus congregabatur, variæ fiebant irruptio- 56
nes, licet breves, in inimicum; memorabile fuit, quòd, cùm Junii die 12, Caſtellani poſuiſſent inſidias trium cohortum peditum; *Joannes de Saldanha da Gama* exivit è noſtro oppido *Campo maior* cum 300 equitibus,& incidens in inſidias, eas retorquens in inſidiatores, occidit 160 ex ipſis,ac cæteros,quin evaderet unus,duxit vinctos in *Elvas*; interfecto uno tantùm ex noſtris, & vulneratis duobus. En Caſtellanorum in inſidiis virtus contra Luſitanos.

Exercitus obſeſſit primò oppidum *Valverde*, unum ex 57
clavibus Caſtellæ, valde munitum arte, & 1500 præſidiariis veteranis (è quibus 300 Caſtellani, 1200 exterarum nationum) ultrà ejuſdem oppidi militiam. Luſitani moræ impatientes,per denſiſſimos nimbos pilarum quas pluebant tormenta, commodiora occuparunt loca die primâ; deinde per duas ſequentes tormentis tentarunt, ſed in vanum, ruinam fortificationum; protinùs, furore potius, quàm conſilio, petebant à ducibus permiſſionem irruendi, aſcendendi, & moriendi, vel occidendi omnes; Generalis hoc deſiderium ſignificavit obſeſſis, promittens honorabiles conditiones ſi ſe tradebant, ſin minùs, mortem abſque miſericordiâ; illi, qui primò aggreſſi arroganter verba miſerant,jam videntes breviſſimè à noſtris operatum quod

æſtimaverant

æſtimaverant opus menſium, maluerunt conditiones, & exivit Gubernator, officiales, ac milites cum equis, & armis, ea relicturi in Luſitaniâ, ubi debebant detineri uſque ad finem menſis Octobris. Ita fortiſſimũ illud oppidũ quinque diebus fuit captũ, (magnâ operâ *D. Franciſci de Souſa* Magiſtri campi.) Protinùs datum in prædam, deinde (quia nobis inutile) combuſtum incolis in Caſtellam miſſis. Audivi Gubernatorem fuiſſe ad mortẽ condemnatum à Rege Caſtellano, quòd omnibus munitiſſimus ſe tradiderit, & inſuper acceperit conditionẽ tandiù morandi in Luſitaniâ cum præſidiariis, reddẽs omnes inutiles pro militiâ illius æſtatis.

58 Hîc habuit noſter Generalis notitiam, Comitem *S. Eſtephani*, Caſtellanum Generalem, exiiſſe cum magnis copiis è *Badajoz*; quâpropter melior pars exercitus iter fecit in illam civitatem, (ſine tormentis bellicis, quò velociùs,) ut in eam, vel in eum, ſi rediret, aliquid tentaret. Ibi cognitum, notitiam fuiſſe falſam; nilominùs, Luſitani ſemper generoſi, ad confuſionem præſidii quod intus erat quaſi ſeptem mille hominum, in ipſius conſpectu agros vaſtarunt; voluit inimicus impedire; ſed vix mœnia fuerat egreſſus, cum ignominiosè fugit; & eum noſtri ſunt perſecuti, ſic intrepidi, ut multi, pervenirent ad viginti, & ad quindecim paſſus à muris, &, quod plus, fortitudine certè nimiâ, (peccatum eſt Luſitanorum) contemnentes ſuperiorũ ordines, malebant perire ſclopetis hoſtiũ, quàm videri receſſiſſe metu mortis; pugnam ita inæqualem gloriâ quaſi vanâ, ſuſtinuerunt ab horâ decimâ uſque ad noctem, cujus obſcuritas in caſtra recepit eos. Sequenti die eggreſſus eſt inimicus provocando noſtros ut ad muros accederent, quod temerè (ſi fas dicere) non dubitarunt; quia tandem hoſtes in

campum

campum non exibant, & Generalis noſter habebat Regium ordinem alibi faciendi bellum, profectus eſt exercitus; & mirum fuit quod in loco tali occubuerint ex noſtris ſolùm viginti, (inter quos cohortium duces *Emanuel Serram*, & *Antonius Machado de França* digniſſimi memoriâ,) ac ſolùm triginta fuerint vulnerati; unde facilè dignoſcitur, inimicos nec auſos accedere ad muros ut diſploderent; & tamen eorum occiſi ſunt plures, & capti aliqui.

Hæc noſcens Luſitanus Rex in *Eboræ* civitate parùm diſtanti, Generalem reprobavit, vel quòd deviaverit ab ordinato itinere (ita eſt obſervans,) vel quòd à *Badajoz* receſſerit, quandoquidem deviaverat, (ita eſt magnanimus;) eum igitur, & Magiſtrum campi Generalem ad ſe vocavit; conſtituitque Generalem *Matthiam de Albuquerque*, qui in eodem exercitu miles ſimplex militabat; in quo notandum obiter, quâ obedientiâ Comes Generalis, nil replicans, regimen reliquerit; item eſſe militem ſimplicem in exercitu, regiminis illius capacem. Sub novo Generali invaſa fuerunt bona oppida *Albuſera*, *Turris*, & ditiſſimum *Almendral* ex melioribus illius provinciæ; eorum præſidia abſque reſiſtentiâ ſe dederunt ad arbitrium victoris; qui eis ſolam vitam conceſſit; oppida autem, poſt deductam ingentem prædam, ruinæ, ac igni ſunt tradita. 59

Exercitus poſtea obſedit oppidum *Alconchel* gubernatum à Marchione *Caſtrifortis*; facilè occupatum fuit quod extra arcem; in hanc autem, inexpugnabilem naturâ, & arte, ſe receperunt hoſtes; ducentes ſeptem noſtrorum captos, quorum tres, ad conſpectum exercitus, lacerarunt immaniter. Videbatur impoſſibile arcem vi expugnare; quare militaris diſciplina docebat obſeſſos reducere ad famem; 60

famem; verùm Luſitanus ardor hoc bellandi genus non patitur. Ideò *D. Joannes da Coſta* Generalis bellicorum tormentorum tentavit (vanè putabant omnes ob aſcenſum perdifficilem) in monte non multùm remoto ea collocare; vicit induſtriâ communem opinionem; ſed pluſquam ducenti tormentorum ictus non plus fecerunt quàm unum in muro firmiſſimo terrâ pleno. Igitur, ut uterentur cuniculis, invaſerunt noſtri vallos fortiſſimos circum munientes arcem, quos mirè intrarunt per igneas tempeſtates; &, acto cuniculo, volavit pars propugnaculi. Tunc defenſores, qui per tempus longum ſe poterant defendere, attoniti celeritate tot effectuum in triduo, petierunt conditiones, vix exauditi ab exoptantibus ſociorum laceratorum vindictam; tandem ex pietate exierunt conditionibus ignobilibus, intra Luſitaniam detinendi per quadraginta dies; arx verò cepit Luſitanum præſidium, à quo adhuc ſervatur; empta fuit vitâ 25 noſtrorum, qui occiderunt pluſquam 200 hoſtium.

61 Præſidiarii *Cheles* territi redditione *Alconchelis* diſtantis per duas leucas, deſeruerunt oppidum; & Luſitani illud occuparunt. *D. Rodericus de Caſtro* tenens Generalis equitatus (dum totus non perveniebat exercitus) invaſit abſque morâ oppidum aliud *Figueira de Vargas*, optimo Caſtello munitum; ejus dominus *D. Gabriel de Vargas* petiit, ad agendum de redditione, ceſſationem armorum per dies quindecim, quibus redactis ad unam horam, exivit cum ſuis; & noſtri, poſt direptionem, reliquerunt ibi præſidium, evocatum poſtea, quia non neceſſarium.

62 Progreſſum in magnum, & populoſum oppidum, *Villa nueva del Freſno*, muro duplici vallatum, munitumque

arce, quadruplici muro, & quadruplici turri, fortiſſimâ; illud gubernabat *D. Franciſcus Geldres*, militiâ expertus valde; cui aſſiſtebat Magiſter campi *D. Franciſcus Aguero*, aliique optimi officiales, cum præſidiariis ſelectis circà mille, tormentis, ac cæteris belli proviſionibus in abundantiâ. Occuparunt noſtri Magiſtri campi *Ludovicus da Silva Telles*, & *Arias de Saldanha* commodiora loca terribili impetu, contemnentes mortem undique volantem; quæ tamen preſſit ducem *Franciſcum Soarez da Cunha* dum ordinabat temeritatem militum.

Statim ſtrenuè pugnantes, ſuburbia circundata vallis, 63
intrarunt Luſitani ad noctis crepuſculũ; ſequentique mane continuus labor peregerat intra domus latã viam ducentẽ cohortes ad principalem arcis foſſam. Hinc, & ex aliis duobus locis, tormenta oppugnabant muros; ſed unius ruina, reparabatur invicem ruinâ alterius, & nova mœnia reddebant ingreſſum difficiliorem. Tentarunt foſſas implere, ſed fruſtra, contra ignea artificia quæ occiderunt quinque. Formarunt pontem, per quem obſcurâ nocte tranſeuntes voluerunt aſcendere; at ex præcipiti aſcenſu, quatuor interfectis, cæteri fuerunt repulſi. Fabricarunt tumulos ligneos; in vanum, vulneratis quibuſdam. Vſi ſunt aliis machinis; non cum multo effectu. Tandem ſunt demoliti duos muros; hoſtes tamen ex tertio, & quarto non minùs ſe defendebant. Tranſierunt foſſam, & egerunt cuniculum; hic deſtruxit partem tertii muri. E novo loco ignea tormenta operabantur, & jam, poſt novem genera oppugnationis, mœnia inceperunt obedire; ac noſtri ad irruendum parari.

Tunc obſeſſi (deſperantes auxilium, quod non fuerat 64
auſum

auſum appropinquare, quamvis obſidentes erant in aperto campo ſine vallis) petierunt conditiones, non exauditi, & tormenta, continuando ictus, deſtruxerunt partem muri. Reiterarunt illi preces, quas pietas admiſit; exierunt tandem cum armis relinquendis protinùs. Noſtri, habitâ ex oppido prædâ optimâ, poſuerunt præſidiũ in arcem, quam ſervant hodie benè munitam; Triginta, & duo ibi occiſi, ac centum circiter ſauciati, hoſtium interfectorum numerus incertus, quoniam à ſuis ſepultus occultè. Mirum equidem fortiſſimum, ac muniltiſſimum oppidum vì capi intra undecim dies; at mirabilius quod per undecim reſtiterit horas virtuti Luſitanæ.

65 Hinc (quoniam finis Octobris veniebat) ſe recepit exercitus ad hybernandum; cùm deſtruxiſſet agros *de Badajoz*, &, ultra pagos plurimos, cepiſſet oppida octo, quorum (cæteris direptis, ac combuſtis) duo meliora, *Alconchel*, & *Villa nueva del Freſno*, ſervant Luſitani.

66 Non tamen ideò ceſſavit bellum in eâ provinciâ incurſionibus continuatum. *D. Joannes de Attaide* equitum dux, ex noſtro oppido *Arronches*, intrans Caſtellam, diripuit pagũ *S. Vincentis*, & agros ditiſſimos inſignis oppidi *Valencia*, non obſtante reſiſtentiâ hoſtium, quorum ducem cepit. Tentarunt illi vindictam intrantes agros *Arronches* cum 140 equitibus ſelectis; at *D. Joannes* ſolis 57 equit. occidit eorum 40, & cepit 17 cum omnium duce, uno tantùm interfecto ex noſtris.

67 Ad provinciam *Beiræ* rediit, recuperatâ bonâ valetudine, primus ejus Generalis *D. Alvarus de Abranches*; qui, copiis 3500 peditum, & 600 equitum, deſtruxit & combuſſit in Caſtellâ *Albergaria*, *Payo*, *Moraleja*, *Eſtornillo*, *In Beirâ.*

Piedras alvas, & loca alia in Epiſcopatibus *Civitatis Roderici*, & *Coriæ*; ac operâ Magiſtri campi *D. Sancti Emanuel*, ad conſpectum hoſtis, erexit egregiam arcem in Regnorum confiniis.

In Interamnenſi. Provinciæ *Interamnenſi* præpoſitus fuit Generalis *Joannes Rodericus de Souſa, & Vaſconcellos*, Comes *Caſtelli melioris*, Caſtellanorum ſemper triumphator arte, ac vi; arte quippè, à manibus eorum evaſit detentus in arce *Cartagenæ* Indiarum Occidentalium, induſtriâ, progreſſu, & eventu pluſquam mirabili, quod huc non pertinet narrare; vi de eis triumphat continuè, de quo jam dico aliquid. Copiis quinque mill. peditum, & 500 equitum, intravit Regnum Gallæciæ gubernatum à magno Priore *Navarræ* ordinis *Sancti Joannis*; ibique deſtruxit, ac diripuit pluſquam triginta bonos pagos, & oppidum inſigne *Salvatierra*; quod reliquit, quia, non ſatis munitum, vix poſſet ſuſtinere impetum multitudinis hoſtium concurrentium undequaque. 68

Caſtellani, jam experti oppidorum magnitudinem non terrere noſtros quominùs invaderent, munierunt illud *Salvatierra* optimâ fortificatione, regularibus vallis, multis armis, bono Præſidio, experto Gubernatore *D. Franciſco Piconha*; quo tandem eſt redditum fortiſſima arx. Tunc Comes Generalis Luſitanus decrevit eam capere irruptione repentinâ; nam obſidione foret impoſſibile, ob innumeras gentes venturas in auxilium. Hoc intento, pauciſſimis communicato, die 14 Auguſti fecit ſuos muniri confeſſionis, & EVCHARISTIÆ Sacramentis; in ipsâque nocte ſeptem cymbis, per *Minium* fluvium dividentem Regna, trajecit in Gallæciam cohor- 69

tes

tes aliquas, non obſtantibus nubibus pilarum quas diſplodebant hoſtes vigilantiſſimi, fluvium cuſtodientes è fortibus vallis; primus deſcendit dux *Antonius de Queiros Maſcarenhas*, mox alii, qui, uno tantùm ſuorum occiſo, & 12 vulneratis, fecerunt locum cæteris, quos eædem cymbæ trajecerunt paulatim.

70 Adventu omnium, multi hoſtium reliquerunt vitam, & cuncti vallos, ſed ordinati; acies noſtræ formatæ, ſunt progreſſæ per quaſi duas leucas, jam declarato Generalis intento, quod omnes ſtrenuè probarunt, quamvis maximè periculoſum. Quingenti circiter equites venerunt obvii; ſed, vix aggreſſi, fugerunt velociter. Plures pedites ſe oſtenderunt, non auſi, niſi à longè. Propè oppidum equitatus, & peditatus plurimus ſe oppoſuit animosè; ſed animoſiùs fugatus à noſtris, licet multum fatigatis ex itinere præ nimio Solis calore. Jam in oppido Præſidiarii pluſquã 500, è vallis, ac propugnaculis nil ignavi exceperunt venientes, pilis, omniſque generis jaculis, quæ maior induſtria crudeliter invenit in igneis inſtrumentis. Contemnebant Luſitani mortem, & aperto pectore pars diſplodebat contra defenſores, dum pars alia furore intrepido aſcendebat; poſtque inſtantiam per horæ quadrantem, cadentibus multis ex medio aſcenſus, præcipitatis aliquibus jam ex alto, occiſis, quaſi per miraculum, pauciſſimis, vulneratis pluribus, intrarunt oppidum. Ejus Gubernator ſe recepit in caſtellum (optimè formatum in palatio Comitis ejuſdem oppidi) cum 180 militibus, ultrà 200 qui ibi jam erant. In hoc irruerunt victores; at hoſtes bene muniti propugnabant adhuc; applicarunt noſtri artificia pro comburendis portis; tunc illi timidi, albo ſigno petie-

runt

runt vitam, quam obtinuerunt facilè.

Interim ad portam venit Magiſter campi *Viole d'Athis*, nobilis Gallus qui egerat ſtrenuiſſimè; & videns foramina per quæ hoſtes poterant ſclopetis offendere inoffenſi, citò receſſit paululùm; ſed protinùs advertens, eam actionem potuiſſe indicare metum, (à quo ſanè alienum illum noſcebant omnes) rediit nimis generosè in locum quem reliquerat; cùm hoſtis (traditor poſt conventionem de vitâ) ab intus diſplodebat, & eum per pectus vulneravit læthaliter; cucurrit Luſitanus Generalis ad amicum, qui potuit ſacramentalem facere confeſſionem, ac teſtamentum condere; & poſt horæ dimidium religiosè expiravit. Eodem tempore Gubernator aperuit Caſtelli portas; & noſtri milites irritati dolore occiſi Galli, (valde amabilis ob præclaram indolem Luſitanæ conformem,) crudeliter necarunt multos hoſtiū miſericordiam implorantiū armis depoſitis; dicebant enim veniam illos non mereri qui, poſt redditionis conventionē, ſclopetū diſploſerant. Ceſſarunt tandem violento juſſu Generalis; & ita oppidū illud fuit captū interfectis ex Præſidiariis pluſquam centum, vulneratis pluſquam 200; ex noſtris verò occubuerunt ſex, è quorum numero fuit Magiſter campi Gallus, cujus corpus honorificè ibi fuit depoſitum in monaſterio *S. Franciſci*, quouſque ſepeliretur in Eccleſiâ maiori civitatis *Bracharæ*, ut ipſe in teſtamento juſſerat; & Rex, gratus fideliſſimis ſervitiis ab eo acceptis, ejuſdem filium non ſolùm torqueo aureo donavit, ſed Regio Chriſti ordine inſignivit cum bonâ in perpetuum penſione.

Direpto oppido, Comes Generalis diligentiſſimè cepit

pit illud vallare regulariter fortiſſimis muris, & propugnaculis; per integrum menſem non ceſſarunt inimici à continuis invaſionibus ut impedirent opus, at ſemper, aperto campo, in longè maiori numero, fuerunt repulſi, habentes damnum maximum, nullo ferè noſtrorum, quaſi per miraculum. Amoto magno Priori *Navarræ*, nominatus fuit Generalis contra noſtros Cardinalis *Spinola* Archiepiſcopus *Compoſtellanus*; convocavit exercitum decem mill. pedit. & mille equit. in quo plurimi veterani; ſed non fœliciori ſorte. Tandem jam oppidum illud, clavis Gallæciæ, eſt ita munitum, ut reputetur unum ex fortibus Europæ; poſuitque Generalis in turribus inſcriptiones declarantes diem, Regem, & Ducem ſub quorum auſpiciis Luſitanæ Coronæ fuit aggregatum.

73 At verò Cardinalis Caſtellanorum, & Gallæcorum Generalis, de *Salvatierra* jam diffidens, miſit noctu 2500 milites, ut ſubitâ irruptione caperent oppidum noſtrum *Villa nova de Cerveira.* Triginta vigiles ex *Lanbelas* impedierunt hoſtem, ne, ut volebat, per illam partem *Minium* fluvium tranſiret. Tranſivit per locum *Lobeo*, unde pauci agricolæ hoſtiliter eum ſequebantur. Venit dux *Paulus Pereira de Andrada* ſolo enſe, ac peltâ armatus, & quatuor tantùm comitatus militibus, mediis ſe immiſcens inimicorum, ſeptem ictibus interfecit, donec ſex ſclopetis fuit occiſus; non igitur Lacedæmonium *Cleomenem* jam mirabimur, quod (*apud Plutarch. in ejus vitâ*) duodecim ſociis, urbis *Canopi* cives invaſerit; videmus ſiquidem Luſitanum quatuor ſociis invaſiſſe 2500 inimicos, non in pace inermes, (ut erant illi cives) ſed in campo armatos; putavit *Cleomenes* illos potiùs pugnaturos pro eo acclamante, libertatem:

libertatem: Luſitanus nullam habebat ſpem opis in invaſis; *Cleomenes* cum ſuis occidit duos: Luſitanus ſolus occidit ſeptem; *Cleomenes*, videns contra ſe omnes, ſe ipſum deſperatus occidit: Luſitanus fidenter pugnans occiſus eſt glorioſè ab hoſtibus; ergo *Cleomene* maior multis titulis.

Progreſſi ſunt Caſtellani, & Gallæci in oppidum, ubi 74
nullum erat præſidium; ſed 60 incolæ, cæteris ruri abſentibus pro colligendis fructibus (erat enim dies 25 Septembris.) *Gaſpar Mendes de Caldas* dux maior militiæ ordinariæ exivit cum ſexdecim tantùm (notetur quæſo noſtrorum magnanimitas) ad retardandum venientes, dum pauci remanentes in oppido, contra improviſam irruptionem ſe parabant; hi ſoli pugnarunt fortiter cum integro exercitu; dux præcipuè irruens in medium, furore, quem Virgil. *lib.9.* pingit de *Helenore* in non diſſimili occaſione; quouſque, poſt multum illatum damni, tres fuerunt interfecti, capti quinque multum vulnerati, & alii evaſerunt; inter occiſos dux ſtrenuus, cujus uxorem, & tres filios Rex, virtutis remunerator, honoribus, ac pecuniis cumulavit.

Interea *Emanuel de Souſa de Abreu* quadraginta, quos 75
ſolos habebat, militibus munierat mœnia; hos juvantibus fœminis, (ut illæ celebres de quibus ſupra *n.46.*) & ſic recepit impetum hoſtium connitentium ſchalis aſcendere, ut diceres, plures eſſe invaſos, quàm invaſores. Noſtri finxerunt vocibus adventare auxiliarios; quo audito hoſtes relinquentes mortuos, arma, & ſchalas, ſe præcipitarunt in fugam, ita cœcam, ut amici ab amicis fugerent, non ſe noſcentes ob nubiloſam auroram. Cùm jam fugerent venerunt in auxilium 150 Luſitani ex militiâ ordinariâ vicinorum locorum, qui adhuc ex poſterioribus necarunt 48, &

ceperunt

ceperunt 34; in tranſituque fluvii perierunt 600, partim præ timore cadentes in aquas, partim ſubmerſis cymbis, noſtris bellicis tormentis. Ex Luſitanis occubuerunt 27, inter quos 3 ex quinque captis multis vulneribus. Sic 60 de 2500 triumpharunt; cujus dolore Cardinalis receſſit in ſuum Archiepiſcopatum, ſubdelegatâ poteſtate belli.

76 In *Tranſmontanâ* fuit hoc anno Generalis *D. Joannes de Souſa* Præfectus, & Commendatarius de *Thomar*. Intravit terras Archiepiſcopatus *Orenſis* 4000 peditibus, & 300 equitibus; combuſſitque 20 pagos, & oppida, inter quæ benè munitum *Pedralva*(diſtans per dimidium leucæ à *Senabriâ* ubi erat Comes magni ſtatus *Benavente*,) in quo cepit 142 præſidiarios, cæteris occiſis. *In Tranſmontanâ.*

77 Intravit poſtea vallem de *Salas*, & ad conſpectum Marchionis *de Torreclusâ* arma ibi gubernantem, diripuit, ac combuſſit 43 pagos, & oppida, occidens 147 ex defenſoribus, fugatis reliquis; conduxitque prædam 6000 bovum, 30000 pecorum minorum; multos mulos, & equos, atque 60 vehicula onuſta pretioſiori ſuppellectili: pauciſſimo damno noſtrorum.

78 Gubernavit Algarbia *Martinus Alphonſus de Mello*, cujus, & ſuorum fortitudini occaſiones bellandi negat, (ut jam dixi) *Ana* fluvius. *In regno Algarbiorum.*

79 Claſſis 25 navium(Generali *Antonio Telles* ut antea) expectabat Caſtellanam ex Indiis venturam. Miſerat Rex Caſtellæ, ut conduceret Indicam, aliam 30 navium, quæ non fuit auſa eggredi Promontoria S. *Mariæ*, & S. *Vincentis*; nilominùs Indica evaſit, quoniam, præ metu, non petiit de more portum *Cadiz*, ſed *Gibraltar*, quod nunquam viſum. Claſſis alia ſex navium fugavit è mari noſtro *In mari.*

pyratas *Dunquerquenſes* ac *Turcas*, & ab iſtis liberavit quaſdam naves ſeptemtrionales; conduxitque 24 onuſtas Saccharo profectas ex Braſiliâ, atque unam ex Indiâ orientali.

Hæc illo anno Luſitanorum victoriæ. Caſtellanorum 80 quæ? fictæ in relationibus, maximè per Italiam, ubi narrarunt mirabilia, quæ fortè illis repræſentat phantaſia Dei providentiâ, ne incidant in deſperationem.

An. 1644 belli 4. Anno præſenti Rex Caſtellæ amovit, tanquam igna- 81 vum, præcipuum generalem (in *Eſtremadurâ* degentem,) comitem S. *Eſtephani*; & ſuffecit Marchionem de *Torreclusâ* maximâ ſpe. In Luſitaniâ verò non opus fuit mutare Miniſtros. Decreverant autem Caſtellani ducere vires in Cataloniam adverſus arma Regis Chriſtianiſſimi, relictis ſolis præſidiis in arcibus, quarum unaquæque detineret noſtros; & ſi aliquæ capiantur (dicebant illi) reſtituentur cùm de pace agere velimus. Quapropter, Rex Luſitaniæ ut plus hoſtem diverteret in favorem colligati, ſtatuit non morari in arcibus obſidendis; at minor adiripere, ac combunere, quo bellum crudelius vocaret inimicum ad defenſionem; & hoc modo maiores noſtri coegerunt ſæpiſſimè Caſtellanos iniquas pacis conditiones ferre; plus enim pcpuli lamentantur totalem ruinam, quàm Dominum mutare in paucis oppidis quaſi indemnes; & ſi Principes clamoribus non provident, non paucies ad ſeditiones pervenitur.

In Transtaganâ. Nilominus novus Caſtellanorum Generalis *Torrecluſa*, 82 quò oſtenderet intentum etiam offendendi, miſit 200 ſelectiſſimos equites in agros *Campi maioris*, quaſi ad explorandum; at 30 Luſitanorum, qui fortuitò occurrerunt, fuerunt ſatis ad occidendum aliquos, & fugandum cæteros.

Pro

83 Pro vindictâ hujus eventus (quem judicavit ignominioſum principio ſui regiminis) miſit dictus Generalis noctu 1500 equites, & totidem pedites, ut ſubitâ irruptione caperent *Ouguellam* parvum oppidum munitum 20 militibus Hollandis, & 40 Luſitanis ultra habitatores circiter 60. Verùm Præfectus *Paſchoalis da Coſta* noſcens per exploratorem appropinquantes hoſtes, præparatus optimè, quamvis breviſſimè, ter eos expulit à vallis, ſed intrarunt denique, ceperuntque 7 ex Hollandis qui egerant ſtrenuè. Noſtri pugnando ſe receperunt in Caſtellũ quod mirè defenſarunt à manè, uſque ad meridiem; tunc, igneis inſtrumentis primâ portâ fractâ, Luſitanorum accenſus furor ita ſecundam defendit, ut hoſtes deſperati receſſerint relinquentes ſchalas ac inſtrumenta ignea, & pluſquã 20 ex ſuis occiſos, ducentes vulneratos plurimos. Cùm recederent venit auxilium è *Campo maiori*, quod eos ſequens cepit octo. Ex noſtris duo interfecti, tres vulnerati, ac una mulier.

84 Hæc nomine *Elyſabeth Pereira* ſauciata capite dum in vallis fortiſſimè bipenni pugnaret, tranſportata fuerat in Caſtellũ, ubi parumper ſine ſenſu jacuit; ſed reſipiſcens ſurrexit, ac rediit in pugnam, in quâ occidit unum Caſtellanum, & vulneravit alios, nec priùs curari voluit, quàm inimicus fugeret; juſtiùs (ob ſexus differentiam) obtinens titulum *Magnanimitatis*, quo illuſtratus noſcitur *Antigonus* miles *Philippi* Macedonici, quòd in obſidione *Perinthi* ſagitã in vulnere accepto portaverit uſque ad finẽ conflictus.

85 Ita 9 die Aprilis, ſenſit Caſtellanus ignominiam novam; & Rex Luſitaniæ ſtrenuum Præfectum remuneravit commendâ boni proventus, ac milites augmento ſtipendiorum.

 Jam

Jam verò *D. Rodericus de Caſtro* locum tenens Generalis equitatus Luſitanorum, 260 equitibus, & 2500 peditibus Caſtellam invadens, vi intravit oppidum *Montijo*, bene vallatum, munitumque 500 peditibus, & 100 equitibus præſidiariis, ultra mille circiter habitatores. Occiderat multos, & omnia vaſtabat, cùm in auxilium pervenerunt mille inimicorum equites; quos detinuit quouſque. *Franciſcus de Mello* noſter equitum Generalis (qui vigilabat) venit cum 800, & tunc ex mille qui ferrum fugerant, perierunt in aquis fluvii *Anæ* pene omnes, damno noſtrorum nullo. 86

Die 27 ejuſdem Aprilis, Magiſtri campi, *D. Nunius Maſcarenhas*, & *Didacus Gomes de Figueiredo* diripuerunt, & combuſſerunt uſque ad ultimum, oppidum *Membrillo* bene munitum, *Solorinum*, ac alios pagos; fugato in reditu auxilio ſerò venienti hoſtium, quorum plures occubuerunt; ex noſtris 7; & fuerunt 9, ſauciati. 87

Mai die 5, *Franciſcus de Mello* equitum Generalis invaſit munitiſſimum oppidum *Villa nova de Barcarrota*, unde ad noſtrorum conſpectũ, præ metu exierat *D. Franciſcus de Velaſco* locum tenens Generalis equitatus Caſtellanorum cum 500 equitibus, ac ex colle aſpexit noſtros, non obſtante præſidii reſiſtentiâ (uno amiſſo & 16 vulneratis) omnia deripientes, & igne ſolo æquantes. In reditu tentarunt hoſtes ultimos noſtrorum ſequi; at vix aggreſſi, fuerunt fugati. 88

Poſt hæc *Matthias de Albuquerque* Luſitanus Generalis exercitu 6000 tantùm peditum, & 1100 equitum, 89

ac

ac ſex tormentis bellicis, diripuit ac omninò combuſſit ditiſſima oppida *Villar de Rey*, *Roca de Almançanete*, *Montijo*, & *Puebla*, parum obſtante oppoſitione contrariâ. Redeunti in Luſitaniam, die Mai 26, circa horam 9 matutinam, ſe fecit obvius prope *Montijo* Caſtellanus exercitus 8000 peditum, & 2600 equitum, cum duobus tormentis; quem gubernabat Baro de *Molinguen* generalis equitum (nam *Terracluſa* non fuerat auſus); confidebat autem exceſſu maximo equorum in campo pro illis valde apto. *Vide prælium memorabile.*

90 Diſploſis utrinque tormentis, hoſtium equitatus per cornu ſiniſtrum invaſit noſtrum, conſtantem ibi equitibus 500, cunctis ferè Hollandis. Hi diſparitate præterriti fugerunt ſtatim uſque ad Luſitaniam; & (quod peius) præcipitanter fugientes ruperunt frontem noſtri peditatus; quod videns hoſtis, omni inſtitit equitatu ad eam omnino deſtruendam; ſed, ob præclaram reſiſtentiam, circuitu tranſivit adverſus cornu dextrũ equitatus noſtri, continens tantummodo 600. Quid hi contra 2600? breviter ſunt diſperſi; & hoſtis integer, rediens in frontem inordinatam, & ab utroque jam latere deſertam, intravit tandem; inde venit uſque ad mediam aciem, ubi tamen amiſit mille equites exprimis, enſe interfectos. Verùm ſupervenientibus aliis 1600 cum toto peditatu, ceſſit virtus, & ſemivictor occupavit etiam tormenta, quamvis *D. Joannes da Coſta* eorum generalis fecerat mirabilia, vulneratus in pede, ac graviter in capite ab equitum duce, quem tamen denique necavit.

91 Hic rerum ſtatus poſſet fortiſſimum quemque indu-

cere ad ſolam curam vitæ cuſtodiendæ, victoriâ conceſsâ; noſtri verò amiſerant ordinem, non campum, aut conſtantiam. Igitur *Albuquerquius*, amiſſo ex pilâ equo quem prope ſe habebat paratum: aſcendit alium, quo ei generosè ſuccurrit dux *Henricus de la Morle* ſtrenuus Gallus; & habito breviſſimè conſilio cum *D. Joanne da Coſta* generali tormentorum, ac cum magiſtris campi *Ludovico da Sylva Telles*, *Joanne de Saldanha*, *Franciſco de Mello*, & *Martino Ferreira*, decrevit, uſque ad ultimum in hoſtes quoquo modo irruptionem facere.

Non erant in campo decem ſimul Luſitani compoſiti; 92
&, inter omnes, equites tantùm 31 inveniebantur, cùm inclytus generalis ſtricto irrumpens enſe clamabat: *hîc, filii, pro Rege, pro patriâ, pro libertate.* Videres in Luſitanis totidem leones ſauciatos, vel recuperantes catulos; quinimo videres fulmina in reſiſtentiâ ſaxa; eruperunt ex diverſis partibus ſine ordine, ſine diſciplinâ ſeparati; intento ſolo uniti, in aſpectu terrorem, in manibus mortem portantes. Solis enſibus, & cultellis pugnatum; etenim inter ſe commixti non poterant aliis uti armis. Quid verò, & quomodo quiſque fecerit ignoratum; namque incitantium voces, vulnerantium fremitus, morientium gemitus, pugnæ denique admirandæ ſtrepitus in confuſione terribili, turbabant omnia, tremente terrâ, aere ictibus fulgurante. Hoc tantùm viſum, hora jam 3 poſt meridiem, Luſitanorum furorem eam in hoſtium exercitu feciſſe ſtragem, quam ſolet tempeſtas in altâ ſegete, ignis in ſylvâ denſâ vento concitatus. Integræ nuper Caſtellanorum acies, diſperſæ jam fugiebant, relictis

non

non ſolùm tormentis, & aliis ponderoſis, ſed etiam propriis unius cujuſque armis, quò velociùs currerent. Sequebantur Luſitani per pluſquàm leucam uſque ad *Anam* fluvium, ſic irati, ut nativâ pietate depoſitâ, nec ſupplicibus parcerent; quâ propter miſeri victi, clementiæ fluvii ſe credebant; ubi ſubmerſi mortem inveniebant ſub ſpecie aliâ.

93 Ibi ſtiterunt noſtri, quòd non haberent equitatum; & ſe recipientes, dolebant jam miſericordes aſpectum campi cruenti, Lecti funeſti innumerabilibus exanimis, ſemivivis, palpitantibus. Eſt certo-certius, ultra plurimos vulneratos, occiſos fuiſſe hoſtium pluſquam tria millia, inter quos 1100 equites, aliqui magiſtri campi, multi alii officiales belli, 150 inventi inſigniti ordinibus militaribus, & plures ex Caſtellâ nobilioribus; è noſtris occubuerunt 70 circiter equites, 300 pedites, inter quos magiſtri campi *Arias de Saldanha, D. Nunius Maſcarenhas* illuſtriſſimi fortitudine, ac ſanguine; Strenuus Sargentus Maior *Benedictus Maciel Parente*, unus dux equitum, octo peditatus; clariſſimi omnes qui ſacrificarunt vitam pro juſtitiâ, & Patriâ. In principio infelici conflictus capti fuerant circa 200, è quibus aliqui officiales, plerique multum vulnerati, quos hoſtis potuit breviter in *Badaioz* conducere habens, quòd nobis deficiebat, equitatum.

94 Stetit Luſitanus in campo uſque ad ſequentem diem; quâ collectis ſpoliis, (inter quæ pluſquam 4000 ſclopetorum), & Luſitanorum cadaveribus, (ut in patriâ honorificè tumularentur), victor rediit in Luſitaniam; è cujus confiniis, ad nuntium amiſſæ victoriæ falsò ſparſum ab

equi-

equitibus qui fugerant, auxilia jam exibant copioſa ; planè è ſolà civitate *Elvas* veniebant 800 pedites, ac quaſi 100 equi ; & *D. Rodericus de Caſtro* locum tenens generalis equitatus, quamvis febri continuâ laborans, & ob nimiam ſanguinis emiſſionem, viribus fractus corporis (quare prælio non interfuerat), quas tamen jam ſuplebat animus.

Viſum ſæpius in præliis, mutatà ſorte, victum in victorem evadere ; hoc verò, vel quia aliquod, à victis, agmen conſervabatur integrum ; vel quia victor inordinatè 95
abutens victoriâ, fecit locum ut victus aliquantulum reformatus eum iterum aggrederetur. At hic (dictu mirabile !) è contrario, Luſitanorum acies omnino ruptæ, hoſtis intra illas ordinatus optimè, ſuperior numero, ſolus habens equitatum. Nunc certè cognitum quantùm virtus excedat fortunam ; neque victos poſſe dici Luſitanos dum vivunt, vivit enim habitus ille perficiendi impoſſibilia. Propter hoc, aliaſque hujus prælii circunſtantias (quòd, ſcilicet, fuerit in præſenti bello primum in campo aperto ; quòd intra inimicorum terras, quòd noſtri numero multùm inferiores, quòd per ſex horas acerrimè dimicatum), feſtivis ignibus celebratum fuit in Luſitaniæ curiâ, Rex generalem creavit comitem de *Alegrete* cum proventu 4000 ſcutorum annuatim ; hœredeſque occiſorum, & quoſdam ex vivis cumulavit beneficiis ; ac, (quod præcipuum) in Vlyſſipponis Cathedrali Eccleſià ſolennes gratias egit Deo, qui myſteriosè, ex adverſo principio, victoriam inopinatè deduxit, ut iterum oſtenderet, totum noſtræ libertatis

tatis negotium è Cœlo deſcendere modo extraordinario. Pro quo etiam noto Eccleſiam die illâ 26 Maii celebraſſe feſtum (*Corporis Chriſti* vocatum) inſtitutionis divini Sacramenti Euchariſtiæ, quod eſt tutelare Luſitanorum Regum, ſpecialiter JOANNIS IV, ut videbis *in Append. c.2. à n.27.* Hoc fuit memorabile prœlium de *Montijo*, glorioſum Luſitanis in perpetuum, æquè lamentabile Caſtellanis.

96 Continuarunt noſtri devaſtationem Caſtellæ; ſed nimius eſſem cuncta referens. Damnum præcipuum paſſum eſt oppidum *Salva Leon* ſpoliatum, ac combuſtum à *Franciſco de Mello* equitum Generali. Item oppidum *S. Vincentis* in quo idem fecerunt Magiſtri Campi *D. Joannes de Souſa, & Didacus Gomes de Figueiredo*, præcedenti in campo brevi prælio, in quo plures hoſtium trucidati fuerunt; ſequentique aliâ victoriâ contra 500 equites, & totidem pedites, qui pro redditu anguſtum iter occupabant. Hoſtes etiam fecerunt incurſiones in quoſdam noſtrorum pagos inermes; unde tamen exierunt citius quàm intraverant. Vna memorabilis quâ pauci Luſitanorum mirabilem oſtenderunt fortitudinem, contra innumerabiles; ac hi prævalentes numero, in ignavam vindictam damni à viris accepti, mulieres, & infantes occiderunt barbarie pluſquam irrationali.

97 *D. Alvarus de Abranches* generalis Provinciæ *Bura*, *In Beirâ.* primis diebus Aprilis fecit ſpoliare, ac comburere pagum *Figal.* in Caſtellâ; & 26 ejuſdem menſis, 2000 peditibus, atque 250 equitibus, duobuſque tormentis, vi diripuit, ac combuſſit magnum oppidnm *Fuenteguinaldo* duplici mu-

munitum vallo, & 700 præſidiariis (ultra habitatores). quorùm multos occidit (aliis ſe recipientibus in Eccleſiam quam non offendit), uno tantùm ex ſuis amiſſo, ac ſex vulneratis. Paulò poſteà Magiſter Campi *D. Sanctius Emanuel*, ejuſdem Generalis juſſu, ſtrenuè diripuit, ac concremavit ditiſſimum oppidum *Sarça* benè fortificatum, occiſis 7 è noſtris, & 10 vulneratis; ex hoſtibus autem, ultra 40 captos, ferro perierunt multi; ac 500 ex caſuali pulveris nitrati incendio inter parvam arcem ubi aſylum quæſierant. At non tacendum (ſequimur enim veritatem), hoſtes poſt aliquot menſes, inſidiis paratis, centum circiter & quinquaginta rupiſſe noſtrorum, non paucis occiſis.

In Interamnenſi.

Ex *Interamnenſi* provinciâ (in quâ eſt Generalis Comes *Caſtelli melioris*) intrarunt noſtri ſæpè Galleciam; ibique diripuerunt, ac combuſſerunt pagos *Gorga, Quintas, Villar, Monte redondo, Creſpos*, & alios 15; ac oppidum *Barca* optimè vallatum, munitumque bellatoribus 4000, ubi (quod mirum) cùm eſſent tantùm 800, multos occiderunt, ſolis duobus amiſſis; cætera verò egerunt quaſi ſine damno. Hoc autem contra oppoſitionem maximam Marchionis de *Tavara* Generalis ibi Caſtellanorum; qui vindictam aliquando tentavit, ſed infeliciter; ſemel enim magnis copijs diverſa noſtrorum loca uno tempore aggrediens, in omnibus fuit verberatus, amittens pluſquam 200 milites, 3 duces, 2 Signiferos, plurima arma, & 3 cymbas ex multis quibus *Minium* tranſierat. Iterùm 5000 peditum, & 300 equit. parvum Caſtellum *Caſtro Leboreiro* invadens, potuerunt 25 milites ſub regimine *Petri de Faria*, illud

illud cuſtodientes, omnes fugare, contentos trophæo comburendi quædam paleata tuguria.

99 *D. Joannes de Souſa* Generalis provinciæ *Tranſmontanæ* egregias fecit invaſiones in damnum inimici; particularia dicere longiſſimum foret. *In Tranſmontanâ.*

100 In Algarbiis, gubernante *Martino Alphonſo de Mello*, deeſt, ut dixi, occaſio ſæpè dimicandi; ſed continuat in Caſtellanis terror. *In Regno Algarbiorum.*

101 Claſſis bellica (ſub *Antonio Telles*) 12 tantùm navibus fugavit pyratas; (quo ſecurè pervenerunt Braſilicæ ex pluſquam 30 navibus; treſque minores naves ex Orientali Indiâ.) Vna bellica, & alia quæ commeatus ex abundanti pro aliis portabat, vi tempeſtatis à cæteris diſcedentes, propè *Tertias* inſulas à ſex *Dunquerquenſibus* aggreſſæ ſeparatim, ita ſe defenderunt, ut hoſtes elegerint comburere utramque; ubi noſtrorum pars ſubmerſa periit; pars à *Dunquerquenſibus* recepta; reliqui evaſerunt in cymbulis ad quaſdam ſocias naves pervenientes, quæ inimicum fugarunt. *In Mari.*

102 Hi principaliores eventus anni præſentis uſque ad finem Septembris, quo ſcribo. Nec tamen dubito, Caſtellanos, ut ſolent, diversè narraturos in exteris provinciis. Vidimus *n* 34, 53, & 81, Regē Caſtellæ in unoquoque præteritorum anno præcipuum Generalem mutaſſe, vocando primum imperitum, ſecundum infortunatum, tertium ignavum; quidam ſuſpicantur, præſentem tanquam phantaſticum fore amovendum; alii autumant conſervandum; jam etenim fatentur omnes, eventus contrarios non ex defectu Generalium (qui verè optimi) provenire; ſed ex Luſitanorum virtute velut fatali adverſus Caſtellanos; nos autem

tem plus tribuimus Deo protegenti juſtitiam.

Nota circa vires bellicas Luſitaniæ

Adverte autem maximam partem Luſitanarum vi- 103
rium eiſdem hiſce annis divertiſſe à Caſtellano bello ad alia neceſſaria. I. In Africâ, non ſolùm quas ibi poſſidemus arces munivimus contra ordinarias Sarracenorum incurſiones, ſed etiam oppidum *Marſagam* ſub egregio gubernatore *Roderico de Moura Telles* ſtrenuè propugnavimus ab exercitu eorundem Infidelium illud obſidentium. Item obviavimus nefando fœderi Caſtellani cum Sarracenis adverſus urbem *Tingitanam*, de quo dixi *hoc lib. cap.7. n.57*. II. In Africà etiam, non minima exegit auxilia bellum in *Angolâ* nobis illatum ab Hollandis. Item in inſulà *Sancti Thomæ*, ubi pugnæ fuerunt non parvæ. III. In Aſià, non tantùm conſervavimus latiſſimum ſtatum in terris potentiſſimorum Regum Sarracenorum, ac Gentilium, verùm etiam cum aliquibus eorum bellum geſſimus; & crudelius cum Hollandis, qui ſemel in *Taprobanâ* inſulâ, hodie *Ceilam*, amiſerunt 700 milites, ſubmerſis vi tempeſtatis, multis ex reliquis, qui ſe receperunt in claſſem IV. In *Americâ*, non ſolùm in variis locis *Braſiliæ*, maximè in civitate *S. Salvatoris Bahiæ*, habemus copioſa præſidia; ſed ulteriùs *Magnũ Pará* ab Hollandis defendimus, eoſque coegimus præ fame relinquere *Maranboniam* quẽ occupaverant. In tot itaque, ac tam diverſis partibus ſuſtinuimus bellum hoſtium potentium, qui occaſionem capiebant noſtrarum occupationum ad intereſſe proprium; ſed ubique reſiſtentiam invenerunt præclaram; revixit enim Luſitana fortitudo cum Rege legitimo, ut notavi *cap.6*.

CAPVT

CAPVT X.

Legitima Luſitaniæ libertas oſtenditur armis confirmata; favore Cœli ſtabilita; applauditur à toto orbe, etiam à Caſtellanis prudentioribus; concluditur Luſitana fœlicitas.

1 LIbertatem Luſitaniæ (legitimam demonſtratam *lib.* 1, & 2, egregiéque obtentam, *ut præſenti libro*) negabit nemo armis confirmatam, per relata capite præcedenti, unde quoque ad futurum rectè argumentatur; nam ex visâ Luſitanorum animoſitate contra Caſtellanos, ex naturali horum metu quo timent illos, infertur optimè, impoſſibile, quaſi, fore, eventus mutari è continuatione antiqui; etiam ſi noſtri eſſent inferiores numero; multò magis, cùm, ad minùs, ſint æquales. *Oſtenditur armis confirmata.*

2 Vanè diſcurrunt aliqui, Caſtellanum, ab aliis aliquando vacantem, potentius bellum nobis illaturum; non advertentes, provincias incapaces maiorum exercituum quàm nunc ſuſtinent; pro his autem, non cedimus pecuniis, & prævalemus gentibus; quas externi vix queunt ſupplere, quoniam, ex multis conſiderationibus, Hiſpano bello prorſus inutiles, plus amicis, quàm inimicis nocent, ut omnes fatentur experientiâ edocti; quod ſi non obſtaret, nos quoque haberemus externos.

3 Omnium maximum propugnaculum eſt juſtitia, quam Deus evidenter protegit; vidimus ſanè divinum bra- *Favore cœleſti ſtabilita.*

chium in libertatis mirabili acclamatione; poſtea in victoriis mirandis; multa videbimus in Appendice *cap.*1, *&* 2; hîc ſatis judico notare, citra ſpecialem Dei favorem (ne dicam miraculum) non potuiſſe fieri, quod ſclopetorum pilæ, militum rumpendo veſtes pervenirent ad corpus, ibique ſiſterent parvum tantummodò relinquentes ſignum; ita multis evenit in occaſione de quâ præcedenti cap. *n.*26. *ad fin*; plurimis in illâ de quâ eodem cap. *n.*27; non paucis in direptione *Cheles* de quâ ibi memini *n.*35; aliquibus in auxilio quod attulit *Alphonſus Furtado* ibidem *n.*40, inter quos ipſe *Alphonſus Furtado* idem in ſe fuit expertus; & ne dicatur, eas pilas fortè à longè diſploſas perveniſſe jam debiles, ac ita ſine effectu: ſcias, in occaſione proximè relatâ eas vi tali percuſiſſe, ut dejecerint equites, qui tamen illæſi aſcendebant iterùm; ſic in oppugnatione *Olivençæ* de quâ d. capite *n.* 10, cùm pauper heremita Sacelli *Sanctæ Catharinæ* daret urceolum aquæ *D. Emanueli de Souſa* petenti, percuſſus eſt in fronte ferreâ pilâ, quæ cecidit in maſſam flexa, & fuit ſervata à *D. Roderico de Caſtro* tanquam res mira.

Equidem hos Cœli favores (ſine quibus impoſſibile foret tot hoſtes, à pauciſſimis noſtrorum quaſi illæſis, toties vinci, ut præcedenti capite vidimus) meretur, ultrà juſtitiam, Luſitana reverentia in templa, micans in ardentiori belli furore, ita exactè, ut in direptione *Ferreiræ* (de quâ ſuperiori cap. *n.*26.) cùm miles peteret à Magiſtro campi *D. Nunio Maſcarenhas* permiſſionem portandi crucem argenteam ex Eccleſiâ Caſtellæ in Eccleſiam Luſitaniæ, ille nec mutationi conſenſit, ſed parrocho vocato crucem tradidit. Similiter in direptione cujuſdam pagi factâ 4

menſe

menſe Octobr. an. 1642, à *Simone Pitta de Ortigueira* duce in provinciâ *Tranſmontanâ*, cum in domo particulari calix ſacer inveniretur, miſſus fuit ab eodem duce per Sacerdotem in Eccleſiam ad quam pertinebat. Tandem lege iterùm quæ legiſti præcedenti cap. *n.*23.

5 Contra verò Caſtellani, non ſolùm injuſtitiâ belli, ſed inſuper irreverentia in res ſacras, provocant divinam iram; retuli aliquas *d. cap. n.*32, & 53; ſimiliter fecerunt in invaſione de quâ ibi *n.*73. ſpoliando altaria Eccleſiæ *Lobei*, & alibi ſæpè. In quorũ ſupplicium ita moriuntur deſperati, ut poſt egregiam victoriã noſtrã obtentam die 17 Septembr. an. 1641 à *Roderico de Miranda Henriquez* Præfecto *Olivençæ* contra exercitum noctu invadentem illud oppidum, inter vulneratos Caſtellanos inventus fuerit qui, pro confeſſione, & miſericordiâ quam deberet implorare Chriſtianus, petebat inſtanter penitùs occidi; quòd ei conceſſit unus noſtrorum certè impius, at executor cœleſtis iræ. Fuit mirum in eâ occaſione quod in eodem inſtanti quo Caſtellanorum cadavera extra vallos ſunt ejecta, denſiſſimæ corvorum nubes repente devorarunt ea, ac ſi melius ſepulchrum non mererentur. Profectò hæc omnia oſtendunt ſatis, Luſitanorum victricia arma, ob juſtitiam, & pietatem, fauta à Deo; hoſtilia, ob injuſtitiam, & impietatem, exoſa; unde illis paratur gloria, his ruina.

6 Luſitanorum obtenta, & firmata libertas totum penè mundum exhilaravit. In Europâ oſtendit Chriſtianiſſima Gallia cum Rege ſuo *Ludovico* 13 meritò *Juſtus* appellato, incredibilem lætitiam in applauſu quo Luſitanos excepit Legatos *Franciſcum de Mello* Venatorem maiorem Regis, & *Antonium Coelho de Carvalho* Senatorem Palatii; *Applauditur in Europ.*

 deinde

deinde in claſſe miſsâ abſque dilatione in auxilium, cujus memini *cap.9. n.32*, & in benevolentiâ deinceps continuatâ. Oſtendit idem Suecia cum Reginâ ſuâ *Chriſtinâ* in celebri receptione Legati *Franciſci de Souſa Couttinho*; in ſtudio quo miſit arma plurima, quorum memini *c.8. n.6. in fine*, & in amore continuato. Idem Hollandiæ Status in recipiendo gratiſſimè Legato *Triſtano de Mendoça Furtado*, ac mittendâ claſſe de quâ præcedenti cap. *n.32.* Idem Cataloni jucundiſſimè agentes cum Patre *Ignatio Maſcarenhas* è Societate JESVS, miſſo ad eos per Regem Luſitanum.

Et ne videatur, hoc in nationibus illis fuiſſe cauſatum 7
ab hoſtilitate quam tunc adverſus Caſtellanos exercebant; eodem affectu tota Magna Britannia cum Rege ſuo *Carolo* 1, amicitiam conſervans cum Caſtellanis, Legatos audivit *D. Antonium Dalmada*, & *Franciſcum de Andrada Leitam* Senatorem Palatii, & nobiſcum amicitiam contraxit, nil obſtantibus diligentiis Legati Caſtellani *D. Alphonſi de Cardenas*, nec favore miniſtrorum potentium apud Regem, quorum aliqui, corde Caſtellani, commiſſarii fuerunt in tractatu, &, juſtitiâ coacti, alacriter illum concluſerunt. Quinimò Rex Daniæ *Chriſternus* 4, qui non potuit tractatum celebrare cum Luſitanis quia actualiter agebat cum Auſtriacis de fœdere pro quo adhuc movet arma infœliciter; tamen Legatum *Franciſcum de Souſa Couttinho* tranſeuntem in Suediam juſſit magnificè recipi in naviculâ, deinde in curru Regio, comitatum cunctis curiæ nobilibus pedeſtribus, & detecto capite, uſque in domum adornatam egregiè, ubi Regiis expenſis cum totâ familiâ

ſplendide

ſplendide fuit tractatus; ac, in lætitiæ demonſtrationem, per dies tres vinum diſtributum omni populo; & poſtea in Caſtello *Fredesburg* cum Rege prandit. Quam honorificè Romæ fuerit admiſſus Luſitanus Legatus, tetigi *hoc lib. cap.7. n.47. in fine*; & exinde oſtendi quàm honorificè exivit, ut religionem conſervaret in Caſtellanis.

8 Cæteris Principibus, ac Statibus Europæ non miſit legationes Rex Luſitaniæ, quoniam aliqui ſtrictiſſimè Caſtellano ſunt fœderati ex intereſſe communi, & cum aliis deficiebat occaſio urgens mittendi. Omnibus autem (ipſos teſtamur) fuit nuntium noſtræ libertatis jucundiſſimum; quod effectu oſtenderunt occaſione datâ. Sic Genuenſes (quamvis intereſſe Caſtellani) traditum ſibi nuntium Luſitanum euntem in Cataloniam, reddiderunt ſecurum, etiam incuſati à Caſtellanis. Venetiarum Reſpublica eiſdem negavit poſſe liberè vinctum ducere per Venetorum terras, ex Germaniâ in Mediolanum, Infantem noſtrum *Eduardum*. Magnus Dux Hetruriæ *Ferdinandus* 2 magnifica miſit munera *D. Michaeli de Portugal* Epiſcopo *Lamecenſi* Luſitano Legato tranſeunti per terras ſuas cum rediiſſet è Româ.

9 At certè nil mirum, ſtatus Europæ libertatem noſtram adeò facere, cùm (præter bonum Luſitaniæ ab omnibus ſemper dilectæ, & obſervantiam juſtitiæ ſemper amabilis) de proprio eorum intereſſe agatur: Quippe Caſtellanorum inimici experiuntur inimicum multò minùs potentem, & novum, ac potentem amicum. Amici ſinceriorem amicitiam exercebunt cum eo qui jam non putat cæteros ſibi, omnium potentiſſimo, ſubjacere. Neutrales meliùs hoc modo æquilibrium conſervant. Cuncti denique

fruuntur libertate ſecurâ ab Auſtriacûm ambitione pro Europâ dominandâ; quæ, in generali ratione ſtatus, in commoditate particularium fœderum; in utilitate marium, in diverſione armorum, in divitiis commercii, in ſtabilimine pacis, in obſervantiâ promiſſorum, judicioſo diſcurſu bene oſtendit Doctor *Antonius Moniz de Carvalho* Senator Regius in tractatu eleganti *de Galliæ intereſſe cum Luſitaniâ*, ubi, non circà Galliam tantùm, ſed circà Europæ Status, clariſſimè hoc demonſtrat.

In Africâ Ex Africâ miſit *Marrochiorum* Rex nobilem Sarracennum Commiſſarium ad novum Luſitaniæ Regem pro præparandâ audientiâ Legatorum quos intendebat mittere; Luſitanus autem impedivit legationem civili dexteritate; quæ & illius potentiſſimi Principis animum urbaniſſimè gratum habuit, & conſervavit cum eo bellum, in quo noſtri, propter Religionis cauſam, conſtituunt ab antiquo maiorem gloriam. 10

In fine menſis Martii ann. 1642 navis Sarracena cepit Gallicam ex portu *Nantes*, è Regno Algarbiorum profectam cum caricis, & uvis paſſis; at ſciens eam navigare Vlyſſipponem, dimiſit intactam dux Sarracennus, Gallis inquiens: *In gratiam libertatis, dicite novo Luſitaniæ Regi, Africanum ducem vos liberè dimiſiſſe, ubi vos novit navigantes in ejus curiam.* Imperator *Monomotapæ* in Aſiæ confiniis de Rege informatus Luſitano, ultro ei aditum conceſſit ad auri fodinas ibi creditas, quem negaverat inſtantiis Caſtellani plurimis; ſcripturam donationis portavit anno præterrito Reverendus Pater *Fr. Salvator à Roſario*, ex Prædicatorum ordine. 11 12

In Aſiâ. Non minùs gratum fuit nuntium cunctis Aſiæ Principibus;

pibus; inter cæteros publicam fecit demonſtrationem Rex *Cochinii* jubens edicto feſtivos noctu ignes fieri, *ob*
14 *Luſitanos liberatos à tyrannide Caſtellanorum*. Rex *Japoniæ*, qui, pœnâ mortis inviolabiliter obſervatâ, commercium prohibuerat Chriſtianis, audiens de novo Rege, jam dicitur velle illud permittere noſtris, circà quod legationes miſſæ.

15 Similiter in Americâ; de quâ non loquor particula- *In Americâ.*
riùs, quòd barbaras contineat nationes.

16 Quid plura? [illegible]tantur ipſi Caſtellani? non amore no- *Ab ipſis Caſtellanis.*
ſtri, ſed intereſſe ſui. Eſt notorium Magnates quoſdam Caſtellæ, *Philippo* 2 Luſitaniam occupante, judicioſè dixiſſe: *Debemus congratulari Regi pro Coronâ obtentâ, & condolere filiis noſtris pro amiſſo aſylo, ac mediatore.* Hoc poſtea ſunt experti multi, variis modis occiſi ex minimâ occaſione; cæteri miſerè viventes in ſervitute. Hoc reſpectu qui odio non obcœcantur, vident, & gaudent propriam libertatem reviventem cum noſtrâ. Quod jam profuit ante tres annos Duci *del Infantado* qui, pœnam metuens ex certo crimine, fugiebat in Luſitaniam, cùm primus Regis miniſter Comes Dux, pro exemplo vitando, miſit ad eum celerrimè nuntium cum cauſæ abolitione; prodeſtque actualiter magno Duci *Medinæ Sidoniæ* detento injuſtè ob calumniam, qui, quamvis innocens, jam ſtatu, ac vitâ fuiſſet privatus, ni timerent contrarii, ejus ſucceſſores habituros auxilium ex Luſitaniâ pro vindictâ.

17 Denique concludamus Deo agentes gratias pro noſtrâ *Luſitanorum fœlicitas.*
fœlicitate. Habemus Regem legitimum, ac juridicum, (*ut lib.* 1, & 2;) Regem ex verâ lineâ maſculinâ noſtrorum Regum; (quamvis enim per fœminam hæreditavit,

per

per maſculum etiam ab eiſdem Regibus deſcendit, *ut lib.*1. *c.*13. *n.*9, *&* 10;) Regem (dicam notoria, & ſupra jam probata, atque ita ſecurus à ſuſpicione viliſſimæ adulationis, quâ diſplicerem potiùs, quam placerem eidem;) Regem, inquam, habemus in robuſtâ ætate annorum quadraginta, corpore valido, valetudine optimâ, nutritum in venationis exercitio, quod eum reddidit penè infatigabilem, nec æſtum timentem, nec frigus. Regem (quod præcipuum,) ita Catholicum, ut in neceſſitatibus principii Regni ſui, non admiſerit propoſitiones Hebræorum petentium duas Synagogas in Luſitaniâ, pro quibus offerebant ingentes pecunias; reſpondens, per miniſtros, hoc, ſi concedendum, fore ex ſpe ſalutis animarum, non ex pretio; ita religioſum, ut nulla tranſeat Eccleſiæ vigilia, quin ipſe jejunet. Regem ita prudentem, ut prudentiâ acquiſierit omnium animos quò eum vellent gubernatorem, (*tetigi hoc lib. c.*2. *n.*1,) ſoluſque omnia rectè regit, (*dixi c.*6. *n.*6. *ad med;*) ita juſtum, ut, maioribus belli expenſis implicatus, recuſaverit pecuniam maximam in materiâ juſtitiæ, (vide *eodem n.*6. *in princ;*) ita continuum in negotiis, ut, ex aſſiduitate laboris, ſæpe habeatur cura de ejus valetudine; ita ſtrenuum, ut non dubitaverit præclarum libertatis facinus in ſe ſuſcipere, quamvis adeò difficile, cum periculo amittendi magnum, quem poſſidebat, ſtatum; ita conſtantem, ut, etiam deſertus à principalioribus, decreverit proſequi opus illud inchoatum, (*lege ſup. c.*2. *n.*16. *in fine;*) ita magnanimum, ut, infirmo adhuc Regno, non ſuccubuerit conjurationi inſigni, ſed animosè eam deſtruxerit, (*narravi c.*7. *à n.*32;) ita ſecreti obſervantem, ut ignoretur adhuc quiſnam revelator illius conjurationis

(*notavi*

(notavi ubi proximè n.37,) ita remuneratorem virtutis, ut colliges ab exemplis capitis præcedentis *n.*71,74, *&* 85. *in fine*; ita liberalē, ut oſtenditur ex magnificâ reſtitutione factâ Ciſtercienſi ordini, *de quâ in Append. cap.*2; ita gravem, ut nullus audeat coram eo vel facilè, vel ſeverè agere, nec Regiam uſurpare authoritatē, (unde quod retuli *citato c.6. n.6. ad med;)* ita ſimul affabilem ut deſtinatas habeat dies in hebdomadâ ad audiendum etiam minimos; Nobiles audit quotidie, & ſæpe reprehendit aulicos miniſtros qui bono zelo impediebant ingredientes ne turbarent eum, inquiens: *Sinite eos intrare, qui gaudent me videre; & ego illos.* Ergo jam fateatur Ovidius:

Hic benè conveniunt, & in unâ ſede morantur,
Majeſtas, & amor.

Circà amorem, jam vidimus ſupra *cap.*2. *n.*2. non propriū deſiderium, ſed alienam utilitatem, eum invitaſſe ad Co-
18 ronam; hîc addo probationem egregiam. Cùm JOANNES non dum Rex acclamatus, diſtuliſſet reſponſum legationi Nobilium, ut retuli *d.cap.*2.*n.*5, fluctuans in conſiderationibus, rem communicavit intimo ſuo Secretario *Antonio Paes Viegas*, (de quo, ut dixi alibi, meritò confidebat,) ut audiret ejus opinionem ſemper rectam; vir iſte, (cujus conſilio multum debet noſtra libertas) obtentâ à Principe veniâ ad proponendam quæſtionem, ita prudenter quæſivit: *An ne, Domine, ſi Luſitani neceſſitate preſſi conſtituant Rempublicam, ſequeris partes eorum, vel Regis Caſtellæ?* reſpondit Princeps: *Semper in quocunque eventu ſequar communem Luſitanorum ſententiam.* Tunc ille iterum: *Nullum igitur eſt dubium in annuendo oblatis precibus; oportet non morari, & rem commendare Deo*; adverte animū diſpoſitum ad proſequendam utilitatem no-

ſtram, non ſuam dignitatem; nobis regnat, non ſibi; ô Regnum fortunatum!

Accedit ſupradictis fœliciſſima proles quatuor Princi- 19
pum, bina maſcula, bina fœminea, quâ Rex JOANNES, & conjux clariſſima LVDOVICA, Regnum ditant, (ditaturi, Deo auſpice, ampliori,) in quâ Cœlum Imperii æternitatem promittit, in dies fœliciorem; ut jam apparet in indole præclarâ THEODOSII primogeniti, qui, poſt Neſtorios Patris annos, ſceptrum aſſumet, lucis Parentum imago, cujus pulchra Aurora pulcherrimum diem pollicetur.

Hæc populus agnoſcens, de mutuo amore cum Rege 20
contendit; dubites uter ardentior amorem prodat ſignis? Rex in Populi defenſionem laudatiſſimæ ſupellectili, opulentiſſimo abaco non parcit; Populus in Regis ſervitium pecunias ultro confert. Rex impoſitis oneribus levat Populum; Populus pro belli expenſis ſe lubens gravat; *(vide ſup. c.*8. *n.*10;*)* Rex in multis de jure ſuo remittit in Populum; ſtringit Populus jus ſuum in dignitatem Regis; Rex Populum in filium, Populus Regem in patrem habet; uno corde vivunt omnes; ex uno corde unus ſenſus, una vox, unus plauſus; ô fœlicitatem! in contentione pulcherrimâ, neuter cedit, dum uterque vincitur; vincit Reſpublica, triumphat Regnum ab amore; ac

Nuſquam libertas gratior extat,
Quàm ſub Rege pio.

FINIS.

LAQVEVS CONTRITVS EST, ET NOS LIBERATI SVMVS.

ADJVTORIVM NOSTRVM IN NOMINE DOMINI. *Pſal.*123. *verſ.*7, & 8.

APPENDIX
AD
LVSITANIAM
LIBERATAM.

CONTINENS

Quædam circa materiam curioſa; quæ verò quaſi ſuperflua inſererentur præcedenti Tractatui.



Iam sibi Lusyadum cupiunt caput, astra, Draconem;
Quod decreverunt Numina sacra Poli:

APPENDIX
AD
LVSITANIAM LIBERATAM.

CAPVT I.

Prophetiæ, ac notabilia de Luſitaniæ eventibus jam viſis in ejus oppreſſione, ac obtentâ libertate.

1 DEUM, cui ſoli reſervatur futurorum cognitio, ea quandoque mortalibus revelare, ait Daniel *cap.*2. *n.*22. ibi : *Ipſe revelat profunda, & abſcondita, & novit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt.* Videmus exemplis ſacræ paginæ, in manipulis filiorum Jacob *Geneſ. cap.*37, in ſomnio Eunuchorum Pharaonis *cap.*40, in alio ipſius Pharaonis *cap.*41, in omnibus denique prophetiis; vulgareſque hiſtoriæ recentiora narrant, in apum examine ſuper ore magni Doctoris Eccleſiæ *Ambroſii* adhuc infantis, in ſomnio matris inſignis Patriarchæ *S. Dominici*, in ſtellâ visâ in fronte, & in apibus viſis in ore ejuſdem Sancti, atque in aliis ſimilibus.

Deus aliquando revelat futura.

Loca

Sacra aliquæ prophetia loquentes de Luſitanis.

Loca multa ſacrarum Prophetiarum, de Luſitaniæ eventibus intelligi, interpretantur Doctores (non quidem Luſitani); Iſayas *cap.*18. *n.*7, *cap.*42. *n.*10, *cap.*49 *n.*12, *cap.*52. *n.*10, *cap* 60. *n.*9, *& cap.ult. n.*19, item Sophonias *c.*3. *n.*9, item David *Pſalm.*71. *verſ.*8 & 10, de Luſitanis loquuntur, ſecundùm Thom. Bozium *de ſign. Eccleſiæ, lib.*20. *ſigno* 84. *cap.*3. *& ſign.*87. *cap.*6, *Joſeph.Coſt.init. de procur.ſalut.Ind*; *Joan.Frederic.lib.*2 *cap.*6. *de extremo Dei jud*; *& Indor.vocat.* Similiter Joannes *in Apocalypſi cap.*16, *n.*12, ſecundùm Genebrardum *in Pſalm.*67. *verſ.*34. Sunt & alia de noſtris vaticinia reputata, quamvis non tantæ authoritatis, nempe *Senecæ*, ac ſimilium; ſecundùm *Coſt.de nat.novi orbis lib.*1. *c.*11, *Ortel.in theatro tab:novi orbis*, dixi latiùs in meis excellent. Luſitan. *c.*14. *excel.*8. *n.*1. Neque hoc difficile creditu: nam, cùm Danielem, alioſque Prophetas de futuris Imperiis Babyloniorum, Perſarum, Græcorum, ac Romanorum latè prædixiſſe conſtet, nil mirum, eoſdem dixiſſe de Luſitanis, de quibus, juſtiſſimis Monarchis, fideliſſimis Chriſtianis, clariſſimis Religionis propagatoribus, non minorem habebat curam Divina Providentiâ, quàm de illis, tyrannis, Ethnicis, ſacræ legis perſecutoribus; præcipuè cum erectio Regni Luſitani fuerit ita plena myſteriis, ut vidimus *in* 2. *proœm.* §.2. *n.*5. Non igitur videbitur novum, ſi oſtendam, eventus noſtros præteritos, ac futuros vaticinatos; advertendo quod ſi aliquibus ex recitandis non conveniat omnino, ſecundùm Canonicas ſanctiones, *Prophetiæ* nomen, dictum volo tantummodò juxta vulgarem loquendi uſum, ut opus iſtud omni ex parte ſit Catholicum. In hoc verò capite de præteritis tantùm ago.

PRIMA

PRIMA PROPHETIA.

3 Prima eſt prophetia Danielis, *cap.*4. *n.*44. habens ſic: *In diebus autem Regnorum illorum ſuſcitabit Deus Cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & Regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet univerſa Regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum.*

Quod loquatur de Regno Luſitaniæ probatur; nam hæc viſio *Danielis* fuit eadem quam *Eſdras* habuit *lib.*4.*cap.*11, & 12; ut ibi *n.*11. declaratur: *Hoc eſt Regnum quod viſum eſt in viſione Danieli fratri tuo; ſed non eſt illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor.* At in proximâ prophetiâ demonſtrabitur, illam *Eſdræ* viſionem de Luſitano fuiſſe Regno; ergo de eodem fuerat illa *Danielis.* Nec corruet probatio, ſi opponas, quartum illum, & tertium librum *Eſdræ* canonicos non eſſe; nam (in hac materiâ) eſt ſatis maximam habere authoritatem; quam eis non poteris negare, tam quia verſantur cum cæteris canonicis, & ab Eccleſiâ approbatis, quàm quia antiquiſſimi apparent allegati in libro Machabeorum, & à multis Patribus; item eventus, quos, ſecundùm illos, in ſequenti prophetiâ videbimus, eorum veritatem clarificant.

4 Interim in hac *Danielis* viſione circunſtantias noto quæ omnimodò Luſitaniæ conveniunt. Habetur in eâ: *Suſcitabit Deus Cœli Regnum*; Equidem cuncta Regna conſtituta ſunt à Deo; at quæ concurſu generali, vix ſolent denominari, à Deo conſtituta; ſic in eodem capite *Danielis*, cùm fit mentio aliorum Regnorum, hic eſt modus loquendi: *conſurget Regnum*, vel: *Regnum erit*, ut *n.*39, & 40; verùm: *ſuſcitabit Deus Regnum*, ſpecialiùs intelligitur

tur de Luſitano ſuſcitato ſpecialiter ab ipſo Deo in *Alphonſo* 1, ut vidimus *in* 2. *proœm.* §. 2. *n.* 5, ubi Chriſtus Dominus ore proprio dixit: *Ego enim ædificator, & diſſipator Imperiorum, & Regnorum ſum; volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire, &c.*

Non dicit: *conſtituet*, vel ſimiliter, ſed: *ſuſcitabit*; erat enim poteſtas jam conſtituta in *Henrico* patre *Alphonſi* 1, ut *d. proœm.* 2. §. 1; hanc Deus ſuſcitavit in Regiam, addens titulum Regis, ut ibidem: *Gentem tuam* (nota quod jam erat ſua) *invenies alacrem ad bellum, & fortem, petentemque ut ſub Regis nomine* (hoc ei deerat) *in hac pugnâ egrediaris: nec dubites, ſed quidquid petierint, liberè concede*; en ſuſcitat in Regem. 5

Non ſimpliciter ait: *Deus*, ſed: *Deus Cœli*; ad oſtendendum, Deum, in eâ apparitione, è Cœlo venturum, in Cœlo videndum, nec perventurum in terram; è Cœlo venit ad *Alphonſum*; eſt clarum; in Cœlo viſus eſt ab *Alphonſo*; ita ille teſtatur: *Vidique ſubitò à parte dextrâ orientem verſus, micantem radium*, &c; nec pervenit in terram; ſic enim teſtatur: *Erat autem crux miræ magnitudinis, & elevata à terrâ quaſi decem cubitos.* 6

Addit: *& Regnum ejus alteri populo non tradetur.* Multoties fuit occaſio tradendi Luſitanum Regnum alteri populo, nempe Caſtellano. Primò in matrimonio *Beatricis* filiæ unicæ Luſitani Regis *Ferdinandi* cum *Joanne* 1 Caſtellæ Rege. Secundò in ſponſaliis *Alphonſi* 5 Regis Luſitaniæ cum *Joannâ* filiâ hærede *Henrici* 4 Caſtellani Regis. Tertiò in nuptiis *Alphonſi* Luſitaniæ Principis filii *Joannis* 2 cum *Eliſabethâ* hærede Caſtellæ, filiâ Regum Catholicorum. Quartò in ſecundis nuptiis ejuſdem 7

Eliſabethæ

Eliſabethæ cum Rege Luſitano *Emanuele*, è quibus natus eſt *Michael* Princeps Regni utriuſque. Et tamen, cùm ad unionem aliorum Regnorum minores occaſiones fuerint ſatis, omnes relatæ, fortiſſimæ quidem, evanuerunt; quâ conſideratione, judiciosè concludit ante centum circitèr annos, *Garcia de Rezende* in celebri ſuâ Miſcellaniâ.

Portugueſes, Caſtellanos
Naõ os quer Deos juntos ver.

Hoc eſt: Deum nolle videre Luſitanos Caſtellanis unitos; dixiſſet à fortiori ſi vidiſſet quintam occaſionem ultimò habitam, ex quâ *Philippus* 2 occupavit Luſitaniam, quæ jam liberata eſt. Planè hæc omnia facta ut adimpleretur noſtra Prophetia: *& Regnum ejus alteri populo non tradetur*; cui conſonant verba Chriſti Domini ſupra relata *n.* 4, dicentis: *Volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire*; intelligendo: *in ſemine tuo*, id eſt: *in ſemine Luſitano*, non in eo quod degeneraret in alienum (juxta dicta *lib.*1. *c.*12. *n.*30, quam interpretationem confirmant eventus relati; & ex conſonantiâ utriuſque Scripturæ infertur etiam, illam *Danielis* loqui de Luſitano Regno, de quo loquitur hæc Chriſti Domini.

8 Concludit: *& ipſum ſtabit in æternum.* Eſt idem quod Dominus, loco citato, primo noſtro Regi dixit, (loquens de eo, ejus ſucceſſoribus, ac populo) *non recedet ab eis, neque à te unquam miſericordia mea.* Sed jam in ſequenti apparet clariùs de Luſitaniâ loqui illâ *Danielis* prophetiâ.

SECVNDA PROPHETIA.

9 Eſt *Eſdræ lib.*4. *cap* 11, & 12. (de cujus authoritate dixi *n.* 3.) Deſcripta *in cap.* 11, & *princ.* 12, eſt latiſſima;

ſolam tranſcribam, (commentando ſimul) interpretationem à Deo factam *eodem cap.*12. *ex n.*11. En illam.

Aquilam quam vidiſti aſcendentem ex mari, hoc eſt Regnū. Meritò Luſitaniæ Symbolum eſt *Aquila*; I. Quòd ſicut (apud Gentiles) Aquila ſpetialiter erat ales Summi Jovis; ita (apud Chriſtianos) Luſitania ſpetialiter eſt Regnum Summi Dei, qui (*d. proœm.*2. §.2. *n.*5.) primò Regi dixit: *Volo in te, & in ſemine tuo Imperium MIHI ſtabilire.* Quapropter proverbium: *Jupiter Aquilam elegit*, dictum ubi quis aſciſcit ſibi præclaros, ſuiſque rebus accommodatos, (ſecundùm Callepin. *verbo: Aquila*,) convenit Luſitanis propriè; ibidem enim dixit Deus: *Elegi eos in meſſores meos in terris longinquis.* II. Quod ſicut Aquila, ſola avium, Solem inconniventibus oculis poteſt aſpicere, (ſecundùm *Ariſtot. Plin*; & cæteros naturales,) ita Luſitani, ſoli Europæorum primi, Solem in Oriente potuerunt aſpicere corde intrepido. III. Quòd ſicut inter Aquilarum genera, (apud Plin. *lib.*10. *c.*3.) minima eſt fortior; ita, inter Regna, Luſitanum, non ex maioribus, eſt fortiſſimum.

Meritò quoque *præcedenti cap.*11. *n.*2, viderat *Eſdras* 10
quod *Aquila expandebat alas ſuas in omnem terram, & omnes venti Cœli inſuflabant in eam*; Regnum etenim Luſitanum in omnes terræ partes, & in omnes Cœli ventos juriſdictionem expandit, quod nulli alii monarchiæ convenit, ut demonſtravi *Proœm.*1. §.5. *à n.*2.

Quod inquit: *aſcendentem de mari*, propriè convenit 11
Luſitaniæ, tam quòd tota ferè mari abluatur; quàm quòd maxima ejus gloria, & potentia conſiſtat in maritimis.

Quod viſum eſt in viſione Danieli fratri ſuo. 12

Dixi

Dixi in prophetiâ præcedenti.

13 *Sed non eſt illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor.*

Videamus interpretationem:

14 *Ecce dies veniunt, & exurget Regnum ſuper terram; & erit timor acrior omniũ Regnorũ, quæ fuerunt ante eum.*

Hæc verba duo continent propria Luſitano Regno: unũ, (dum comparatur antiquioribus) modernum eſſe; ita conſtat, incepit enim in *Henrico* ann. Chriſti 1094, *ut d. proœm.* 2. §. 1. *n.* 5. Alterum, quod erit timor acerrimus; qui dubitaverit, hiſtorias legat.

15 *Regnabunt autem in eâ Reges duodecim.*

Loquitur primò de duodecim primis Regibus; qui fuerunt, *Comes Henricus*, *Alphonſus* 1, *Sanctius* 1, *Alphonſus* 2, *Sanctius* 2, *Alphonſus* 3, *Dionyſius*, *Alphonſus* 4, *Petrus*, *Ferdinandus*, *Joannes* 1, ac *Eduardus*.

16 *Unus poſt unum; nam ſecundus incipiet regnare.*

Quoniam impropriè Regem vocaverat *Henricum* (cui, licet aderat poteſtas, deficiebat titulus Regius, ut vidimus *proœm.* 2. §. 1.) declarat, quod, ex illis duodecim Regibus, regnabit *unus poſt unum; nam ſecundus incipiet regnare*, ſcilicet *Alphonſus* filius primi (*Henrici*,) in quo incepit Regis titulus, *ut d. proœm.* 2. §. 2. *n.* 5.

17 *Et ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim.*

Ita vidimus; hic enim *Alphonſus* 1, ſecundùm communem opinionem tenuit regimen per pluſquam 72 annos; vel, ſecundùm moderniorem, 57; ut retuli *d.* §. 2. *n.* 46; nullus autẽ è duodecim tenuit tanto tempore, ut ex hiſtoriis apparet; & nota ſic declarare quod dixerat *c.* 11. *n.* 17.

18 *Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti.*

Procedamus.

Et quam audiſti vocem, quæ locuta eſt, non de capitibus 19
ejus exeuntem, ſed de medio corporis ejus; hæc eſt interpretatio. Quoniam poſt tempus regni illius, naſcentur contentiones non modicæ, & periclitabitur ut cadat, & non cadet tunc, ſed iterùm conſtituetur in ſuum initium.

Sanè poſt tempus *regni illius* ultimi è duodecim, (ſcilicet *Eduardi,*) natæ ſunt *contentiones* (non vocat, bella, quia fuerunt civiles) inter filium ejus *Alphonſum* 5 Regem, ac *Petrum* ipſius *Alphonſi* patruum; & quidem *non modicæ*, ſiquidem pervenerunt ad magnum in *Alfarrobeira* prœlium; & *periclitatus eſt* ipſe *Eduardus* in ſemine ſuo, *ut caderet* à Regno; (quamvis enim *Petrus* fideliſſimus non adſpirabat ad illud, & pro ſolâ defenſione propriâ contra Regis adulatores pugnabat, tamẽ, ſi vinceret, aliquid fortè machinarentur adulatores qui etiã inſerviebant ei;) at *non cecidit tunc, ſed iterùm conſtitutus eſt in ſuũ initiũ,* decreverat enim Deus nullum futurum Regem illegitimum; ideò vox eadem de quâ hîc loquitur, *cap.*11.*n.*8. dixerat pennis, id eſt Regibus: *Nolite omnes ſimul vigilare* (hoc eſt regnare,) *dormite unuſquiſque in loco ſuo; & per tempus vigilate*; id eſt quando ex jure venerit tempus veſtrum regnandi. Et adverte quod hîc ait, hanc vocem, *non de capitibus ejus* (Aquilæ) *exeuntem, ſed de medio corporis ejus*; hoc eſt, de populis; capita nanque ſunt tres *Philippi*, ut dicemus *n.*29, & hi voluerunt regnare ſine jure, ac tempore.

Et quoniam vidiſti ſubalares octo cohærentes alis ejus, hæc 20
eſt interpretatio.

Videamus.

Exurgent in ipſo octo Reges. 2

In

In ipſo *Eduardo* ultimo è duodecim, octo exſurrexerunt Reges; ſcilicet, *Alphonſus* 5, *Joannes* 2, *Emanuel*, *Joannes* 3, *Sebaſtianus*, *Henricus Cardinalis*, *Joannes Bragantinus*, (*per uxorem Catharinam*,) *& Theodoſius filius eorum*; (videbis *n.*27. quomodo hos duos appellat Reges, quamvis Reges non fuerint facto, ſed jure tantũ,) ſpecificat autem hos octo inſurgere in *Eduardo*, quia, defuncto *Joanne* 2 ſine legitimâ prole, recurſum fuit iterùm ad *Eduardi* ſtipitem, ex quâ etiam *Emanuel*, ac cæteri proceſſerunt.

22 *Quorum erunt tempora levia, & anni citati.*

Hoc verificatum dupliciter. Imprimis, quòd illi duodecim regnaverunt per 344 annos, nempe ab ann. 1094, *ut ſup. n.*14, ad ann. 1438 quo obiit d. *Eduardus*, ſecundùm Mariſ. *dial.*4. *c.*5, & reliquos hiſtoricos; unde, (computando pro ratâ,) ut hi octo æquarent tempora illorum, deberent regnare per annos 230; at regnarunt per ſolos 192, nempe à d. anno 1438, uſque ad 1630, quo deceſſit d. *Theodoſius*, ut ſcribit *P. Gaſpar Pinto Correa in lacrym. Luſit. lib.*3, ac eſt notum; ergo, in comparationem prædeceſſorum, anni horum fuerunt citati ſpatio annorum 38, ſatis conſiderabili in brevi numero octo Regum. Deinde, in comparationem temporum illorum, ſanè graviſſimorum ob bella continua cum Sarracenis, & Caſtellanis, levia fuerunt tempora ſequentium octo Regum; jam enim non habebant in Luſitaniâ Sarracenos, nec adeò magna bella cum Caſtellanis; inceperuntque Africæ, Aſiæ, ac Americæ conquiſitiones ditiſſimæ, Regnum reddentes opulentiſſimum, quâ fœlicitate, citati currebant anni; nam, ut dixit *Lucianus*: Fœliciter agentibus omnis vita brevis eſt; ſed malè, una nox immenſum eſt tempus.

Et

Et duo quidem ex ipſis perient. 23
Primi ſcilicet, *Alphonſus* 5, & *Joannes* 2; quia non reliquerunt prolem hæredem regni, in quâ perpetuarentur.

Appropinquante autem tempore medio, quatuor ſervabuntur. 24
Scilicet *Emanuel*, *Joannes*, *Sebaſtianus*, & *Henricus*; de quibus *cap.* 11. *n.* 26, *&* 27, has poſuerat circunſtantias: *una erecta eſt, ſed ſtatim non comparuit*; loquens de *Emanuele*, cujus regnum, (quamvis annorum 26) breve dicitur, quoniam defecit cum Rex haberet ſolos 52 annos, & noviter uxorem duxiſſet; item quia victoriis glorioſum, & divitiis præ cunctis abundans, citiùs viſum eſt tranſire, juxta notata *n.* 22. *ad fin.* De *Joanne* 3, cùm regnaverit per 35 annos, non potuit exprimere regnaſſe parùm, quamvis fœliciter; ſed de aliis duobus ait: *velociùs quàm priores non comparuerunt*; nam *Sebaſtianus* deceſſit in floridâ ætate 24 annorum; *Henricus* regnavit tantummodo per annum, & dimidium.

In tempore. 25
Hoc eſt qui regnabunt *in tempore*, ſeu *in loco ſuo*, ut dixerat *cap.* 11. *n.* 24, quaſi dicat, *legitimè*, juxta ea quæ notavi *n.* 19; alii enim qui ſequuntur regnarunt extra tempus, locum, & jus.

Cùm incipiet appropinquare tempus ejus, ut finiatur. 26
Per introitum ſcilicet Regum Caſtellæ.

Duæ verò in finem ſervabuntur. 27
Nempe *D. Catharina*, & *Theodoſius* ejus filius. Vide circunſtantias quibus, *cap.* 11. *n.* 24, optimè noſcuntur: *Et ecce ſex pennaculis diviſæ ſunt duæ*, (à ſex Regibus *Catharina* & *Theodoſius* ſunt diviſi,) *&* *manſerunt ſub capite, quod eſt ad dexterã partem*, (id eſt ſubjecti uſque ad *Philippum* 4,

qui

qui eſt caput à dextrâ, ut probatur eodem *c.* 11. *n.* 35, dum ibi dicitur quod ſupervixit, & vide quod dicam *n.* 37.) *nam quatuor manſerunt in loco ſuo* (in jure ſuo regnandi, ut dixi *n.* 25; indicat ergo hos duos expulſos à ſuo loco, & jure, ut eſt verum;) & *n.* 28. proſequitur, quod hæc *duæ quæ ſuperaverant, apud ſemetipſas cogitabant & ipſæ regnare,* (non regnabant in effectu, ſed in mente propriâ; ſic *Catharina* gerebat in omnibus, ſic *Theodoſius* ſepultus eſt cum Regis inſignibus;) denique *n.* 31. addit: *& ecce converſum eſt caput cum his cum eo erant, & comedit duas ſubulares quæ cogitabant regnare.* (Ita quidem non unus tantùm *Philippus*, ſed tres ſimul, ſupervivente ultimo, comederunt *Catharinam*, & *Theodoſium.*) Non hæc poterat certiùs depingere.

28 *Et quoniam vidiſti tria capita quieſcentia; hæc eſt interpretatio.*

Audiamus.

29 *In noviſſimis ejus ſuſcitabit Altiſſimus tria regna, & revocabit in ea multa.*

Tres *Philippi* Caſtellani, ſecundus, tertius, & quartus.

30 *Et dominabuntur terram, & qui habitant in eâ.*

Non dicit *regnabunt*, ut utroque capite dixerat de aliis; ſed *dominabuntur*; quia, plerumque, *regnare*, eſt juſtè, *dominari*, injuſtè; ſic Cicer. 1. *de divin.* ait: *Quæ erat urbs in Theſſaliâ, tum ad modum nobilis, ab Alexandro tyranno, crudeli dominatu, tenebatur*; & probant plura loca; cum autem *cap.* 11. *n.* 34, dixit de duobus capitibus, quod *regnaverunt*, addit: *ſimiliter*, id eſt ſicut primum de quo *n.* 32. dixerat: *dominabatur*. Vlteriùs *Philippi* non regebant, unde dicitur, *regno*, ſed, confundendo, dominabantur.

Cum

Cum labore multo ſuper omnes qui fuerunt ante hos. 31

Hoc nemo negabit.

Propter hoc ipſi vocati ſunt capita Aquilæ, iſti enim erunt 32
qui recapitulabunt impietates ejus, & qui perficient novisſima ejus.

Hic habes rationem quare *Philippi* vocentur capita. At dum fit mentio de impietatibus *Aquilæ*, hoc eſt regni; neceſſe eſt quod fateamur illas; putant aliqui, ante introitum *Philipporum* jam fuiſſe in Luſitaniâ peccata, quæ tale ſupplicium ſunt emerita; quidquid de hoc, eſt certum tempore eorum, impietates indies iviſſe in augmentum; ut retuli *lib.*2.*cap.* 4, 5, 6, & 7.

Et quoniam vidiſti caput maius non apparens, hæc eſt in- 33
terpretatio ejus; quoniam unus ex eis ſuper lectum ſuum morietur, & tamen cum tormentis.

Caput maius fuit *Philippus* 2; qui *potentatum tenuit orbis terrarum ſuper omnes alas* (id eſt Reges) *quæ fuerunt*, ut dictum eſt *in cap.* 11. *n.*32, & ſuper lectum ſuum eſt mortuus, *& tamen cum tormentis* vermium, ut eſt notum.

Nam duo qui perſeveraverint, gladius eos comedet. 34

Vulgare eſt, in Scripturis, gladium non ſemper in ſtrictâ ſignificatione ſumi; notatur in Matth. *c.*10. *n.*34. ibi: *Non veni pacem mittere, ſed gladium*; iterùm Lucæ *cap.*2. *n.*35. ac paſſim alibi; videmuſque apud Matth. *c.*26. *n.*32, illud: *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt*, variis modis verificari. Similiter prophetia noſtra de qualibet violentiâ intelligitur; quod ipſa oſtendit non dicens: *gladius eos occidet*, vel: *interficiet*, ſed: *comedet*, quod eſt generalius.

Vnius enim gladius comedet qui cum eo eſt. 35

Hoc

Hoc non ſolùm probat ſuſpicionem, de quâ jam audivi, *Philippum* 3 veneno fuiſſe occiſum, ſed indicat etiam, hunc gladium, id eſt venenum, exiiſſe à *Philippo* 4; nequaquam putabo ab ipſo, (cum tunc vix attingeret pubertatem; imò, quamvis eſſet maior, repugnet ejus Chriſtianiſſima indoles;) ſed non difficiliter credam (ne deſit ſcriptura, in cæteris veriſſima ut apparet, Aulicos, qui poſtea ſe oſtenderunt peſſimi, ſub novo Rege gratiam, & potentiam ſperantes, acceleraſſe patris dies, ut ſæpe fit; quo reſpectu à filio in patrem gladius exivit.

36 *Sed tamen hic gladio in noviſſimis cadet.*

Non dicit: *morietur*, ſed, *cadet*; cecidit quidem à Regno *gladio*, hoc eſt non morte, ſed (quamvis juſtè) violenter; ut vidimus *lib.*3. *cap.*3, vel cecidit omnino *gladio* per bella narrata *eodem lib. cap.*9, quæ rem confirmarunt, ut ibidem *c.*10. *à princ.*

37 *Et quoniam vidiſti duas ſubalares trajicientes ſuper caput quod eſt in dexterâ parte; hæc eſt interpretatio; hi ſunt quos conſervavit Altiſſimus in finem ſuum.*

Jam *n.* 27. oſtendi eſſe *Catharinam*, & *Theodoſium*; at quæſo advertas modum loquendi; de his, *cap.*11. *n.*24, dixerat: *manſerunt ſub capite quod eſt ad dexteram partem*; id eſt manſerunt ſubjecti uſque ad *Philippum* 4, ut d. *n.*27; nunc ait: *trajicientes ſuper caput quod eſt in dexterâ parte*; id eſt trajicientes (per ſemen ſuum) ultrà *Philippum* 4; nam *ſuper* ibi cum caſu Accuſativo, ſignificat *ultra*, ut aliàs apud Virgil. *lib.*6. *ſuper Garamantas, & Indos proferet Imperium.*

38 *Hoc eſt Regnum exile, & turbationis plenum.*

Sanè regnum horum ita fuit exile, & turbationis plenum,

ut vix fuerit regnum, niſi in ſenſu quem notavimus *n.*27.

Sicut vidiſti & leonem, quem vidiſti de ſilvâ evigilan- 39
tem, & rugientem, &c.

Leo iſte eſt JOANNES hodie Rex; quem etiam leonem appellant *S. Thomas* in ſequenti prophetiâ *verſu* 11, & alii de quorum dictis agemus inferiùs. Evigilavit *de ſilvâ* ſuâ celebri quam vocant *Tapada* prope *Villavitioſam* ubi habitabat; declaraverat *in cap.*11. *n.*37 quod hic leo de ſilvâ exibat *concitatus*, non enim exivit niſi *concitatus* à nobilibus, ut narravi *lib.*3. *cap.*2.

Et loquentem ad Aquilam, & arguentem eam, & injuſti- 40
tias ipſius per omnes ſermones ejus, ſicut audiſti.

Leo plurimis Aquilam, hoc eſt Regnum, accuſaverat *cap.*11. *ex n.*38, & meritò; peccavit enim Luſitania in admittendis Caſtellanis; poſtea in tyrannide multâ, *ut lib.*2. *cap.* 4, & 5; adhuc tandem, poſt reſtitutionem legitimi Regis, protulit malevolos, quos fuit neceſſe condemnare, *ut lib.*3. *cap.*7. *ex n.*32.

Hic eſt ventus quem ſervavit Altiſſimus in finem ---- reſi- 41
duum populum meum liberabit, &c.

Equidem à Caſtellanis liberavit reſiduum Luſitanorum populum, qui eſt Dei, ut ipſe dixit *ſupra proœm.*2. §.2. *n.*5. ibi: *Imperiũ MIHI ſtabilire*; & iterũ: *elegi eos in meſſores MEOS.* Et eſt notabile quod textus *in cap.*11.*n.*44. narrando hanc libertatẽ, utitur verbo: *& reſpexit Altiſſimus*, quo Chriſtus Dominus per religioſum nuntium eandem libertatem promiſerat *citato n.*5. ibi: *reſpiciet, & videbit.*

Et jucundabit eos quoadusque veniat finis, dies judicii. 42

Hoc futuri, pertinet ad ſequens caput. Hic velim ſcias, quod

quod *in d. cap.* 11. *n.*45, Leo Aquilæ, (id eſt Regno) dixerat: *Non appareas tu Aquila*; unde *cap.* 12. *n.* 3. narrat quod *omne corpus Aquilæ incendebatur*; ex quo infero, Regnum quod adhuc fuerat, quaſi eſſe extinctum, &, in reſiduo populo liberato, novum incepiſſe cum Rege novo; quod & oſtendit ſequens prophetia *verſ.*14. utens verbo, *renovatum*, ut videbimus *n.*43. *ad fin*; hoc igitur novum eſt modò in infantiâ.

42 Hæc nova ex Marte meo interpretatio ad hanc prophetiam. Vidi explicationes aliorum, eam quoque Luſitaniæ accommodantes; ſed quia in totum non potuerunt, accomodare, in multis deficiunt, appellantes futurum quod eis non conſonat. Inveni autē verum, ut exiſtimo, ita & viſionis, & declarationis verba omnia oſtendens verificata ad unguem, ut confidenter me exponam cujuſcunque judicio.

TERTIA PROPHETIA.

43 In principio conquiſitionis Indiæ Orientalis per Luſitanos, invento ſepulchro Apoſtoli S. *Thomæ* incivitate *Meliapor*, apparuerunt prophetiæ variæ ejuſdem Sancti circa Luſitanos inſtauraturos in eis partibus religionem Chriſtianam; narrant *Barros dec.* 3. *Aſiæ lib.* 2. *cap.* 1. & *lib.* 7. *cap.* 11. *Lucena in vitâ S. Franc. Xaver. lib.* 1. *cap.* 13. *Maſſeus lib.* 2. *hiſt. Ind.* Inter alias, prope altare ejuſdem Sancti, inventa illa, quam *Blaſius Falcaõ* ex oppido illuſtri *Santarem*, pro ſolatio (ut ait) poſteritatis, tranſcripſit ad finem teſtamenti adhuc ſervati, quod in ipſâ Indiâ condidit & authenticé approbavit anno domini 1515, & apud plures apparet à multis annis, in hunc modum:

1 *Regnabit Rex in pubertate ſuâ,*

 Seba-

Sebaſtianus qui cepit regimen in die ſuæ pubertatis.

Et viduabitur Regnum cum Lachrymis.

In Lachrymoſâ clade Africanâ; *Henricus* enim inhabilis ad procreandum, imó ad vivendum, erat quaſi non eſſet, *ut notatur in cap.* 1. *de præſcript. cum textibus ſimilibus.*

2 *Introducetur Prudentia cum rigore,*

Philippus cognominatus *Prudens,* non ſucceſſit jure, ſed introductus eſt cum rigore armorum; ut vidimus *lib.* 2.*cap.*1.

Et devaſtabit reliquias confitentium.

Devaſtavit reliquias confitentium patriam, ut dixi *d. lib. cap.* 2. *n.* 13.

3 *Tunc adjunget Regnum Regnis,*

Regnum Luſitanum, Regnis quœ poſſidebat.

Et vivens, vermibus ſcaturiet.

Ita eſt mortuus ex vermium morſu, quaſi in ſupplicium; ut notavi *d. n.* 13. *in fine.*

4 *Egredietur alter in tertium*

Philippus tertius ejus filius, & ſucceſſor.

Et obmuteſcet in eo prudentiâ ſecundi.

Sic novimus.

5 *Triumphabit in Regno alieno,*

Anno 1619 die 29 Junij fuit exceptus Vlyſſipone cum admirabili triumpho, quem maiores Romæ nunquam æquarunt, ut videre eſt apud Joann. Baptiſtam Lavanha ejus chroniſtam *in tractatu integro quem de hoc ſcripſit*; deſcribitur etiam in fine libri elegantiſſimæ tragicomediæ conquiſitionis Indiæ quam tunc compoſuit amitinus meus in ſignis *P. Antonius de Souſa* é ſocietate JESVS, & eidem Regi repræſentarunt ſcholares generalium ſtudiorum apparatu magnifico.

Et

Et non congratulabitur illi.

Nec minimam gratiam egit.

6 *Dormiet in pace Rex dormiens,*

Id eſt Rex non prudens, ut dixerat *vers.* 4.

Et cadent ſtellæ ejus.

Qui obtinebant ejus gratiam, dux *Vzedæ*, confeſſarius, & alii ceciderũt eo mortuo.

7 *Pullulabit virga in ſceptrum,*

Philippus 4 pullulavit ex radice patris in ſceptrũ, cum potius eſſet virga ad verberandum.

Repullulabunt ſeditiones in populis.

Seditiones quæ pullulaverant per obitum Regis *Henrici* circa ſucceſſionem coronæ, repullularunt, ut vidimus, anno 1637. in populis *Tranſ-Taganis*, ac aliis Regni, qui, occaſione tributorum, & verberorũ, volebant excludere *Philippum.* 4.

(Deeſt hîc verſus 8, qui non potuit legi ob vetuſtiſſimam plicaturam papyri.)

9 *Scindetur virga in bracchio ſuo,*

Dum verberaret ſciſa eſt virga, id eſt potentia, in bracchio ſuo; eum enim Luſitani excluſerunt.

Et exultabunt pauperes Letitiâ.

Quoniam evaſerunt à tributorum onere; item quoniam meritis apertus eſt locus, qui antea ſolis patebat divitiis, dum cuncta erant venalia; ut retuli *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 6.

10 *Dicent divites: nos inſenſati,*

Vel quia non agebant niſi de pecuniis, vel (& hoc certiùs) qnia Caſtellano regimine contenti, irridebant pauperes, & afflictos, qui hac, & aliis prophetiis confiſi expectabant Luſitanum Regem.

Et

Et fatui prudentibus derridebunt.

Hi pauperes, ob ſpem in prophetiis reputati fatui à prudentioribus, jam, ob complementum illarum, his derrident. Vel, qui fatui reputabantur quoniam reſtitutionem *Brgantinorum* Principum tentarunt, jam, opere confirmato, prudentibus derrident.

11 *Tunc aſcendet in Heſperiâ Leo,*

Hic eſt JOANNES, quem etiam leonem appellavit prophetia *Eſdræ* ſupra *n.* 39.

Et dividetur Regnum à Regnis.

Luſitaniæ Regnum, à cæteris Regis Caſtellæ.

12 *Prævalebit Luſitania gentibus,*

Jam exprimit, de Luſitaniâ ſe loqui; & quidem gentibus prævalet, in quocunque ſenſu accipias verbum, *prævaleo.*

Et Læta acquieſcet Regi ſuo.

Profectò acquieſcit læta, ex conſideratis *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 17; & nota ibi *Regi ſuo,* quomodo JOANNEM vocat proprium Luſitaniæ Regem, hoc eſt, legitimum.

13 *Congratulabuntur illi Reges multi;*

Vidimus congratulationes eorum, *lib.*3. *cap.*10, *à n.*6.

Et divitiis luxuriabit.

Jam abundat Regnum noſtrum; &, Deo propitio, ſperamus quod divitiis indies maioribus luxuriabit, id eſt, ſuperabundabit cum temperantiâ, & omni virtute.

14 *Repullulabit ſceptrum renovatum,*

Antiquum ſceptrum renovatum (vide ſupra *n.*41,) & pullulatum in JOANNE IV à radice Regiæ arboris Luſitanæ, jam repullulavit in Auguſtiſſimo Principe *Theodoſio,* cæterâque prole ejuſdem JOANNIS, de quâ *lib.*3. *c.*10. *n.*19.

Et

Et non auferetur unquam ab eo.

Hoc de futuro pertinet ad caput ſequens. Tranſeamus ad aliam prophetiam; jam ad oculum demonſtrato, hanc noſtros eventus prænuntiaſſe.

QVARTA PROPHETIA.

44 Hæc eſt *Chriſti* Domini, quæ verè non prophetia, ſed promiſſio Dei apparet; latiſſimè eam retuli *proœm.* 2. §. 2. *à n.* 5. Non eſt neceſſe ponderare reliqua ibi contenta de fundatione Regni, deque fide Chriſtianâ à Luſitanis progandâ in terris loginquis; illa enim ad impleta ſatis notoriè. Huc pertinet declarare verba Nuntii qui venit ante Deum *d. n.* 5. & *Alphonſo* loquutus eſt ſic:

Dilectus es Domino: poſuit enim ſuper te, & ſuper ſemen tuum poſt te, oculos miſericordiæ ſuæ uſque in ſextam decimam generationem, in quâ attenuabitur proles: ſed in ipſâ attenuatâ ipſe reſpiciet, & videbit.

Pro quo (cum elegantiſſimo *P. Franciſco de Macedo in fin. tranſlat. de jure ſucced. in Regn. Luſit. corollar.* 7. omiſſis aliis interpretationibus) advertendũ, miſericordiam de quâ loquitur eſſe circa tuendum Regnum quod Deus fundabat, Coronâque ſervandâ in Luſitanis Regibus; nam totum ibi erat negotium de Regno conſtituendo, ut patet ex verbis *Chriſti* Domini paulò inferiùs. Inquit ergo, quod, per miſericordiam Domini, Regnum conſervabitur in *Alphonſo*, & in ſemine ejus poſt eum uſque in ſextam decimam generationem, (non dicit gradum,) id eſt, poſt *Alphonſum*, ſexdecim ejus deſcendentes (in quibus totidem fuerunt generationes) ſucceſſivè erunt Reges. Ita fuit, & ecce illi:

1 *Sanctius* 1,	7 *Petrus*,	13 *Emanuel*,
2 *Alphonſus* 2,	8 *Ferdinandus*,	14 *Joannes* 3,
3 *Sanctius* 2,	9 *Joannes* 1,	15 *Sebaſtianus*,
4 *Alphonſus* 3,	10 *Eduardus*,	16 *Henricus*.
5 *Dionyſius*,	11 *Alphonſus* 5,	
6 *Alphonſus* 4,	12 *Joannes* 2,	

In *Henrico* (ſexto decimo Rege, & ſextâ decimâ generatione poſt *Alphonſum*,) defunсto ſine liberis, & ſine fratribus, non defecit omninò proles ipſius *Alphonſi*, & aliorum Luſitaniæ Regum, cùm in *Bragantinâ* Domo conſervaretur; ſed (ut prophetia prædixit) attenuata eſt; & quidem dupliciter: tam quod, deficiente maſculo, ad fœminam *Catharinam* devoluta eſt ſucceſſio; quàm quòd ipſa fœmina jus tantùm retinuit nimis attenuatum occupato Regno à Caſtellano *Philippo*; unde non erat Regina niſi in mente ſuâ, ut & dixerat prophetia *Eſdræ* ſupra *n*.27. 45

*Verbo, reſpicio, utitur etiam prophetia Eſdræ ut ſup. n.*41.

Stante ita attenuatâ prole per ſexaginta annos, Dominus (ut promiſerat) *reſpexit*, (nota verbum aſpiciendi retrorſum,) *& vidit* ex verâ ſuccedente prole veniſſe JOANNEM IV; & quia reſpectio Domini eſt remedium promptiſſimum, ut ſenſit *Petrus* Apoſtolus, cùm eum negantem *Dominus reſpexit* apud Lucam *cap*.22. *n*.61. JOANNES fuit reſtitutus, & ſic proles quæ dupliciter attenuata erat, ut diximus, dupliciter fuit inſtaurata, tam in poſſeſſione regni ex jure fœminæ, quàm in maſculinitate; deſcendit enim Rex noſter per lineam virilem, ex dicto *Alphonſo*, cæteriſque noſtris Regibus uſque ad *Joannem* 1, ut jam dixi *lib*.3. *cap*.10. *n*.17. 46

Hoc reſpiciendi, & videndi tempus jam adventare, prænuntiaverat Dominus paulò antea miraculo inſigni. 47

Die

Die Veneris 8 Februarii, anni 1636, in civitate *Goa* Luſitanorum metropoli Indiæ Orientalis, in monaſterio Sanctæ *Monicæ* monialium ordinis magni *Auguſtini*, imago magna Crucifixi quæ erat in choro cum vultu ad moniales, & dorſo ad Eccleſiam, multis aſpicientibus monialibus quæ orabant, circa horam poſt meridiem octavam, cæpit movere oculos; ad voces iſtarum cucurrerunt reliquæ, & viderunt Dominum clementiſſimè intuentem; venit Confeſſarius, & prudenter examinans veritatem, idem invenit; ac ulteriùs cernentibus ipſis, manavit ſanguis ex ſacris vulneribus, aperuit Crucifixus os, ſubmiſsâ voce loquens, & crux quaſi vi commota eſt. Hoc, maximo gentium concurſu, continuavit diebus ſequentibus; & die Martis horâ undecimâ, cùm Eccleſia vix caperet multitudinem, Dominus (ò rem mirandam!) converſus ad populum reſpexit oculis vivis, & apertis. Clamor implorantium miſericordiam vocavit, è monaſterio parùm diſtanti, ejuſdem ordinis Religioſos, qui in eodem ſtatu eum invenerunt. Tunc venit Reverendiſſimus Epiſcopus *Cochinii, D. Fr. Michael Rangel* gubernator Archiepiſcopatus, ac cum eo Apoſtolici Inquiſitores, & idem viderunt. Duravit ſpectaculum uſque ad aliam Veneris diem; eádem horâ quâ ante dies octo inceperat, idem Reverend. Epiſcopus, comitatus Parocho illius loci, uno Canonico Sedis, Vicario Generali Archiepiſcopatus, Notario publico, & aliquibus Religioſis, ivit iterùm ad authenticandum miraculum; cúmque accederent, & fidem facerent, juſſu ejus, cantarunt moniales hymnum paſſionis, *Tenebræ factæ ſunt*, & cum perveniſſent ad verba: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Dominus ita oculos ape-

ruit, & ita efficaciter aſpexit, ut omnes reliquerit quaſi attonitos præ timore. Tandem ceſſavit motus, & Crucifixus, cujus vultus non apparebat ex Eccleſiâ, remanſit inclinatus ad partem dextram, ſic converſus, ut ex choro, & Eccleſiâ æqualiter videatur ; quod ut fieret, cruce ſic ut antea manente, ſeparavit ab eâ corpus, & genua extendit plicando mirabiliter pedum clavum. Cúmque antea vix haberet oculorum ſignum (in quo ſculptor defecerat,) manſit cum oculis perfectiſſimis qui videntur naturales.

Miraculum hoc, confundens etiam hæreticos ſanctas 48
imagines contemnentes, utpote viſum clariſſimè per octo dies continuos ab omni populo, Eccleſiaſticis, ac Sæcularibus civitatis inſignis, impreſſumque ſuperiorum authoritate, fuit principium illius reſpectionis promiſſæ Regi *Alphonſo* 1 ; quod ſuadetur ex circunſtantiis. I. Quod promiſſio fuit: *reſpiciet* ; & Sancta illa imago *reſpexit*, ut narravi. II. Vt *Chriſtus* tunc allocutus eſt *Alphonſum* crucifixus ; ita fecit miraculum crucifixus. III. Vt tunc apparuit *à parte dextrâ* (prout vidimus *in* 2. *procem.* §. 2. *n.* 5 ;) ſic modò inclinatus ad dextram reſpexit, & remanſit. IV. Vt tunc apparuit *Orientem verſus*, (ſicut ibidem refertur,) ita in ipſo Oriente, præſens fecit miraculum. Confirmatur valdè notabili eventu, quod, inter cæteros, Pro-Rex Indiæ *Petrus da Silva* equidem religioſus vir, concurrens, nil vidit, quoniam Dominus eo præſente nullam fecit mutationem ; quaſi ad ſolos reſpiceret Luſitanos, non ad Regem Caſtellanum repræſentatum in ſuo Pro-Rege.

QVINTA

QVINTA PROPHETIA.

Cùm primus Luſitaniæ Rex *Alphonſus* fortiſſimum
49 oppidum *Santarem* cepiſſit à ſarracenis, fecit *Ciſtercienſi* ordini magnificam donationem, (quam ante conquiſitionem voverat) terrarum *Alcobacæ* pro fundando monaſterio. In gratiarum actionem Sanctitiſſimus *Bernardus* Abbas *Claravallenſis*, (cujus cum Deo familiaritas, revelationes, & prophetiæ, notoriæ ſunt *apud librum, faſciculus temporum, Cardin. Belarm. de not. eccleſ. lib.* 13. *cap.* 14. *genebrard. lib.* 6. *chronol; fr. Athan. de Lobera in vitâ S. Froilani cap.* 16. *Britt. in chron. Ciſterc. lib.* 1. *cap.* 17, *lib.* 3. *cap.* 5. *& paſſim alibi,*) eidem Regi ſcripſit epiſtolam quam legimus apud Brittum *ind. chron. Ciſterc. lib.* 3. *cap.* 20, & in fine illius ſic ait:

> *In cujus* (monaſterii) *duratione, & integritate indelebile habebitis elogium Regni veſtri, & in diviſione redituum, dividetur à vobis corona veſtra.*

Ita evenit; dum nanque magni reditus illius monaſterii integrè ſunt ſervati, ſervatum eſt Regnum in Luſitanis Regibus, contra plures occaſiones ſupra notatas *n.*7. At tempore Cardinalis Regis *Henrici* diviſi ſunt reditus inter Abbatem conventualem, cum monachis, ac Abbatem commendatarium, conſenſu ejuſdem Regis tanquam patroni ex fundatione, & authoritate ſummi Pontificis *Gregorii* 13, ut eſt notum, & latiùs narrant *Doctor fr. Franc. Brandão* monachus ejuſdem ordinis, in eleganti diſcurſu gratulatorio jam alibi citato *p. ult. pag. mihi* 109, & liber cui titulus, *Reſtauratio Portugalliæ prodigioſa. Per D. Gregorium de Almeyda Vlyſſipponenſem*, cujus ego Authorem

eruditiſſimum noſco, *p.* 1. *c.* 14 ; & ſtatim ante annum (in
complementum Prophetiæ S. *Bernardi*) defuncto ipſo
Henrico, diviſa fuit corona à Luſitanis Regibus, occupa-
taque à *Philippo* Ceſtellano. Jam verò, abolitâ commendâ,
monaſterium reſtitutum eſt ad reditus integros ; ideo in
Luſitano Rege corona conſervatur ; ſed de hoc agemus in
ſequenti capite.

Scio quoſdam pro prophetiâ allegare aliam S. *Bernardi* 50
epiſtolam, in quâ ex parte Dei promittit eidem *Alphonſo*
quod Regno noſtro nunquam deficient Luſitani Reges,
niſi per tempus aliquot, in ſupplicium. Verumtamen
quia tempus datæ epiſtolæ ann. 1136, eſt diſſonum ab hiſto-
riis, (ſecundùm quas deberet eſſe an. 1147. quo facta fuit
donatio *Alcobacæ*, dequâ agit;) quoniam item tranſcrip-
tiones ſunt diverſæ in annis ſupplicii ; & denique uſque ad-
huc non fuit impreſſa, quamvis ab aliquibus habita in ve-
neratione ; omitto illam ; de his tantùm argumentans,
quæ poſſint convincere etiam ſcrupuloſos.

SEXTA PROPHETIA.

Seraphicus Pater S. *Franciſcus* in Luſitaniæ illuſtri op- 51
pido *Guimarães* dixit Reginæ *Urracæ* uxori Regis *Al-
phonſi* 2, Regnum Luſitaniæ nunquam fore uniendum
Regno *Caſtellæ*. Ita referunt *Epiſcopus Portuenſis Fr.
Marcus in chron. antiquâ fratrum minorum. p.* 1. *cap.* 45. *Fr.
Joannes Bapt. de Moles Caſtellanus in tract, de Prophet ; &
mirac. S. Franciſci cap.* 6. *Fr. Lucas Wandingus Ibernus in
hiſt. ejuſdem ordin. tom.* 1. *an. chr.* 1214, *& ordin.* 17. Fa-
tentur *Ludovic. Alcas. in Apoc. not.* 22 ; *& Villegas in
flore ſanct. feſt. de concept. B. Virgin*; hi tamen duo aiunt,

Sera-

Seraphicum Patrem hoc dixiſſe ſimpliciter ex ſe, abſque ſuperiori ſpiritu; in quo dum, Caſtellani, diſſimulant gloriam Luſitanorum, temerarii negant circunſpectionem prudentiſſimi viri, qui nunquam leviter, ſemper conſideratè loquebatur, multòque magis cum tantâ Reginâ. Quare, citati *Fr. Joan. & Fr. Lucas*, ut virificaretur prophetia etiam præteritis annis quibus Luſitania obediebat Regi Caſtellæ, inquiebant ſatis eſſe, quod gubernaretur tanquam ſeparata corona cum propriis honoribus, ac legibus. Iſta verò interpretatio mihi diſplicet; quoniam ſanctitiſſimus Patriarcha in eâ prophetiâ voluit Reginam lætificare prænuntians Luſitaniæ gloriam ſemper integram; hæc autem deficiebat ſub Regis extranei obedientiâ, quamvis in coronâ ſeparatâ.

52 Dico igitur, huic caſui modo aliquo poſſe applicari tx. *in l. quidquid in calore 48. ff. de reg. jur*, ibi: *breviter reverſa uxor divertiſſe non videtur*; unde dicitur quod tranſiit breviter, intelligi nunquam fuiſſe; & fuit ſatis brevis noſtra ſervitus, reſpectu habito ad plurium annorũ moras, quibus Regnorum mutationes ſolent fieri; item reſpectu ad longam ſeriem Regum noſtrorum jam præteritorum, & nunc (Deo auſpice) incipientium quaſi denuò. Pro quo, liber jam citatus, *Reſtauratio Portugaliæ p. 1. c. 11*, optimè adducit exemplum benedictionis propheticæ *Jacob* ad filium ſuum *Judam*, quæ *gen. c. 49. n. 10*, inter alia ſic habuit: *Non auferetur ſceptrum de Judâ, & dux defemore ejus, donec veniat qui mittendus eſt* hoc eſt, *Meſſias*, ſecundùm Caldæum; & tamen tempore Regum *Joakim* patris, & filii, potius dominabatur *Nabuchodonozor* Babylonis Rex, *ut Reg. 4. c. 24*; gubernarunt item *Machabei* de

tribu

tribu *Levi*; & tandem per 35 annos regnavit *Herodes* gentilis *ut ſup. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 4.; at non ideo prophetia defecit; quoniam *tam parvum intervallum* 35 *annorum in tantâ ſerie temporum, hîc pro nihilo reputatur.* inquit doctiſſimus Cornel. à Lapide *in comment. ad d. cap.* 49, *genes.* Similiter Luſitani Reges interrupti tantummodo, at jam reſtituti, ut impleatur prophetia.

SEPTIMA PROPHETIA.

Sanctus Fr *Ægidius* Luſitanus è clariſſimo ordine Præ- 53
dicatorum S. *Dominici*, inſignis miraculis, ac prophetiis, ad cœlum migratus in *Santaranenſi* oppido an. 1275, inter alias, hanc reliquit à multis tranſcriptam cum magnâ veneratione:

Luſitania, ſanguine orbata Regio, diu ingemiſcet, multipliciter patietur; ſed propitius ſit tibi Deus: ſalus è longinquo veniet, & inſperatè ab inſperato redimeris.

Fuit equidem Luſitania *ſanguine orbata Regio* in effectu, qui enim erat verè Regius aberat à ſceptro; *diu ingemuit*, nam 60 anni *diu* eſt; quin imo ingemiſcentibus, parùm temporis longiſſimum eſt; *multipliciter fuit paſſa*, ut vidimus *per totum lib.* 2. *maximè ex cap.* 3; Sed omnes vident quod *propitius fuit illi Deus* in libertate obtentâ mirabiliter. *Salus à longinquo venit*, nam venit à Caſtellanis, qui cùm longè eſſent à procurandâ libertate noſtrâ, volentes opprimere, nos incitarunt ad jugum dejiciendum; venit à *Cataloniâ* longinquâ, cujus bellum nobis occaſionem dedit; venit à JOANNE, non filio, non fratre ultimi Regis, ſed conſanguineo in gradu longiori; à JOANNE qui jam in cõmuni opinione longinquus erat à ſceptro, & vix

aliquis

aliquis ſperabat eum videre Regem; ideo ſubdit: *inſperatè ab inſperato redimeris.*

OCTAVA PROPHETIA.

54 Traditio eſt conſtans *Chriſtum* dominum loquutum Sanctiſſimæ *Elizabethæ* Reginæ Luſitaniæ, confirmaſſe, & denuo ei promiſiſſe, quod promiſerat primo Regi *Alphonſo*, de quo jam ſupra à n. 44. in 4. prophetiâ.

NONVM NOTABILE.

55 Donum prophetiæ, ſtare poſſe abſque morum ſanctitate, docent communiter Theologi; & probant exempla *Sybilarum, Balam, & Caiphæ* ſatis notoria. tamen ſolas præcedentes vocavi prophetias, quia Sanctorum quos Eccleſia novit; & in illis etiam, ſi terminos canonicarum Sanctionũ fortè præterii, volo intelligantur, prophetiæ, aut miracula, non propriè, ſed ſecundùm loquendi modum vulgarem. Sequentia voco notabilia, ut ab ſcrupulis recedamus.

56 Regnante in Luſitaniâ *Joanne* 3. an. dom. 1550, in nobili oppido *Trancoſo* deceſſit celeber *Gondiçalus Anes Bandarra* qui decantatos à multis annis reliquit verſus de Luſitanis eventibus, quorum, ultra noſtros, meminit *D. Joannes de Horoſco* Caſtellanus *in tract. de verâ, & falſâ prophet. cap.* 24; poſt multa de ſervitute noſtrâ, ita de libertate prædixit, rudi verſu Luſitano, quem donamus latinitate ineleganti, ut tranſlatio propior ſit;

Jam tempus deſideratum pervenit, ut computum concludit.
Jam ceſſarunt quadraginta anni (id eſt venit finis anni 1640. ut ſup. lib. 3. c. 3. n. 2.) *qui memorantur à quodam docto jam præterito* (hunc non verè noſco.) *Rex*

novus

novus eſt elevatus; jam clamat; jam apparet ejus vexillum adverſus gryphem (domum Auſtriacam, quæ, ut gryphus, componitur ex leonibus Caſtellæ, & Aquilis Germaniæ) *in pariendo fœcundum.* (hoc dicit quia hac fœcunditate acquiſivit tot ſtatus, unde diſthicon:

Bella gerant alii; tu, fælix Auſtria, nube;
Quæ Mavors aliis, dat tibi Regna Venus.

Exeat, exeat hic fortunatus Infans (titulus eſt filiorum Regum, & aliquando magnorum Principum Hiſpaniarum.) *Ejus nomen eſt D. Joannes. Auferat, & portet ſignum, ac vexillum, potens, & triumphans. Venient ad eum nuntia priùs ex illis terris magni æſtimatis, quæ declararunt, & affirmarunt habere eum deinceps in Regem.* (hoc ſanè habuit nuntium priuſquàm è Villavitiosâ exiret, *ut lib.* 3. *cap.* 3. *n,* 22, & 32.) Addit: *Iſte Rex habet fratrem bonum ducem.* (Eduardum, *ut lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 10.) Poſt annum 1640 acclamationis Regis, proſequitur: *In uno trium qui immediatè ſequuntur demonſtratur magnum periculum.* (conjurationis an. 1641. quam narravi d. c. 7. n. 33.) *Erit flagellum, & ſupplicium in gente quam non nomino* (vidimus ibidem n. 43.)

Proſequitur incitans ad bellum, inquo noſtris fælicitatem prænuntiat. Certè non poſſet clariùs loqui; quare an. 1641. *D. Alvarus D. Abranches* provinciæ *Beiræ* generalis, hujus viri humile ſepulchrum in portico Eccleſiæ S. *Petri* d. oppidi *Trancoſo,* elevavit honorificè nobili epitaphio; & Rex poſtea, capellâ boni reditu ejus donavit nepotem; ac meritò; nam ſi *Nabuchodonozor* & *Cyrus* remunerarunt *Hierimiam*

erimiam & *Iſayam* quòd pro eis prophetaverint; & magnus *Alexander*, in gratiam *Danielis* prophetiſantis victorias ejus, adoravit *Jaddum* ſummum Pontificem *Hyeroſolimæ*; à fortiori Chriſtianiſſimus Princeps Alexandro maior generoſam gratificationem debebat oſtendere.

DECIMVM NOTABILE.

57 Relgioſiſſima Princeps *D. Maria* filia inclyti Regis *Emanuelis*, quæ obiit innupta regnante *Sebaſtiano*, inter multas pauperum petitiones ei præſentári ſolitas, invenit chartam ſine Authore, dicentem:

Venit tempus quo Regnum hoc videbitur in ſtatu miſerabiliori qui poteſt cogitari; amiſſo Rege, Principibus, & Magnatibus; tradeturque Regi extraneo à quo Luſitani vexabuntur, & contemnentur ab aliis nationibus. Poſt hoc, reſpiciet Deus oculis miſericordiæ, ei dando Regem, Principes & Magnates, cum tot augmentis, ut ei invideant cæteræ nationes, unoquoque extraneorum deſiderante fieri Luſitanum.

Cecidit illa præ dolore cùm legit; venit cubicularia maior *D. Conſtantia*, & tunc occultata fuit charta, nota poſtea plurimis perſonis, quæ hoc cum juramento affirmant *in d. lib. Reſtauratio Portugal. cap.* 26. Hoc, de ruinâ, & reſpectione miſericordi, prædixerat Dei nuntius primo Regi, *ſupra in prophet.* 4. *n.* 44; tempore verò adventante voluit Deus certiorem facere illam Principem, quæ ob notorias, & nunquam ſatis laudatas virtutes, erat certè vera ancilla ſua, ac ideo ipſe quaſi non poterat ei celare quæ geſturus erat, ut *gen.* 18. *n.* 17 dixerat: *Num celare potero Abraham* (*ſervo meo*, addunt 70 Interpretes) *quæ geſturus ſum?*

VNDECIMVM NOTABILE.

Deum multa, aliis abſcondita, parvulis revelare, teſta- 58
tur *Chriſtus* Dominus *Matth.*11. *n.*25, *&* *Luc.*10. *n.*21; ideò non veremur in medium proferre ſcripta *Simonis Gomes*, quamvis ſutoris; præcipuè cùm virtutibus ita claruerit, ut communiter nominetur, *Sutor ſanctus*; quâpropter Rex *Sebaſtianus* publicis eum cumulabat honoribus, & non ſemel vocavit ad conſilium ſtatus; ut narrat *P. Emanuel da Veiga* è Societate *Jeſus*, in libro quem edidit, de ejus vitâ, anno 1625 magno applauſu.

Defunctus eſt anno 1576, per biennium ante Africa- 59
nam expeditionem; & multò antea, eam, ejuſque infœlicem eventum plurimis prænuntiaverat clariſſimè, item introitum Regum Caſtellanorum, ut refert prædictus Author *lib.*1. *c.*25; qui, quoniam ſub Rege Caſtellæ imprimebat, tacuit quod in multis manuſcriptis habebatur, eundem dixiſſe ſæpius, ſe videre in arcibus Luſitaniæ Aquilas Gryphos (id eſt Caſtellanorum arma, ut explicavi ſup. *n.*56. in notabili 9,) quæ poſtea excludebantur à ſerpente, (id eſt armis Luſitanorum, ut videbimus infra *c.*3;) extatque epiſtola P. *Ferdinandi Guerreiro*, è Societate *Jeſus*, ejus Confeſſarii, in quâ, pro ſolatio afflictorum, reliquit ſcriptum, *Simonem Gomes* ei declaraſſe modum reſtitutionis noſtræ, quem tacebat ex juſtâ causâ, (ne ſcilicet oppoſitis impedimentis redderetur difficilior;) ita affirmat d. Author *Reſtaurat. Portug. cap.*19. *in fine*.

DVO-

DVODECIMVM NOTABILE
Quatuor complectens.

60 Huc uſque de prædicentibus ruinam, & reſtitutionem Luſitaniæ; nunc de his qui poſt ruinam prænuntiarunt reſtitutionem. At deinceps, brevitatis causâ, ſummatim dicam; & imprimis de ſcriptis.

61 Quia ex ore inimici maior gloria, locum do primum Caſtellano Heremitæ celebris Sanctuarii *Monſerrate* prope *Barcionam*; ſecundum, verſibus tranſcriptis an. 1596 à religioſiſſimo *P. Fr. Joanne Madeira* è Prædicatorum ordine, *in libro quem ſcripſit de vitis Regum Luſit. ad finem vitæ Joannis* 1, *qui extat non mandatus typis*; tertium fœminæ morum probitate conſpicuæ, defunctæ ann. 1639 in Luſitaniæ inſigni civitate *Ebora*; qui omnes & poſterior clariùs, noſtram libertatem prædixerunt in JOANNE Rege; ut latè refert curioſus ille Author *Reſtaur. Portug. p.* 1. *c.* 21, 40, *&* 28; at circa religioſam illam fœminam, addo, quod cùm anno 1628 in *Matritienſi* curiâ Regis Caſtellæ, clariſſimus Princeps *Eduardus* patruus JOANNIS Regis, reliquiſſet executorem ſui teſtamenti, & interpretem dubiæ voluntatis domin. *Gondiçalum de Souſa de Macedo* patrem meum, & ſpetialiter ei commendaſſet curã de ſecretis ſcriptis (adeò eum honorabat;) ipſe vidi epiſtolas multas prædictæ fœminæ, quas, licet aliquantulùm obſcurè loquentes, bene cognovi agere de Coronâ reſtituendâ Domui *Bragantiæ*; ne verò, fortè publicatæ, ſuſpicionem aliquam in Rege Caſtellano gignerent, celatæ, ac ruptæ fuerunt, interventione *Antonii Paes Viegas*, de quo Princeps ille maximè confidebat, & qui po-

ſtea intimus fuit Secretarius *Bragantini* Ducis hodie Regis. Quartò referam, quia breves, verſus Luſitanicè inventos inter manuſcripta clariſſimi ſanguine, virtutibus, ac literis *P. Fr. Roderici de conceptione* ex Capucinis *S. Franciſci* in Luſitaniâ, defuncti ann. 1628, & habent ſic, donati Latinè.

Poteſtas Regni verſatur celata
In patriâ propriâ, Rex vivit abſconditus;
(Sic erat Dux *Bragantiæ*)
Et per modum peregrinum, ac nunquam auditum
Fore elevandum ad thronum; eſt res certa.

Ita vidimus; hoc etiam illuſtribus atteſtationibus refert curioſus citatus *p.* 1. *c.* 36; ubi alia, retulerat quoque *præcedenti cap.* inſcriptiones ab antiquo reconditas in ſepulchris ante annos aliquot apertis, quæ omitto, quia referre omnia eſſet quaſi infinitum.

DECIMVM TERTIVM NOTABILE.

Vox communis quaſi vox Dei, ſecundùm prover- 62
bium; ad quod in materiâ prophetiarum facit illud *Joel cap.* 2. *n.* 28; *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt.* Rectè igitur notabile deducemus, à communi voce, dictis multorum demonſtratâ.

Doctor *Antonius Ferreira* è Supremo Senatu juſtitiæ 63
Luſitaniæ, ab hinc 40 annis ſolebat dicere quod an. 1629 Luſitani Epiſcopi conventuri erant in oppido *Thomar* pro certis negotiis; (ſic vidimus;) item quod ann. 1638, fœmina

fœmina erat gubernatura pacem, & bellum Regni; (ita gubernavit Ducıſſa *Mantuæ*;) & tandem quod anno 1640 venturus erat Rex Luſitanus in palatium Regium; & in mortis articulo (circa annum, ut puto, 1623,) inſtanter petiit ab uxore ſuâ *D. Joannâ de Mello*, ut, ſi viveret uſque ad ann. 1640, videns Luſitanum Regem iret ad congratulandum ei in ſepulchro, ſciebat enim frigida oſſa ſolatium habitura; quod illa, acclamato JOANNE, adimplevit fideliſſimè. Idem audacter publicabat fiduciâ maximâ ejus filius Doctor *Ignatius Ferreira* jam ex eodem Senatu, etiam ab amicis monitus, ne ſe exponeret Caſtellanorum iræ. Eádem libertate de anno 1640, idem loquebatur *Petrus Peixoto* nobilis vir oppidi *Amarante*, quem, quia ſæpe ipſe audivi, ſpetialiter nomino, omittens infinitos propemodùm, quos non tantùm intra Luſitaniam, ſed & in Africâ, Aſiâ, & Americâ diligentiſſimè congerit citatus liber, *Reſtaur. Portug. p.* 1. *ex c.* 29, quorũ aliquos ſcimus feciſſe ſponſiones pecuniarum ſuper hoc eventu futuro uſque ad finem anni 1640; & inter cæteros *Franciſcus Guillielmus* Vlyſſipponenſis dederat centum ſcutos aureos Canonico *Matthæo Peixoto* ſub conditione habendi quingentos ſi Rex Luſitanus veniret intra dictum terminum; & lucratus, eos habuit in effectu.

64 Memoriâ particulari dignum eſt, Sereniſſimum *Theodoſium* Ducem *Bragantiæ*, ſæpius dixiſſe JOANNI nunc Regi ejus filio, ac perſonis aliis, eundem filium ſuum, ac deſcendentes ejus, magnâ cum gloriâ Luſitanam Coronam recuperaturos; ita refert *P. Bartholom. Guerreiro ex Societate Jeſus in elogiis elegantibus martyrum ejuſdem Societat. c.* 12; refert quoque d. *Reſtaur. Portug. c.* 18, ex teſtimoniis

ſtimoniis illuſtribus; & per duos annos ante factum, *P. fr. Leonardus* generalis ordinis heremitarium S. *Pauli* mihi narravit, idem ſibi dixiſſe illum Principem.

Huc pertinet memorare, nobilem Sarracenum ex A- 65
fricâ miſiſſe congratulationes excellentiſſimo Duci *Medinæ Sidoniæ*, pro nativitate ſereniſſimæ *Ludovicæ* ejus filiæ, jam Reginæ Luſitaniæ, inquiens eam futuram Reginam; unde in infantiâ *Regina* appellabatur ab omnibus. Cúmque eadem *P*rinceps JOANNI ſereniſsimo deſponſata è domo paternâ proficiſcerettur, dixit ei pater: *ito filia, bonis auſpiciis; in Luſitaniâ regnabis; at utinam ego ante moriar; diligo enim Regem meum, & dolebo ejus jacturam.*

DECIMVM QVARTVM NOTABILE.

Notatu maximè dignum eſt quàm ardentibus deſide- 66
riis, quàm profundâ imaginatione; quàm inflamatis gemitibus, quàm tenaci ſermone, Luſitani per totũ ſervitutis tempus ſine intermisſiione, apud ſe ipſos, apud Deum, apud homines, exoptaverint, cogitaverint, petierint, & loquutui fuerint de recuperandâ libertate cum Rege naturali; præſagiebat animus, vel, ut dicam meliùs, conſolabatur Deus afflictos ſpe futuræ fælicitatis, quæ ſpes ab eo data, & in eo fundata perire non poterat.

Deſideria nullus unquam negavit Luſitanorum, & effe- 67
ctus ea demonſtravit. Circa imaginationes de me tantùm poſſum dicere, & Deum teſtari, ita me ſæpiùs cogitaſſe profundè, non ſolùm recuperationem libertatis, ſed & modum in ipſo Principe *Bragantino*, quaſi tunc viderem, quæ

vidi poſtea. Gemebundas preces ad Deum quot effuderint, non poteſt dici; celebres inter cæteros religioſiſſimi ac graviſſimi Patres *Leo Henriques, Ludovicus Alvares, Sebaſtianus Barradas, Sebaſtianus do Coutto, Alvarus Pirez, Gaſpar Correa, Emanuel da Veiga* & alii ex ſocietate JESVS, quinimo tota hæc ſocietas in Luſitaniâ, inter Caſtellanorum rigores publicè profeſſa eſt ſemper Regis Luſitani deſiderium vehementiſſimum, pro quo jam incipiebat pati, vocatis aliquibus in exilium à Caſtellano Rege; verè filii, magni Patris *Ignatii*, ſolvendo, tanquam hæredes, quod ille debuit Luſitanis Regibus in fundamento ſuæ Religionis, (*de quo dixi proœm.* 1. §. 4. *n.* 18. *&* 21;) verè fratres clariſſimi Apoſtoli *Franciſci Xaverii* qui elegit Luſitanum vexillum ſub quo Deo militaret; verè, in hoc quoque, *Jeſuitæ*, quòd ex toto corde dilexerint Regnum ſpetiale JESVS, (*ut in proœm.* 2. §. 2. *n.* 5;) fidelitas certè nunquam obliviſcendą quòd egregior micuerit contra potentiam, erga Regnum in miſerrìmo ſtatu; quæ item confundit quoſdam aliarum nationum, qui, cæci, cùm ex eodem vocentur ordine, contrarium etiam hodie habent animum, degeneres à Patre, Fratribus, & nomine.

68 Præomnibus inſtabat devotis precibus ad Deum ſereniſſimus *Theodoſius* Dux *Bragantiæ*, ſæpius repetens illud Jeremiæ *thren. c.* 5. *a princ*: *Recordare, Domine, quid acciderit nobis; intuere, & reſpice opprobrium noſtrum; hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos &c*; quod quia ſciebant muſici ſacelli ejus, ſolebant in ultimis hebdomadibus quadrageſſimæ, ſuaviùs hanc lamentationem cantare maiori concurſu nobilium qui aſſiſtebant in ejus curiâ. Credo equidem, quod alludens ad *Chriſti* Domi-

Domini promiſſionem de quà ſupra *in Prophetiâ* 4, addebat petitionem *David* 2 *Reg. c.* 7 *n.* 25. orans: *Nunc ergo, Domine Deus, verbum quod locutus es ſuper ſervum tuum, & ſuper domum ejus, ſuſcita in ſempiternum, & fac ſicut locutus es &c.* Cui Dominus fortè reſpondit, velut alteri *David*, 1. *Paralip. c.* 17. *n.* 11. dicens: *Cùm impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod erit de filiis tuis, & ſtabiliam Regnum jus; ipſe ædificabit mihi domum, & firmabo ſolium ejus, uſque in æternum; ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & miſericordiam meam non auferam ab eo*, ut impleatur quod ipſe Deus (*ſup. proœm.* 2. § 2. *n.* 5.) primo noſtro Regi, & ſucceſſoribus promiſerat: *non recedet ab eis, neque à te unquam miſericordia mea.* Hoc reſponſum facit piè credibile magna religio illius Principis, item fiducia quâ ipſe hoc futurum affirmabat, *ut ſup. in notabili* 13. *n.* 64, & tandem eventus fæliciſſimus.

Sermones Luſitanorum de recuperando Luſitano Rege, erant continui. Non tantum inter medios, ſed & inter nobiliores, adquos Caſtellani magis advertebant. Horum præcipui inſignis ille vir *D. Nunius Maſcarenhas*; eum ſequutus *D. Antonius Maſcarenhas filius*; ſimiliter alius *D. Antonius Maſcharenhas* Eccleſiaſticus graviſſimus ex eádem domo (cui proprium eſt hoc attributum fidelitatis;) àquò ego ſæpe audivi mira; inter plures memini *Antonium Tavares* canonicum Vlyſipponenſem, & Regis Eleemoſynarium maiorem, qui cùm in domo patris mei, me præſente, per tres, vel quatuor horas de hoc diſcurriſſet, concluſit tandem; *non eſt ſine miſterio quod ita longus ſermo nos non ſatiet; ſanè Sermones ſine effectu faſtidioſi ſunt;* 69

ſunt; hujus delectamentum, effectum promittit. Adeò publicè loquebantur omnes, ut jam nominatus Pater *Ludovicus Alvares* ex Societate JESVS, prædicator inſignis, (de quo Sum. Pontifex dixit Generali ejus religionis: *audio quod habetis in Luſitaniâ alium Sanctum Paulum*) prædicans coram Archiduce *Alberto* gubernante pro Rege Caſtellano, pro themate ſumpſerit illud Evangelii, *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula,* ſtatimque ad illum Principem, converſus, ſeverâ voce ei dixit: *Sereniſſime Princeps, verba hæc ſunt Chriſti Domini; dicunt: Surge, tolle tuam ſupellectilem, abi, & vade in terram tuam.* Hic fuit idem qui, cum ageretur de ſucceſſione Regni debiti *D. Catharinæ* ex Repræſentatione *Eduardi* patris, quam *Philippus* negabat (*ut vidimus lib.* 1. *c.*9,) ſumpſit pro themate concionis, illud etiam *Chriſti* Domini: *Philippe, qui videt me, videt & patrem meum.*

DECIMVM QVINTVM NOTABILE plura continens.

70 Eventus inſignes in vaticinia futurorum explicarunt antiqui. Ego, Doctrinæ Catholicæ adhærens, curioſitatis gratiâ, ad propoſitum noſtrum refero ſequentes.

71 Anno 1632 die 6 Novembris in novo frontiſpicio dormitorii Regii Cœnobii *Alcobaçæ* noſtri ordinis *Ciſtercienſis,* collocarunt monachi marmoream ſtatuam primi Regis Luſitaniæ *Alphonſi*, fundatoris Cœnobii illius. Vix collocata jam in crepuſculo noctis, cùm intra horam, aſpicientibus monachis, & plurimis incolis ejuſdem *Alcobaçæ* oppidi, ex parte maris cucurrit igneus globus cum caudâ ſeptem circiter cubitorum longitudinis, & ſtans ſu-

per capite ſtatuæ, ad inſtar Coronæ, per longum ſpatium, ita inflamans illuminavit locum, ut ex remotis partibus venerint agricolæ ad ſciendum quid eſſet. Tunc multi docti conſiderarunt, flamam illam non tantum oſtendere gloriam ſanctiſſimi Regis ſatis notam ex præclaris virtutibus, quantùm, appropinquare tempus quo Dominus debebat reſpicere ad Regiam prolem attenuatam, ut eidem *Alphonſo* promiſerat *ſupra in 4 prophetiâ*, notabantque conſonantiam verbi, *reſpicio*, (quo promiſſio ibi utitur) & verbi, *inflamo*, authoritate ſacri textus *Gen.* 4. *n.* 4. ubi Vulgata legit: *reſpexit Dominus ad Abel*, & alia verſio: *inflamavit Dominus Abel*; nec ſine myſterio, illi Religioſi miſerunt ſtatim ad JOANNEM hodie Regem, inſtrumentum teſtium jurantium eventum, quaſi ille dirigeretur ſpetialiter ad hunc Principem.

In æſtate anni 1637 quâ, ob onera tributorum, inſignis 72
Eboræ civitas, cùm ferè totâ provinciâ *Tranſ-Taganâ*, & aliis Regni oppidis, quaſi ejecerunt Caſtellanum, & cogitabant de Luſitano Rege; in litore portus *Cezimbræ* qui eſt *Tranſ-Taganus*, inventa ſunt quatuordecim ſaxa ovata, unumquodque habens characteribus elevatis hanc inſcriptionem Luſitanicè: DVQVE; hoc eſt DVX: (ſcias quod in Luſitaniâ, imò etiam in totis Hiſpaniis DVX per antonomaſiam intelligebatur *Bragantinus*, nec ille ſignabat niſi: DVX, nec niſi DVX tantùm vocabatur in inſcriptionibus literarum,) quaſi dubitantitantibus populis quem Regem acclamarent, reſponderit mutum elementum aquarum in ſcriptis, ut reſpondit mutus *Zacharias* apud *Luc. c.* 1. *n.* 63, ſcribens pugillari: *Joannes eſt nomen ejus*; & ſcripſit mare in petrâ indicans fir-

mitatem

mitatem operis; & alludens ad promiſſionem *Chriſti* Domini primo Regi noſtro. *Apparui tibi ut initia Regni tui ſupra firmam petram ſtabilirem*; ut ſupra *in procem.* 2. §. 2. *n.* 5; liceat ergo (ſine comparatione) piè ſperare, quod ſicut *Chriſtus* Dominus, *Matth.c.*16.*n.*18, poſtquam dixit: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, proſequitur immediatè: *& portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*, hoc eſt, nullæ tempeſtates, nulli inimici eam deſtruent: ita qui & initium, & reſtaurationem Regni noſtri ſuper petram ædificavit, præſtabit non dicam eandem firmitatem, ſed eam quæ ſufficiat ad vincendum omnes inimicos; ſic diſcurrit ingeniosè Author *Reſtaur. Portug. p.*1. *c.*35; addo, ad hoc videri jam ſe ipſum pigneraſſe cùm loco citato eidem Regi promiſit: *Non recedet à te, neque ab eis unquam miſericordia mea.* Addo item, conſideratione dignum eſſe, inſcriptionem, D V X, elevari ex ſaxis numero 14; cùm ex Luſitaniæ Rege 14 *Emanuele*, elevetur Dux in Regem.

73 Anno 1640, die 8 Octobris per quaſi duos menſes ante noſtram libertatem, in territorio oppidi *Redondo* in fundo *Thomæ de Souſa* domini *Gouveæ* inventum eſt vetuſtiſſimũ vas, opus Romanorum, plenum æneis imaginibus Imperatoris *Theodoſii* magni; ex uno latere habent figurã quæ manu levat è terrâ aliam repræſentantẽ Imperium, cum inſcriptione tali: *Reparatio Reip.S.M.R*; ex altero, caput imaginis, cum hac inſcriptione: *D. N. Theodoſius P. Pat.* Vir multis titulis clarus *Emanuel Severim de Faria* in Sede inſigni *Eborenſi* Canonicus, ac Cantoris præditus dignitate, diligentiſſimus collector antiquitatũ, multas ſtatim miſit *Ulyſſipponenſi* Archiepiſ. *D. Roderico da Cunha* venerandæ

memoriæ, Reverendo ac doctiſſimo Patri *Emanueli de Eſcovar* è Societate JESVS, aliiſque perſonis, quæ tantùm curioſitatis gratiâ ſervabant illas; at, visâ breviter libertate noſtrâ, notarunt, quod ſicut in principio Imperii *Veſpaſiani* fuit maximè conſiderabile inveniri ſub terrâ vaſa operis antiqui, atque in iis aſſimilem *Veſpaſiani* imaginem, *ut refert Sueton. in Veſpaſ. c.* 7; ſic valde notabile, quod cùm agebatur de libertate noſtrâ in JOANNE Rege, cujus primogenitus THEODOSIVS, poſt *Neſtorios* patris annos, ſuccedet in Regno primus hujus nominis, inveniretur imagines quæ verè hieroglyphica ſunt horum Principum; nam figura levans Imperium jacens, eſt JOANNES, cui rectè convenit inſcriptio: *Reparatio Reip.* S. M. R. id eſt: *Salus magna, ſeu multa Reipublicæ* (ſalutem eum appellavit *S. Fr. Ægidius*, ut ſupra *n.* 35;) caput autem inſcriptum: *D. N. Theodoſius P. Pat.* eſt ejus filius *Dominus Noſter Theodoſius, Pater Patriæ* ſperatus. Item, ſi 74
ut inquit *Florus*, dum aperiebantur Romæ fundamenta, *humanum repertum eſt caput, nec dubitavere cuncti monſtrum pulcherrimum Imperii ſedem, caputque terrarum promittere*, ita dum aperiebantur fundamenta libertatis Luſitaniæ, repertum caput Imperatoris promittit Imperii ſedem, caputque terrarum; & quemadmodum *n.* 72. diximus, elementum aquarum loquutum fuiſſe in Regiam acclamationem Principis noſtri; ſic nunc dicimus, hoc etiam modo terræ elementum eum acclamaſſe.

Eum quoque acclamavit aer in vocibus mirandis, imò 75
miraculoſis de quibus agemus *cap.* 2. *hujus Appendicis*. De igne, mirâ vidimus *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 3.

DECI-

DECIMVM SEXTVM NOTABILE.

76 Chriſtiana veritas nos docet, futura contingentia libera per aſtra certò inſpici non poſſe. *Sic D. Thom. 22. q. 95. art. 5. verſ. reſpondeo; ubi Caietan, Valentia, & cæteri comment. Filliucius moral. tom. 2, tract. 24. c. 4. maxime n. 85. & eſt bulla Sixti. V. 21. incip. cœli, & terræ creator*; poſſe tamen conjectatoriè ait *Cajetan. ſupera, verſ. in articulo eodem repete, ad fin, probans ex eodem D. Thomâ*; & alii; quod tamen intelligo dummodo, etiam in conjecturis, non habeatur credulitas cum exceſſu; *ex his quæ notat Filliuc. ſup. n. 79.*

77 Hoc modo dico multa fuiſſe facta mathematica judicia, quæ promittebant, de libertate noſtrâ, cunctaquæ videmus; de aliquibus meminit, egregius ille Author *Reſtaur. Portug. inprologo ad fin; & p. 1. c. 36. ad fin*; & unum ſatis clarum impreſſum verſatur apud Joannem Belot Gallum *in centur. 3. anni* 1630; qui in eo ſolùm defecit quod dixerit futurum an. 1637, cùm fuerit an. 1640; at jam diximus non certam poſſe defuturis haberi notitiam.

DECIMVM SEPTIMVM NOTABILE.

78 Prophetant aliqui neſcientes quid dicant; *ut apud Joan. 11. n. 51.*; at non ut prophetica, ſed ut notabilia referò aliquorum ſcripta typis mandata multò ante eventum.

79 Ingenioſus Caſtellanus *D. Franciſcus De Quevedo in ſomnio mortis* verſus ponit qui rectè applicantur præſenti eventui; clariùs cecinit floridus poeta Luſitanus *Franciſc.*

Rodrig.

Rodrig. Lobo in poem. comeſtabilis Luſit. cant. 2; *oct.* 70. promittens coronam Regnorum deſcendentibus domus *Bragantinæ*; Equidem in aliis Regibus Europæ ab eâ deſcendentibus poteſt verificari, ſed expreſſè ſereniſſimo *Theodoſio* (JOANNIS Regis patri) & ejus deſcentiæ, coronam Luſitanam tribuit *Emanuel Bocarro* Medicus, ac Mathematicus inſignis, in poeſi ad D. *Theodoſium* Romæ typis mandatâ an. 1628; refert alios *Reſtauratio Portug. p.* 1.*cap.ult.* Addo quod in principio libri *Lacrymæ Luſitanorum in obitu Seren. Principis Theodoſii* 2. *Brigantiæ Ducis ſeptimi,per Gaſparem Pinto Correa &c.*excuſſi Vlyſſippone an.1631, eſt epigramma Luſitanicum *Didaci Bernardes* ad Authorem, in quo dicit inter alia, quod *Theodoſius regnabat in Luſitaniâ*; & repetit: *Regnet adhuc in cordibus ejus memoria.* Idem Autor *Gaſpar Pinto* in toto illo libro, de *Brigantinis* tanquam de Regibus tractat; & *lib.* 3. *hiſtorico in fine* concludit: *Mitto alia Regiæ dignitatis & amplitudinis argumenta, quibus JOANNES Brigantiæ Dux ſuum ter auguſtum nomen æternavit:* Et inter cæteros liceat memorare quod ego cecini in meo poœmate *Vlyſſippo* impreſſo Vlyſſippone inprincipio anni 1640, in cujus fine habuimus libertatem; planè *cantu* 14 *ex oct.* 4. dicebam, *Vlyſſem* in libro fatali ſub terrâ invento legiſſe gentes dominaturas *Vlyſſippone*; & cùm *oct.* 15. dixiſſem de *Caſtellanis*, incipio *oct.* 16. *Mas*, id eſt: *Sed*; (quâ reticendi figurâ ſignificavi, eos expellendos;) & Sybilla veniens divertit eum à progrediendo; poſtea verò *oct.* 41. eidem declarat, eum divertiſſe, quia oportebat ignorari prophetias ulteriores, apparituras cum admiratione orbis,& finit:

Baſte

Baſte agora que o fado te prometa,
Qu' he gloria de Lisboa o que decreta.

Hoc eſt:

Satis nunc ſit quod fatum tibi promittat,
Eſſe gloriam Vlyſſipponis quod decernit.

Ignorabam equidem tractari aliquid de libertate noſtrâ; ſed, præ magnâ ſpe, cogitabam quod video. In principio illius poematis poſui amicorum epigrammata; inter quæ unum Muſæ mihi chariſſimæ quæ appropinquantem Luſitaniæ gloriam prædixit in hunc modum:

Ao Grego Vlyſſes d' Ithaca deſterra
Naõ tempeſtade, auſpicio de teu canto;
Antecipadamente pode tanto;
Tanto divino (ô maravilha!) encerra.
Fruſtrada foi de Circe a doce guerra
Que divertillo quis, fruſtrado quanto
As Sireas ouvio; mais bello encanto
Feliz o trouxe à Luſitana terra.
Se ja pode atrahir tam feliz mente
Suavidade tal, ainda futura,
Ao varaõ Sabio, que fará preſente?
Ah, canta, Souſa, canta, qu' a ventura,
Entre a maior ruina, à Lyſia gente,
Em tua voz novas glorias aſſegura.

Ecce de verbo ad verbum tranſlatio:

Græcum Vlyſſem ab Ithacâ ablegat
Non tempeſtas, auſpicium tui cantus;
Anticipatè potuit tantum;
Tantum divinitatis (ô miraculum!) continet.
Fruſtrà fuit Circis dulce bellum

Quod

Quod divertere illum voluit, fruſtra omne quod
A Sirenibus audivit; belliùs incantamentum
Fœlix eum traxit ad Luſitanam terram.
Si jam potuit attrahere ita fœliciter
Suavitas talis, adhuc futura,
Virum ſapientem, quid faciet præſens?
Ah, canta, Souſa, canta, nam bona ſors,
Inter maiorem ruinam, Lyſiæ genti,
In tuâ voce, novas glorias promittit ſecurè.

Nec poſſet dicere pulcriùs.

DECIMVM OCTAVVM NOTABILE.

Solet Dei Pietas, datum remedium captivis denuntiare. Scimus *apud Luc. c.2. à n.9,* CHRISTVM Dominum animarum liberatorem, omni terræ annuntiatum per Angelos; putamus JOANNEM Regem liberatorem corporum, Luſitaniæ annuntiatum, non per Angelos, nec ſolennitate quâ illud myſterium divinitate plenum, (cum quo terreſtria non habent proportionem,) mirificè tamen. 80

Eádem die 1 Decembris ann. 1640, quâ libertas, & legitimus Rex fuit acclamatus Vlyſſippone, in diverſis Regni provinciis aliqui loquebantur, & narrabant eventum, ac ſi eum vidiſſent; quinimò in *Angolâ* Africæ, in Indiâ Orientali idem evenit; & in *Braſiliâ* poſt octo dies Rector Collegii Societatis JESVS in terris vocatis *Spiritus Sancti* in concione publicâ bis denuntiavit populo: *Quid dabitis evangeliſanti, quod habetis Luſitanum Regem? ego vobis evangeliſo quod habetis Regem Luſitanum*; quidam 81

dam ex auditoribus riſerunt, aliqui obſtupuerunt, ſuſpenſi ſunt alii; at ille proceſſit. Hæc omnia & alia plura, ex authenticis teſtimoniis, diligentiſſimè collegit, & methodo optimo narrat ſæpe citatus liber *Reſtaurat. Portug. prodigioſa p.1. c.31, 32, 41, 42,* cujus Authoris nomen, ab eodem ſuppreſſum ſub alio, jam libet detegere, ut in Luſitanorum memoriâ debitam gratitudinem habeat; eſt ille inquam Reverend. P. *Emanuel de Eſcovar* è Societate JESUS; in quo, ultrà religionem, curioſitas cum ſcientiâ decertat, & utraque cum zelo patriæ.

CAPVT II.

Prophetiæ, ac notabilia circa eventus futuros Luſitaniæ.

1 Vaticinia, ut ænigmata, non impleta, obſcura: impleta, clariſſima; igitur in hoc capite minùs dicam de futuris, quàm in præcedenti de præteritis.

PRIMA PROPHETIA.

2 Danielis dictum *c.4. n.44,* de Luſitano Regno intellectum ut oſtendi *cap. præcedenti à n.3,* in verbis ibi relatis prænuntiat quod illud Regnum *in æternum non diſſipabitur, & alteri populo non tradetur, & ſtabit in æternum.*

SECVNDA PROPHETIA.

3 Viſio Eſdræ *lib.4. c.11, & 12.* quæ fuit de Luſitano Regno, ut demonſtravi *d. præcedenti capite à n.9,* conclu-

dit *eo cap.*12. *n.*34, quod JOANNES Rex (per ſe & per deſcendentes) *jucundabit eos* (Luſitanos) *quoaduſque veniet finis, dies judicii*; bene convenit cum *Daniele* relato proximè, ibi: *in æternum*.

TERTIA PROPHETIA.

Vaticinium Sancti Thomæ relatum *ſuperiori .cap. n.* 43. de Luſitaniâ expreſsè loquens ita finit: *Repullulabit* 4
ſceptrum renovatum, & non auferetur unquum ab eo: Nota quomodo ſunt concordes omnes hæ prophetiæ.

QVARTA PROPHETIA.

Promiſſo *Chriſti* Domini jam verificata *ut d. cap. à n.* 44, tota eſt plena promiſſionis ſtabilimenti, & fælicitatis 5
etiam in futurum; ut latiùs vides in verbis relatis *ſup. in proæm.* 2. §. 2. *n.* 5; hic ſolùm repeto illa: *non recedet ab eis, neque à te unquam miſericordia mea.*

QVINTA PROPHETIA.

Epiſtola Sancti Bernardi, *de quâ eodem cap. n.* 49, ſic 6
ait *Alphonſo* noſtro Regi primo: *In cujus* (monaſterii Alcobacæ) *duratione, & integritate indelebile habebitis elogium Regni veſtri*; *& in diviſione redituum, dividetur à vobis corona veſtra.* At verò JOANNES Rex maximos reditus, honores plures, juriſdictionem latiſſimam ſuper multa oppida, & pagos, quæ Rex Henricus diviſerat (*ut d. n.*49,) jam, magnificentiâ ingenti, eidem monaſterio reſtituit conſervanda in perpetuum cum integritate; ergo ipſe, ac ejus ſucceſſores indelebile habebunt elogium Regni eorum,& corona nunquam dividetur

tūr ab eis; cui maximè juvat quod hæc reſtitutio facta fuit ſub conditione, (quæ fuerat in monaſterii fundatione) habendi monachos in tanto numero, ut in eo ſit Dei laus perennis ſine intermiſſione; ubiquoque orabunt, ut Deus *Luſitanam coronam ab omni externo dominio liberam conſervet*, juxta aliam donationem factam eidem *Ciſtercienſi* ordini à D. Rege *Alphonſo* 1; quam retuli ad longū *à proœm.* 2 §. 2. *n.* 44. Debent item gratitudinis titulo ſpetialiter orare pro JOANNE, quamvis enim non fuerit donator, ſed reſtitutor, ſciunt bene quod Symachus. *lib.* 4. *epiſt.* 7; inquit: *Maius quidam eſt, honorem reſtituere, quàm dediſſe*; quæ orationes magni ſunt exercitus adverſus inimicos, ut *Mauricio* Imperatori *S. Gregor. magnus, lib.* 2. *epiſt.* 61, & 64. dicebat: *tunc magis dominorum exercitus contra hoſtes crevit, quantò Dei exercitus ad orationem crevit.*

SEXTA PROPHETIA.

7 Seraphicum *Franſciſcum* prophetaſſe Regnum Luſitaniæ, nunquam fore uniendum Regno *Caſtellæ*, diximus *ſuperiori cap. à n.* 51, circa reſtitutionem præteritam; hîc repeto circa conſervationem futuram.

SEPTIMA & OCTAVIA PROPHETIA.

8 Quod *præcedenti cap. n.* 53, & 54, retuli de *S. fr. Ægidio. ac S. Elyſabethâ* ſignificat, noſtram fælicitatem fore perpetuam; aliàs enim, ut ex illis novimus captivitatem, & libertatem obtentam, noſceremus (ut eſt probabile)

bile) aliam ruinam ſi eſſet ventura. Sed omiſſis argumentis è negativis, de poſitivis loquamur.

NONVM NOTABILE.

Huc uſque dixi, prophetias, deinceps, notabilia; ad quod vide rationem capitis præcedentis *n.* 55. Hoc loco repeto pro futuro chartam adductam *eo cap. n.* 57. quæ, in verbis finalibus, pollicetur Luſitanis tot augmenta, *ut invideant cæteræ nationes.* 9

DECIMVM NOTABILE.

Audivi à Caſtellanis, quoſdam mathematicos curioſitatis gratiâ formaſſe judicia in nativitate Auguſtiſſimi THEODOSII primogenti Regis JOANNIS tunc Ducis, circa eventus illius Principis; ac eam inveniſſe aſtrorum fælicitatem, ut mirati publicaverint, quod, etiam ſi habuiſſet humiles natales, evaderet tamen in monarcham glorioſiſſimum. Hoc aſtrorum judicium allego ad conjecturam tantummodo, formâ declaratâ *ſuperior. cap. n.* 76. 10

VNDECIMVM NOTABILE.

Narravi *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 18, quomodo in JOANNIS acclamatione, crucifixi veneranda imago excuſſo clavo dexteram & brachium protulerit, ac modicè flexerit ad populi multitudinem; ibidem notavi, *Christum* Dominum tali actione fuiſſe viſum, dexteræ ſuæ virtute jugum noſtrum excutere, cauſam decidere, Regnum vindicare; hîc addo, quod cùm illa acclamatio fuerit ejus opus, juxta promiſſionem *dequâ ex n.* 44. *& quaſi per totum caput præcedens,* 11

cedens, impletum fuit illud *Job. cap.* 14. *n.* 15: *Operi manuum tuarum porriges dexteram*; Item ad noſtram defenſionem in futurum *fecit potentiam in brachio ſuo*, quo ſanè *factus eſt timor ſuper omnes vicinos* JOANNIS Regis, *etenim manus Domini erat cum illo*; ſi licet applicare quod de maiori JOANNE dicitur *Luc. c.* 1. *n.* 65, & 67. Eſto negent Caſtellani eventum illum præteritum, (quem vidit innumerabilis hominum concurſus,) & dicant: *deſcendat nunc de cruce, & credimus ei*; nos verò *confitebimur tibi Deus*: *confitebimur*, & *invocabimus nomen tuum*; *narrabimus mirabilia tua*; cum Pſalm. 74. *vers.* 2. & 3, nam *non poteſt divinus ſplendor, humanis tenebris obſcurari*, ait in ſimili Albert. Krans. *lib.* 4. *Dan. c.* 37. in fine.

21 Habuit oſtentum pulcherrimum, circumſtantiam præclaram; quod non ſolùm evenerit ante domum Sanctiſſimi Luſitani *Antonii* (ut dixi *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 18,) Sed & ante Sacellum Deiparæ Virginis invocatæ *conſolationis*, quod eſt ex parte aliâ, ſupra civitatis portam; ut optimè notavit eruditus Doctor *Fr. Franciſcus Brandaõ in jam citato eleganti diſcurſu gratulator. pag. mihi* 34. *in fine.* Fecit Rex primus Luſitanum Regnum Reginæ Cælorum cenſuarium, & ſub ejus patrocinio illud poſuit, ad hoc ſpetialiter ut Luſitanam *coronam ab omni extraneo dominio liberam conſervaret*, pro ut habetur ſupra *in præm.* 2. § 2. *n.* 44; Sanè non poterat patrocinium tantum deficere; at jucundiùs (ut ita dicam) datum in domo *Bragantinâ*, cujus fundatores *Joannes* I. Rex Luſitaniæ, & magnus Comeſtabilis *D. Nunius Alvares Pereira*, ſpetialem profitebantur devotionem Virgini matri; ut latiùs retuli in meis ex-

cellentiis

cellentiis Luſitan. *cap. 9. excellent.* 10. *n.* 4, & tandem comeſtabilis, indiciis Sanctitatis, mortuus fuit in ejus habitu Montis Carmeli, in monaſterio quod Vlyſſippone ædificavit magnificum ; unde acceperunt ab eà favores inſignes ; inter quos illuſtriſſima victoria obtenta contra *Caſtellanos* in campo *Aluibarrotæ* in vigiliâ aſſumptionis ejuſdem Virginis,(cùmRex,qui manu propriâpugnavit fortiſſimè, reſpectu vigiliæ, uſque ad veſperam nil manducaſſet;) alia item victoria contra *Sarracenos* in expugnatione (*Ceptæ* clavis Africæ, factâ (ſecundùm aliquos) in die ejuſdem ſolennitatis; illud denique beneficium relatum *d.* § 3.*n.* 27. Quâ propter notatu quoque dignum eſt, libertatem noſtram,& reſtitutionem *Bragantini* Principis fuiſſe acclamatam die Sabbati (*ut lib.* 3. *c.* 3. *n.* 2.) dicato ſpetialiter Virgini, inquo etiam natus fuit magnus ille comeſtabilis.

13 Nec omittendum, crucem & inquo Crucifixum illud evenit, eſſe eandem quam celeber Præſul *D. Laurencius* Archiepiſcopus *Bracharenſiis* ante ſe portaverat in inſigni *Aljubarratæ* prælio æquè glorioſo noſtris, ac miſerando *Caſtellanis*, ut notat & refert, liber ſæpe citatus *Reſtaur. Portugal. p.* 2. *cap.* 4. *ad fin.*

DVODECIMVM NOTABILE.

Vidimus *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 2, noſtram libertatem recuperatam die Sabbati 1. decembris an. 1640. In illâ (quoni- 14
am præcedebat dominicam 1. Adventus)cantabat Eccleſia ad Laudes officii divini, illud Apoſtoli *ad Rom. c.* 13. *n.* 11. *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus*; excitabat nos ad recuperandam libertatem, quam etiam *Salutem* vocaverat

Sanctus

Sanctus *fr. Ægidius in 7. prophet. antecedentis cap. n.* 53; Sed quia dixerat: *ſalus è longinquo veniet*, Eccleſia evangeliſavit: *nunc propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus.*

15 Nec minus habuit myſterium diei ſequentis Evangeliũ *ex Luc. c.* 21, inquo Dominus ita finivit: *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*; quod applicatur verbo dato Regi *Alphonſo* de quo *ſuperiori cap. n.* 44.

16 Item notabile, quod tunc faceret Eccleſia ſolennem memoriam ultimi judicii, quaſi in causâ quam Rex Caſtellanus dixerat ad ſolum Deum pertinere, (*ut ſup. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 18,) Chriſtus Dominus finalem pronuntiaret ſententiam, *dequâ Math. c.* 25. *n.* 34, Luſitanis inquiens: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis Regnum â conſtitutione mundi*; ita applicat doctor *fr. Ludovicus de Sâ* ex ordine *Ciſterc.* Cathedraticus Theologiæ in Academiâ inſigni *Conimbricenſi*; in ſermone elegantiſſimo quem magno cum applauſu prædicavit, ac impreſſit *Conimbricæ* in ſolennitate acclamationis Regis noſtri; addens, quod ſperat per Dei miſericordiam, quod Caſtellani, pænitentes exemplo boni latronis, fugient ſententiã quæ eâdem die reprobos minatur: *ita maledicti* &c. Ergo contra hoc non eſt recurſus, cùm in finali judicio ſit judicatũ à Judice ſupremo.

DECIMVM TERTIVM NOTABILE.

17 Mirum eſt in acclamatâ præſenti noſtrâ libertate, ac Rege, concurriſſe omnes circunſtantias quæ fuerunt in olim acclamatâ eâdem noſtrâ libertate, ac Rege *Joanne* 1.

18 I. Tempore illo fœmina (*Eleonora* uxor defuncti Regis)

gis) Regnum gubernabat; hoc etiam tempore fœmina (Duciſſa Mantuæ) Regnum gubernabat.

II. Libertas illa fuit acclamata in menſe decembris; 19
noſtra eodem menſe fuit acclamata.

III. Tunc libertas incepit à cæde comitis *Joannis* 20
Fernandes Andeiro, qui gubernabat totum apud fœminam Regentem, in palatio occiſi; nunc incepit à cæde ſecretarii qui apud fœminam Regentem gubernabat totum, occiſi etiam in palatio.

IV. Die 6 Decembris ſe oſtendit *Joannes* 1 Vlyſſip- 21
pone patriæ liberatorem, eâ die occidens comitem illũ; die 6 ejuſdem menſis ſe oſtendit JOANNES 4 Vlyſſippone patriæ liberatorem, per veniens ex *Villavitioſâ*.

V. Præſidebat tunc in Eccleſiâ Dei ſummus Pontifex 22
Vrbanus 6; nunc præſidebat ſum. Pont. *Vrbanus* 8.

VI. Fuit illa contentio inter *Joannem* PRIMVM 23
Luſitaniæ, & *Joannem* PRIMVM Caſtellæ; hæc inter *Joannem* QVARTVM Luſitaniæ, & Philippum QVARTVM Caſtellæ.

VII. Caſtellanorum tyrannis detinuit tunc in vincu- 24
lis fratrem noſtri Regis innocentem; eadem nunc detinet in vinculis innocentem Regis noſtri fratrem.

VIII. Puella octo menſium expreſsâ voce acclama- 25
vit Regem *Joannem* illum; *ut dixi proœm.* 2. §3. *n.* 28; ſic puella, ſic infans, ſic aliorum prodigioſæ voces Regem noſtrum acclamarunt; ut latè refert *d. liber Reſtaur. Portugal. p.*1. *c.* 27. 32, *&* 42, quarum unã in Epiſcopatu *Mirandæ* judicarunt miraculum competentes Eccleſiaſtici miniſtri, præcedentibus diligentiis ordinatis à ſacro conſilio *Tridentino*, & declarationibus Eminentiſſimorũ Cardina-

dinalium; ut citatus Autor refert *d. c.* 27.

26 Ex hac ſimilitudine principii noſtræ actionis cum antiquâ, ſperamus ſimilitudinem glorioſi finis, Deo auſpice.

DECIM. QVART. NOTAB.

27 Poſt dies paucos ab acclamatione JOANNIS, apparuit in lunâ ſignum Sacroſanctæ Euchariſtiæ, cum duabus humanis figuris adorantibus ex lateribus, quas qui viderunt, crediderunt Angelos. Hoc viſum à plurimis *Vlyſſippone, Conimbricæ, Portu, Brágantiæ, Santarem, Bracharæ,* ac in aliis Regni partibus; & etiam in inſulâ *Tertiâ*; ac ubique teſtes extant graviſſimi; *Bracharæ* verò, maiori advertentiâ *D. Gaſtonis Continho* Generalis illius provinciæ *Interamnenſis*, Proviſor, ac Vicarius generalis Archiepiſcopatus ſexdecim interrogavit Eccleſiaſticos teſtes; de quorum juratis depoſitionibus acta fecit inperpetuam memoriam 29 die Januarii an. 1641.

28 Cùm An. 1397. Sarraceni ex loco *Tedelis* in Africâ diripuiſſent locũ *Turrẽ blancã* in Regno *Valentiæ*, & ex Eccleſiã portaſſent capſulã ſacrarii cũ particulis conſecratis, ut narrat *Eſc. in hiſt. Val. l. 3 c. ult.* Rex *Joan.* 1. primus liberator Luſit. & fundamentũ domus *Brágantiæ*, an. 1415, voluit in ipſâ Africâ civitatẽ conquirere, in quâ veneraretur idem myſteriũ Sacroſanctũ; tranſivit ergo cum magnâ claſſe, in Regiâ navi portans ſacramentũ illud Auguſtiſſimũ, decenter expoſitum; cepitque glorioſe fortiſſimam *Ceptæ* urbem, ubi ſacramentatus Deus adhuc veneratur; *de hoc Vaſconcel. in Anacephal. Joan.* 1; *Zurara in hiſt. Ceptæ c.* 1. *& alii.* Credo, in remunerationem illius operis fuiſſe, quod cùm Princeps *Beatrix* partu laboraret, facilè peperit Regem *Emanuelem* (qui renovavit lineam *Joannis* 1.

ruptam in *Joanne* 2. defuncto ſine legitimâ prole) ubi pri-
mùm divinum ſacramentum inceſſit per plateam in pro-
ceſſione ſolenni corporis *Chriſti* quod celebrabatur illâ die;
narrant Goes in Chron. Emanuel. p. 1. *c.* 4, *Vaſconcel. in eun-*
dem n. 1; addit P. Claudius Clemens *in diſſert. Chriſt. cui*
titulus: *Machaveliſmus jugulatus*, ex illà nativitate myſte-
rioſâ proveniſſe Regi illi quas ſcimus fælicitates.

Similiter, idem Euchariſtiæ myſterium apparuit nunc
(ut eſt credibile,) ad oſtendendum, ſuum fuiſſe opus inſtau-
rationẽ lineæ *Joannis* 1, & *Emanuelis* in JOANNE IV; 29
item ad roborandum; eſt enim hoc myſterium inſtrumen-
tum roborandi, *ut notat doctiſſimus ſalmeir. in Iſaiam c.*25.
*n.*6; quinimo ad oſtendendam perpetuitatem, cujus eſt
ſymbolum; unde voluit apparere in lunâ, quæ ſymbolum
varietatis, ut demonſtraret, ſe in perpetuitatem conver-
tere varietates ordinarias Regnorum, quaſi diceret: *lu-*
na tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempi-
ternã. cum Iſaiâ c. 60. *no.* 20; atque ita, lunæ varietate a-
blatâ, manet thronus Luſitanus in duratione ipſius lunæ;
Et thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna per-
fecta in æternum; ait Pſalm. 88. *vers.* 38. Et cùm Deus
ſit ſol, ac in Euchariſtiâ, ſe poſuerit ante lunam, poſſumus
dicere de Rege noſtro: *Permanebit cum ſole, & ante lu-*
nam de generatione in generationem; ut de juſto Rege dixit
Pſalm.71. *vers.* 5. Vel apparuit in lunâ, quæ figura Vir-
ginis matris, ut ſignificaret, concurrere etiam aſſiſtentiam
Beatæ genitricis cum filio.

Hoc ſignum prophetaverat *S Methodius de judic. &* 30
viſion. tempor. c. 57 inquiens: *In his diebus apparebit in lu-*
nâ vitale ſignum; *& reſurget Rex quaſi ex ſomno*: *deinde*
Leo diſſipabit Agarenos; propriè inquit de JOANNE;
reſur-

reſurgat Rex quaſi ex ſomno ; ſimili verbo eum & omnes Luſitanos excitavit Eccleſia inquiens : *Hora jam eſt nos de ſomno ſurgere*, ut vidimus *hoc cap. n.*14 Appellat eum *Leonem*, ut & appellaverãt viſio *Eſdræ præced. cap. n.* 39, & S. Thomas *ibidem n.* 43. *in vers.* 11. Quod addit : *diſſipabit Agarenos*, ſperamus favore Altiſſimi.

DECIM. QVINT. NOTAB.

32 Juſtus Lipſius *de conſtant. lib.* 1. *cap.* 16, agnoſcens finitas monarchias præcedentes, addit : *Fallor enim ? aut ſolem neſcio quem, novi Imperii ſurgentem video ab occidente.* Imperium ex noſtro occidente ſurgens, nobis promiſit *Chriſtus* Dominus *ſup. proœm.* 2. § 2. *n.* 5 ; inquiens : *volo enim in te, & in ſemine tuo Imperium mihi ſtabilire* ; faxit ille, hac tempeſtate, verùm Lipſii dictum.

DECIM. SEXT. NOTAB.

33 Eſt à multis annis in traditione (ortâ ex vaticinio, neſcio cujus) futurum inſigne prælium, in campo S. *Blaſii* prope *Eboram* Luſitaniæ civitatem ſex circiter leucis diſtantem à Caſtellâ, inter Regem Luſitaniæ, ac Regem Caſtellæ; in quo Luſitanus obtinebit victoriam memorabilem. Addunt aliqui, ibi fore, alium Regem (incredibiliora jam vidimus) ita ut ſint tres Reges. Cardinalis Rex *Henricus* in eo campo ſemel deambulans plorabat amarè ; & cauſam interrogantibus, reſpondit : *non ne juſtũ eſt plorare ſuper campo, inquo, quamvis vincemus, occidentur tot Chriſtiani ?* Deus, qui eſt ſuper omnia amoveat ſuorum jacturam ; eoſque uniat glorioſiùs contra inimicos veræ Religionis Catholicæ.



Lusiadum Regnum cujus vide stemmata Christi,
Mittit enim rebus Stemmata quisque suis.

CAPVT III.

Stemma Luſitani ſcuti declaratur.

1 QVoniam in delatione inſignium, & armorum maximus honor conſiſtit, *ut latè proſequitur Caſſan. in Cathal. glor. mundi: p. 1. conſider.* 38; meritò cunctæ nationes ſcribunt multa de ſtemmatibus ſuorum Principum; unde ego, qui in hoc opere Luſitanarum rerum præcipuas dedi notitias, non poſſum non de inſignibus Regni aliquid dicere.

2 Ante *Henricum* (fundatorem Luſitani Regni *ut in 2. proœm.* §. 1.) Luſitanorum inſignia erat ſcutum argenteum abſque ullâ imagine; *aiunt Damian. de Goes in deſcript. Vlyſſippon. Abraham. Ortel. ex Oliverio Marcha, in theatr. orb. tab. Portugallia*; Planè ſcutum decorandum divinis armis, ut videbimus, non decebat alia priùs habuiſſe. *Stemma antiquum*

3 *Henricus* portavit crucem, in vexillis; *inquiunt Doctor Fr. Seraphin. de Freitas de juſto Imper. Luſit. Aſiat. c.*18. *n.*17; *Ludovic. Coelho de Barbuda in Apolog. pro fidelit. Luſit. fol. mihi* 6; *Brandão in monarch. Luſit. p.*3. *lib.*10. *cap.*7; *Eman. de Faria in epitom. hiſt. Luſit. p.*3. *c.*1. *n.ult*; qui notavit, crucem fuiſſe cæruleam, deducto colore ex Domo Ducũ Burgundiæ, ac Regũ Galliæ, unde ille Princeps procedebat, ut dixi *proœm.*2. §.1.*n.*3, crucẽ portavit vel ex ſuâ particulari pietate; vel quòd illis temporibus crucẽ pro inſignibus ſolebant portare qui fuerant in ſancto bello *Hieruſalem*, in quo ipſe fuit, ut narrant *Maris dial.*2. *c.*3. *Aliud poſtea.*

post

poſt med; *Brandão in monarch. Luſit. p.*3. *lib.*8. *c.*22.

Noviſſimum, unde. In primo *Rege Alphonſo* fundavit *Chriſtus* Dominus 4
Luſitaniam in Regnum ſibi; ei dicens inter alia: *Et ut agnoſcant ſucceſſores tui datorem Regni, Inſigne tuum, ex pretio quo ego humanum genus emi, & ex eo quo ego à Judæis emptus ſum, compones*; quod *Alphonſus* fecit, & præcepit ſucceſſoribus in hunc modum: *Idcircò præcipio ſucceſſoribus meis, in perpetuum futuris, ut ſcuta quinque in crucem partita, propter crucem, & quinque vulnera Chriſti in inſigne ferant, & in uno quoque triginta argenteos: & ſuper ſerpentem Moyſis, ob Chriſti figuram. Et hoc ſit memoriale noſtrum in generatione noſtrâ.* Habentur hæc in Scripturâ ad longum tranſcriptâ *ſup. proœm.*2. §.2. *n.*5.

Reges aliqui, diverſimode portarunt ſcuta; ut curioſè 5
notat *Emanuel de Faria in d. Epitom. hiſt. Luſit. p.*3. *c.*2. *n.*29, *c.*3. *n.*32, *c.*6. *n.*24, *& capp. ſeqq.* & videmus in quibuſdam ædificiis, ac memoriis antiquis; ſemper tamen ſubſtantiâ conſervatâ quinque vulnerum *Chriſti*, & 30 argent. ut obſervat Brandão *d. lib.* 10. *c.* 7; ita ſcimus, Chriſtianiſſimos Reges Galliæ variè fuiſſe uſos floribus liliorum, quos *Carolus* 6 reduxit ad tres modo quo ſunt hodie; *ut refert Paradin. in geneal. Gall. in tit. hujus Regis.*

Quale. Tandem à tempore Regis *Joannis* 2 ſtemma noſtrum 6
conſervatur ſine mutatione, ut figuratum manet ante principium hujus capitis; quæ eſt forma ab *Alphonſo* relatis verbis præſcripta; excepto quod, cùm unum quodque ſcutulorum, vix caperet triginta argenteos, commoditatis gratiâ conſtitutum, ut in quolibet ponerentur quinque tantùm argentei, qui implent numerum triginta, ſi bis numeres

meres qui ſunt in medio, vel numeres, cum viginti & quinque, ipſa quinque ſcutula; *ſic declarant Brandão d. monarch. lib.*10. *c.*7; *Faria d. p.*3. *c.*11. *n.*57, *& omnes.*

7 Scuta ſunt cærulea, & campus argenteus; (conſervatis coloribus antiquis de quibus ſupra *n.*2, *&* 3.) quidquid Caſtellanus *Mariana hiſt. Hiſpan. lib.*10. *c.*17; ſcribat, eſſe cærulæum; unde meritò eum reprehendit *Doctor Fr. Bernardus de Britto in chron. Ciſterc. lib.*3. *cap.*3. *ad fin*; quòd velit agere de origine armorum, quorum ignorat ſtatum præſentem.

8 Caſtella aurea in campo rubro per circum, ſunt inſignia Regni *Algarbiorum* uniti Luſitano; ea primò poſuit *Sanctius* 1, Rex 2, quoniam *Algarbia* cepit à Sarracenis; *ita inquit Brandão d. lib.*10. *c. ult. in fin*; ſed, eo Regno ad ipſis Infidelibus recuperato, ceſſarunt caſtella; quouſque *Alphonſus* 3 Rex 5, eo iterum obtento, Caſtellorum reſtituit circum; *ut apud Maris dial.*2. *c.*15. *ad med*; *Brandão p.*4. *lib.*15. *c.*34. *in fine*; *Faria d. p.*3. *c.*6. *n.*24. Fuit autem numerus Caſtellorum diverſus uſque ad tempus *Joannis* 2, qui reformans in omnibus Regium ſcutum ſecundùm regulam, reduxit Caſtella ad ſeptem (qui numerus perfectus,) pro ut apparent hodie; *ait Faria d. p.*3. *c.*14.

9 *n.*31. Ex his notiſſimis apparet quàm ignoranter aerius ille Caramuel *in ſuo Philippo in prologo: occaſio ſcribendi, ſub titulo: Stemma Luſitanicum,* ſcripſerit: *Joannes* 3 *Luſitanicas quinas (ſic ipſi nominant) ſeptem Caſtellis circumcinxit, Sacramenta Eccleſiæ Catholicæ ſignificantibus*; neque meminit ſtupidus ſcriptor ſe in eodem volumine *lib.*1. *tit. Alphonſus* 3 ſcripſiſſe: *Afonſus Rex ſtemma Luſitanicum zonâ purpureâ circumcinxit, & in eâ ſeptem Caſtella aurea collocavit*;

Vide ſtupiditatem Authoris Regis Caſtellæ.

collocavit; ipſumque *Alphonſum* 3 depinxit cum multis caſtellis in ſcuto, & *Joannem* 2 cum ſeptem. Scio quoque Doctorem *Salgado de Araujo in Marte Luſit. certam.*1. *art.6. in fine*, dicere, Reges noſtros Caſtella, quæ ſunt arma *Caſtellæ*, poſuiſſe in ſcuto, ratione juris quod habent ad Regnum Caſtellanum (de quo ſequenti capite;) at ſupra relata opinio eſt communis, & inveterata.

Excellentia ſtemmatis.

Quàm ſit pretioſum ſtemma noſtrum, vulnera inquam *Chriſti*, patet, quoniam Dominus illud donando, non ſolùm oſtendit, ſe eſſe datorem Regni, ut declaravit, ibi: *ut agnoſcant ſucceſſores tui datorem Regni*, ſed etiam toti mundo notum fecit quod dixerat: *Volo in te, & in ſemine tuo Imperium MIHI ſtabilire*; cùm unus quiſque ſignet ſuo ſtemmate, quæ ſua ſunt, & nomine ſuo, ea quæ facit in proprium monimentum; ut *Abſalom* ſignavit ſepulchrum in memoriale ſuum, titulo: *Manus Abſalom*, in 2 *Reg.c.*18. *n*,18; *declarat Joſeph. antiquit. lib.*7. *cap.*10. 10

Vnde, ſi *Conſtantino* Magno fuit maior gloria, videre crucem, *ut narrant Sozomen. lib.*1. *c.*3, *Euſeb. lib.* 9. *c.* 9; *Nicephor. lib.*7. *c.*29; variique Hiſpaniarum Reges de ſimili viſione, ac diverſis crucis miraculis gloriantur, ut *Alphonſus Caſtus Legionis*, *Alphonſus* 8 *Caſtellæ*, *Garcias Ximenes primus Navarræ*, ac primi Reges Aragoniæ; *de quo multa Doctor Gregor. Lopez Madera in Excellent. Monarch. Hiſpan. cap.*6. §.5; quantò excellentius pro Luſitano, vidiſſe, non crucem tantùm, ſed & in eâ *Chriſtum* crucifixum? Iterùm ſi Galli meritò gloriantur de Liliis *Clodoveo*, primo Francorum Regi Chriſtiano dimiſſis cælitus per columbam in baptiſmate, *de quo Caſſan. in cathal. glor. mundi p.*1. *conſider.*38.*concl.*44.*n.*2; *Anania in* 11

Coſmograph.

Coſmograph. tract. 1. *fol. mihi* 52; quantò glorioſius Luſitanis, non lilia, ſed vulnera *Chriſti*, non à columbâ, ſed ab ipſo *Chriſto* ſibi cælitus data? Eſt profectò gratia, & honor incomparabilis.

12 Quâpropter non miror, quoſdam extraneos, Caſtellanos maximè, voluiſſe obſcurare gloriam iſtam Luſitanam; ſi enim *Aiax*, quòd non potuerit obtinere *Achillis* arma, devenit in furorem, *apud Sopbocl. Tragic. & Ovid. Met. lib.* 13. *fab.* 1; quid multùm idem his eveniſſe pro ita ſuperioribus armis; eorum ſanè invidia excuſabilis aliquantulum; erubeſcit autem confuſa ex notatis ſupra *in proœm.* 2. §. 2. *à n.* 7.

CAPVT IV.

Actiones JOANNIS IV Regis Luſitaniæ ad Regna Legionis, & Caſtellæ.

1 CVM Luſitanus non defenſivum tantùm, ſed & offenſivum Caſtellano inferat bellum; operæ pretium erit breviter dicere, quo jure poſſit, & debeat ita fieri.

PRIMA ACTIO.

2 *Tharesia* mater *Alphonſi* primi Regis Luſitaniæ, filia erat legitima, & natu maior *Alphonſi* 6 Regis Legionis, & Caſtellæ, ut oſtendi *proœm.* 2. §. 1. *à n.* 5; cúmque pater mortuus fuerit ſine filio maſculo, ut eſt notoriũ, ipſa extabat hæ-

res legitima Regnorũ ejus, *juxta vulgata, & ea quâ notavi lib.* 1. *c.* 3. *n.* 7, quæ tamen *Urraca* ſoror junior uſurpavit, ut retuli *d* § 1. *n.* 20; quâ propter inter utramque orta ſunt bella dequibus ibidem *à n.* 21. Hoc autem jus, à *Tharesiâ* derivatum, eſt hodie in JOANNE ejus deſcendente, ac ſucceſſore, *ad reg. hæres in omne* 37. *ff. de acquir. hær. cum ſimilibus*, & quæ de ſubſtituto dixi *c.* 3. *n.* 17. & *c.* 9 *n.* 158.

Vna objectio. Sedæ primò opponetur præſcriptio per tot ſæcula jus tribuens poſſeſſori, *ex allegatis lib.* 1. *c.* 5. *n.* 33. 3

Reſpondetur. Huic verò reſpondetur, per nulla ſæcula potuiſſe procedere, cùm non ſolùm in *Urracâ* quæ vſurpavit, ſed etiam in ſucceſſoribus fuerit mala fides, *ex allegatis lib.* 3. *c.* 5. *n.* 17. In omnibus autem malam fidem fuiſſe patet, quoniam bellum illud compoſitum fuit per conventionem, cujus ſcripturam dedi *procem.* 2. §. 1. *n.* 22, quam Reges Legionis, & Caſtellæ nunquam adimpleverunt, ut ibi notavi *n.* 23, & cùm ſit titulus Regnorum quæ poſſident, debent de illâ notitiam habere perfectam, *arg. txs. in l. non eſt ferendus de tranſact. ubi notat Bald*; *Felin. in cap. ſi diligenti col.* 4 *de præſcr*; *Aymon. conſ.* 290. *n.* 6; quæ notitia eos conſtituit in malâ fide, *c. ſi virgo* 34. *q.* 1. Saltem ad tradendum illud ad quod eos obligat conventio relata. Omitto reſponſionem aliquorum negantium præſcriptionem in Regnis; etenim mihi non placuit *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 35. 4

Alia objectio. Opponetur deinde, quod, cùm jus non metiatur ex perſonâ Rei, ſed Actoris, *L. loci corpus* 4 § *competit ff. ſi ſervit vindic*; quamvis Reges Caſtellæ non habeant jus, tamen non debent inquietari à Luſitanis, quorum actio finita fuit in *Ferdinando* Rege; nec tranſivit ad alios proceden- 5

tes

tes ex *Joanne* 1. filio *Petri* illegitimo, atque ita ſucceſſionis incapace; *juxta vulgaria.*

6 At iterum reſpondetur; quod ſuppoſito jure noſtrorum Regum ad Legionem, & Caſtellam, Luſitania erat caput monarchiæ, *ut ponderat doctor Salgado de Araujo in Marte Luſit. certam.* 1ᵒ *art.* 6; cùm igitur defeciſſet legitima proles Regum Luſitanorum, ac ideo Luſitania elegerit *Joannem* 1. nothum Regis *Petri*,& quidem juridicè,ut demonſtravi *proœm.* 2. § 3. *à n.* 4, ad hunc electum à capite, & ad ejus deſcendentes pertinuerunt membra, ſecundùm rationem naturalem,& exemplum Romani Imperii,in cujus capite eligebatur Imperator; & alia plura. Maximè quia tunc in Legione, ac Caſtellâ regnabat (defacto) *Joannes* 1 filius *Henrici* 2 illegitimi etiam, ut eſt notum. *Reſpond.*

SECVNDA ACTIO.

7 Occiſo *Petro* poſſeſſore coronæ Legionis & Caſtellæ, uſurpavit eam fratricida *Henricus* 2 illegitimus filius *Alphonſi* 11, atque ita incapax ſucceſſionis; eamque tranſtulit ad deſcendentes ſuos uſque in præſens, quin poſtea ſit purgatum vitium illegitimitatis; quamvis enim *Henricus* 3 uxorem habuit *Catharinam*, prædicti *Petri* neptem ex filiâ *Conſtantiâ*, iſta æquê fuit illegitima, ut oſtendi *proœm.*2.§ 3. *n.*16. Planè, *Petro* mortuo ſine legitimâ prole,ſuccedebat *Ferdinandus* Rex Luſitaniæ legitimus conſanguineus proximior, ut pote filius *Conſtantiæ*, quæ filia *d. Joannis Emanuelis*, neptis *Emanuelis*, proneptis *Ferdinandi* Sancti Regis Legionis & Caſtellæ, qui fuerat atavus dicti *Petri*. Hoc jus *Ferdinandus* vivens proſecutus eſt armis, *ut narrât Maris dial.* 3. *c.* 6, *Pina, & cæteri in ejus chron*; & mo-

riens ſine hærede, datus fuit locus electioni *Joannis* 1 ut in præcedenti actione *n.* 6, ac ex primo in quartum JOANNEM legitimè derivatur.

8 Quin obſtet præſcriptio; nam, ut notavi paulò antea *n.* 4, nullo tempore procedit cum malâ fide; hæc autem eſt in omnibus Caſtellanis Regibus ex ſcientiâ illegitimitatis propriæ, ſatis notoriæ.

9 Scio, Caſtellanos *Epiſcopum Roderic. Sanct. in vitâ Joan.* 1. *Regis Caſt. & Illeſcas in hiſt. Pontif. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 19. *tit. D. Henricus* 2, deducere legitimitatem Regum Caſtellæ à *Joannâ* matre *Joannis* 1. deſcendente à Principe *de la Cerda* filio *Alphonſi* 10; Sed, ſi utuntur eâ viâ, potius debentur illa regna Ducibus *Medinæ Cœli* hæredibus maſculis, & veris dicti Principis, ut advertit antiquus Author *libert. Portugal. in ultimâ impreſſ. an.* 1641. *pag. mihi* 127; in comparationem verò poſſeſſorum, jus meliùs habuit *Joannes* Luſitanus intrans per electionem, (extenſam ad membra, ut jam dixi) quàm Caſtellanus ex ſolâ uſurpatione.

10 Memoro Authorem citatum *præcedenti cap. n.* 9. *in fin*; dicentem, caſtella (quia *Caſtellæ* ſtemmata) ſemper conſervata in ſcuto Luſitaniæ pro conſervatione juris ad Caſtellanum Regnum; ingenuè tamen fateor communem opinionem in contrarium, ut ibi dixi.

TERTIA ACTIO.

11 Caſtellanus *Philippus* 2, occupatâ Luſitaniâ, de abſolutâ potentiâ privavit coronam noſtram ditiſſimis inſulis *Maluci* in Indiâ orientali, & Caſtellanæ univit eas, poſtea amiſſas *Hollandorum* invaſione. *Philippus* 3. ignavè bel-

lum

lum gerens, aditum liberum reliquit eiſdem *Hollandis*, *Anglis*, aliiſque nationibus ad commercium Africæ, atque Aſiæ, quod, cum incredibili utilitate, erat Luſitanorum peculiare per jus præoccupationis, jus armorum, Pontificum conceſſiones, & alia plenè allegata *per Doctorem fr. Seraphin. de Freitas in libro de juſto Imper. Luſit. Aſiat. confundenti librum, mare liberum.* Tandem à *Philippo* 4 ceperunt *Perſæ* Regnum *Ormuz* in Aſiâ; *Hollandi* (ultra alia minora) Caſtellum *Minæ* in Africâ, *Pernambucum, & Paraibam* in Americâ; atque ultimò *Malacam* in Aſiâ, civitates *S. Pauli Angolæ*, & *S. Thomæ* in Africâ, & *Maranhonii* in Americâ, ſumptâ occaſione ex bello habito cum Caſtellano Rege. Omitto naves plurimas captas ab ipſis *Hollandis*, atque ab *Anglis*, & alia damna quæ narrare foret infinitum.

12 His cauſam dederunt *Philippi*; qui, ratione aliorum, quos poſſidebant, ſtatuum, ſubmiſerunt Luſitanos bellis ad eos non pertinentibus; &, quòd fuit peius, (cùm tenerentur conſervare ſubſtantiam Luſitaniæ ad ſolam defenſionem ejuſdem Regni, juxta pacta jurata. *de quibus lib.* 2. *c.* 3. *n.* 11, *&* 13) ut aliis ſuccurrerent, exhauſerunt illicitè Luſitaniam gentibus, armis, navibus, & pecuniis, ita ut non potuerit ſua defendere, *pro ut tetigi locis proximè citatis, & lib.* 3. *c.* 8. *n.* 7. Acceſſit malum regimen, & defectus diligentiæ poſſibilis, *ut d. lib.* 2. *c.* 4; item tyrannis quæ omnia deſtruebat, *ut ibidem c.* 5. At verò qui agendo illicita, & non adhibendo diligentiam quam poteſt, cauſat damnum, videtur illud dediſſe, & tenetur ad ſatisfactionem, *l. qui occidit* 30. § *in hac. ff. ad l. Aquil*; *gloſa* 1. *& bona additio in* § *fin. Inſt. eodem. P. Suar. de charit. diſp.* 13. *ſect.*

ſect.7.n.7. Ergo *Philippi* tenentur ad ſatisfactionem; pro quà vix ſufficiunt Legionis, & Caſtellæ Regna, ut facilè æſtimabit qui omnium habeat cognitionem.

QVARTA ACTIO.

Poſſeſſor debet fructus à tempore occupationis cum 13
malâ fide; *l. certum* 22. *C. de rei vindic*; *gloſ. verbo: cum fructibus, poſt princ. in §.2. Inſt. de offic. jud*; *DD. in l. bonæ fidei* 48. *ff. de acquir. rer. dom.* Quinimò poſſeſſor violentus non ſolùm tenetur ad fructus perceptos, ſed ad eos etiam quos verus Dominus poſſet percipere ſi poſſediſſet; *cap. gravis* 11. *de reſt. ſpol*; *cum gloſâ verbo: fructus, verſ. ſi verò, ubi multa allegat.* At *Philippi* fuerunt à principio poſſeſſores malæ fidei, *ut probavi lib.3. c.5. à n.4*; item violenti per arma, *ut lib.2. c.1*; ergo tenentur ad perceptos, & qui percipi potuiſſent.

Equidem ex perceptis deducendæ erunt expenſæ, *juxta* 14
gloſ. proximè citatam in princ; in quibus maxima pars conſumpta eſt; multùm tamen ſuperfluit arreptum in Caſtellam, *dixi de aliquo lib.2. c.3. n.13.* Qui verò à Luſitano Rege potuiſſent percipi, (non infeſtato commercio conquiſitionum de quo hìc dixi *n.11.*) excedunt æſtimationem credibilem. Adde circa tria millia tormentorum bellicorum exportata in Caſtellam; adde multas bellicas naves, comperies dicta Regna, in miſero quo ſunt ſtatu, ad ſatisfactionem non ſufficere.

QVINTA ACTIO
continens tria capita.

Ex bello præſenti oritur jus novum tribus fundamen- 15
tis.

tis. I. Quod cùm ex parte Regis Caſtellæ ſit injuſtum ad occupandum alienum, ut conſtat ex toto hoc opere, tenetur ad ingentes belli impenſas, *ex l. properandum* 13. § *ſive autem alterutra C. de judic. cum vulgaribus.*

16 II. Quod, cùm unuſquiſque ad propriam defenſionem poſſit uti mediis neceſſariis, *ad l. ut vim ff. de juſt. & jur*; etiam occidendo adverſarium, ſi aliter defendi nequeat *ex ratione txs. in l.* 1. *ff. de author. tut. ibi*: *prima enim ratio*; *ubi Bart*; poſitum eſt in rectâ diſciplinâ bellandi, inferre, pro defenſione, bellum offenſivum, terras occupando invadentis. Sic *Agathocles* Rex Siciliæ ſe defendit à Carthaginenſibus; Romani, per *Scipionem*, ab *Anibale*; Rex Perſiæ *Xerxes*, ab *Ageſilao* Græco; Galli, per Scotos, ab Anglis; ætate noſtrâ Hollandi, à Caſtellanis; & ultimò Sueci à Danorum intento; *aſſentiunt P. Suar. de charit. diſp.* 13. *ſect.* 7. *n.* 6. *Valent. in* 2. 2. *diſp.* 3. *q.* 16. *de bello, puncto* 3. *in* 2. *illat. vers. probatur*; *Reginald. in prax. for. pænit. lib.* 21. *c.* 8. *de bello, ſect.* 4. *n.* 10.8. *vers. tertia.* Vtrum autem poſt victoriam, reſtitutio facienda ſit? dicam *n. ſeq.*

17 III. Qui juſtum bellum facit, (quamvis aliàs jam habebat ſatisfactionem præteriti) poteſt, etiam poſt victoriam, retinere civitates, ac provincias hoſtis, ſi neceſſarium eſt ad tranquillam pacem in futurum conſervandam; *P. Suares d. diſput.* 13. *de bello, ſect.* 7. *n.* 20. *in* 7. *concl. Reginald. dict lib.* 21. *cap.* 8. *de bello, ſect.* 4. *n.* 109, *in quintâ propos. vers. niſi fortè*; *Valent. ſupra d. diſput.* 3. *q.* 16. *de bello, puncto* 3, *vers. ſecundò, ubi allegat alios.* Sed ita neceſſarium erit pro detinendâ ambitione Caſtellanorum, ut omnes fatebuntur; Ergo

juſtiſſi-

juſtiſſimè Luſitanus Rex poteſt ad conquiſitionem illorum Regnorum aſpirare.

CAPVT V.

De præcedentiâ Legatorum Luſitaniæ cum Legatis aliorum Regum.

LVſitaniæ Regno apud Caſtellanum per annos ſexaginta ſopito, vix in vivis extat memoria ejus legationum; quare, illo jam è ſomno excitato, non erit infructuoſum, hanc proferre materiam ex rationibus, ac librorum memoriis. 1

Suppoſitiones. Eſt autem ſupponendum, imprimis, in præcedentiâ Legatorum, non attendi uniuſcujuſque dignitatem, aut qualitatem particularem; ſed dignitatem ejus à quo Legatus miſſus eſt; ita ut Legatus Principis dignioris præcedere debeat Legatum minùs digni, licet ipſe, ut privatus, eſſet inferior. *Sic Caſſaneus in Cathal. glor. mundi p.7. conſider.10. verſ. & ideò*; ac quotidie obſervatur indubitatè. Ratio eſt, quia Legati agunt perſonam mittentium, *ut latè Carolus Paſchalius in legato cap.6*; ergo honorandus eſt ex dignitate Repræſentati, *probat idem Author c.38.* 2

Deinde ſupponendum, nullam eſſe controverſiam, cum Legato, ſeu Nuntio Papæ; cùm enim Papa omnes dignitates mundi præcedat, *de quo Caſſan. in d. Cathal. p.4. conſider.7*, conſequenter, ejus Legatus præcedit cæteros. Item poſt Papam non eſt dubium quod præcedat Imperator Germaniæ, (ac per conſequens ejus Legatus,) *ex adductis* 3

ductis ab eodem Caſſan. p.5. conſider.27; (in quo quidem, plus quàm ratio, operatus eſt ab antiquo Regum conſenſus;) quam tamen præcedentiam ei negat idem Autor *conſider.29*, ſi, quamvis electus, nondũ ſit coronatus. Similiter, nemo dubitat, Legatos Rerumpublicarũ, ac Principũ non Regum, cedere Regiis, cùm Regis dignitas ſit maior.

4 Igitur punctum noſtrum eſt de Legato Regis Luſitaniæ, cum Legatis aliorum Regum. Ad deciſionem autem utar rationibus quæ in hac materiâ præcipuæ habentur ab ſcribentibus ſuper illâ, maximè à Bartholomæo Caſſaneo, qui pro Chriſtianiſſimo Rege Galliæ ſcripſit *d. tract. glor. mundi p.5. conſider.31, & ſæpe alibi*, & à Jacobo Valdeſio, qui ſcripſit pro Catholico Rege Caſtellæ integrum tractatum *de prærogativâ, & dignit. Hiſpan. &c.*

I. RATIO.

5 Primam rationem (quam non multùm facio) conſideravit Valdeſius (dum Rex Caſtellanus occupabat etiam Luſitaniam) *d. tract. de dignit. Reg. c.*4, in ſitu Regni; quaſi terra quam Deus in machinâ univerſali poſuit tanquàm orbis caput, cæteris præcedat ut membris; quod probat naturali ratione, ac aliis documentis.

6 Atqui, Luſitaniam ita eſſe ſitam, ut videatur mundi caput, probat ipſe Valdeſ. *ibi n.3.* (quod enim generaliter de Hiſpaniis inquit, militat præcipuè in Luſitaniâ quæ prima Hiſpaniarum;) oſtendi ſpecialius *ſupra proœm.*1. §.2. *n.6.* & ibi allegatis addo *Laurent. Vallam de reb. geſt. Ferdinand. Aragon. Regis lib.2. in princ.* Ergo hæc ratio, ſi quidquam valet, *R*egno Luſitaniæ præcedentiam tribuit.

Et contra Caſtellam habemus ipſum Caſtellanorum Advocatum.

II. RATIO.

Secundam rationem, (primam ſubſtantiâ) deduco à 7
Luſitanorum Religione; quod fundamentum agnoſcunt maximum in quæſtione præſenti *Caſſan. d. p.* 5. *conſider.* 31; *& Valdeſius d. tract. à c.6.*

8 Puto equidem nullum rectæ intentionis Judicem negaturum primum in Religione locum Luſitanis. Quippe in Luſitaniâ priùs quàm alibi (Judæâ, & Samariâ exceptis) Evangelium fuit prædicatum; Luſitania prima terrarum gentilium, produxit Sanctos; primum totius mundi ædificavit templum Chriſtianum; eſt primum Regnum generaliter Catholicum; quod firmiùs veram fidem conſervavit; quod plus propagavit eam; quod, ultra innumeros Sanctos, dedit Eccleſiæ, in Europâ, primum martyrem, primum Anacoretam, primũ confeſſorem hodienâ ſolennitate canoniſatum; in quo tandem plus hodie micat pietatis. Probavi jam hæc omnia *proœm.* 1. §. 4. *à n.* 15. Vide ibi, & fateberis. Omitto duos Summos Pontifices, (quorũ unus Sanctus;) plures ex principalioribus miniſtris Eccleſiaſticis; Religionũ fundatores; Primatũ Eccleſiæ Hiſpaniarũ; & alia de quibus ibidẽ, aliis Regnis communia; quia de particularibus tantùm prærogativis ago.
9 Profectò ſolum Regnum Angliæ (ob antiquos Britannos) opponet de anterioritate in acceptandâ fide; ſed (ob Anglos ſupervenientes, & hodiernos) vincetur in firmitate conſervationis. Sola Regna citerioris Hiſpaniæ conſervationem integram poſſunt allegare; ſed (ob hereſim

Arrianam

Arrianam ibi diutius moratã,& ex ſchiſmate *Clementis*,ſive *Roberti*, tempore *Urbani*,) non ita firmam ut Luſitanam. Solum Regnum Galliæ (ob *Pipinum*, & *Carolum* Magnum inter cæteros ſuos Reges,)referet præclara ſervitia Romanæ Eccleſiæ. Ea tamen, cum ſervitiis longiſſimæ propagationis, glorioſè compenſamus ; atque ita manebit noſtrum Regnum ex omni parte beatum.

III. RATIO.

10 Tertiò argumentor fortiſſimè à regni inſtitutione. Noſtrum Deus præſentialiter fundavit SIBI, ut ipſe expreſſit ; latè habes *proœm.*2. §.2. *n.*5 ; oſtende, quæſo, aliud ita egregiæ originis.

11 Huic proximum eſt ſtemma, ſeu Regnorum inſignia, è quibus ad rem noſtram multipliciter arguit Caſſan. *d. conſider.*31. *à verſ*; *& ut pleniùs.* Planè inſignia Luſitaniæ ſunt quinque vulnera Chriſti Domini, ab ipſo nobis data ; videas *in hoc Appendice cap.*3, ac judica, ſi ulla cum illis poſſunt comparari.

IV. RATIO.

12 Ex magnitudine ſtatuum optimum quoque argumentum deducitur ; *notat Caſſan. d. p.* 5. *conſider.* 37 ; *latiùs Valdeſ. ſupra cap.*12.

13 Pars minor Luſitani ſtatus, in Europâ eſt ; cùm tamen ipſa Luſitania Regno Angliæ par ſit, *ut ſupra in proœm.*1. §.2. *n.*8 ; & inſulæ adjacentes efficiant dimidium alterius Luſitaniæ,*ut eodem proœm.*§.3.*n.*2. Quantum verò extendatur ditiſſimus per Africam, Aſiam, & Americam, vide *eodem* §.3. *à n.*3, faciléque agnoſces, nullum aliũ ita dilatari.

In eo micant (ultra plura dominia) quatuor coronæ: 14
ſcilicet, *Portugallia*, & *Agarbia* in Europâ; *Ceilam*, & *Negapatam* (ubi dudum Reges erant potentes) in *Trapobanâ* Aſiæ. Planè, multiplicatio coronarum prælationem tribuit, *ait Caſſan. d. conſider.* 37, *&* *conſid.* 27 *in fine*, ſicut qui Marchio ſimul eſt, & comes, Marchioni præfertur, & Doctor in utroque jure, Doctori in uno; *ex Baldo refert idem d. conſid.* 37, quia duo vincula ſunt fortiora, quàm unum; § *ſed hodie, ubi glos. verbo, jura, Inſt. de adopt.*

Certè ſolus Rex Catholicus plures coronas poſſidet; 15
ſed in Luſitano concurrunt plures excellentiæ; I. quod complectatur omnes quatuor mundi partes, quod nulli unquam monarchiæ contigit; *ut notavi d. proœm.* 1. § 4. *n.* 2. II. quod ſol quòcunque ſe volvat, illuſtret Luſitanas ditiones, *ut adverti ibidem*; III. quod dominetur pluribus nationibus, *ut eſt notum.* Hoc ſanè medio promptam de cunctis habemus victoriam.

V. RATIO.

Superioris dignitas augetur ex dignitate ſubditorum, *te-* 16
tigit Caſſan. d. conſider. 37. *vers. & etiam*, & probat optime *Auth. de defenſor. civit. in fine principii, ibi: quantò enim quilibet præeſt melioribus, tantò maior ipſe, & honeſtior eſt.*

Non loquar de Magnatibus ſubjectis Regi intra Luſi- 17
taniam, quos retuli *proœm.* 1. § 2. *n.* 18, *&* 19, in ſimilibus nanque penè omnes Reges æquales ſunt; dicam verò, in authoritate, & opulentiâ ſubditorum Præfectorum locis ultramarinis, longè excellere Regem Luſitaniæ, de quo aliquid dixi *d. proœm.* 1. § 5. *n.* 4, *&* 5; quin alius veniat in comparationem, ni ſit Rex Catholicus; hic tamen vincitur,

citur, & cæteri ſine contradictione, ad conſpectum illius quod diximus *eodem* §.5. *n.*3, quod Luſitani ſibi fecerunt tributarios viginti & octo Reges in Indiis, quod nec Turca, nec Magnus Mogor, (qui hodiè eſt Regum potentiſſimus)habent.

VI. RATIO.

18 Ex mediis acquirendi Regna,reſultat,pro hac materià, ratio inſignis,*advertit doctor fr. Bernard. de Britto in chron. Ciſterc. lib.*3. *cap.*6. *ad med* ; erit enim glorioſius Regnum acquiſitum glorioſioribus mediis.

19 Equidem Luſitanum habuit fundamentum in pauciſſimis terris ex paternà donatione acquiſitis,*ut proœm.*2. §.1. *n.*4. Inde fuit erectum in Regiam dignitatem per ipſum *Chriſtum* Dominum, *ut ibi* §.2. *n.*5 ; nullum alibi tam juſtum, tam felix, tam illuſtre principium, *ut adnotat Britto citato loco.* Poſtea crevit in magnitudinem præſentem, per terras in omnibus mundi partibus ereptas à Paganorum manibus armorum vi;quâ glorià dicat Orbis,ſi admiratus queat loqui. Vide encomia quædam *proœm.*1. §.4.*n.*14 ; vide mirabilia apud *Paul. Jovium, Maphæum, ac innumeros hiſtoricos* ; & ſcias quod, ut cecinit *Vaſcus Mauſinho, in Alphonſo Africano cant.*1,Luſitanum

Naõ foi herdado,mas ganhado Imperio
A Barbaros que a ley de Chriſto afrontam.

hoc eſt : non fuit habitum ex ſucceſſione maiorum, ſed acquiſitum armis Imperium, è Barbaris qui legem Chriſti offendunt ; de aliis in particulari nil dico,tu cogita ; fortè rariſſimum invenies ad magnitudinis culmen evectum niſi per matrimonia;tunc fateberis illa *Veneri* debita, noſtrum *Marti*;

Marti;an ne in honoribus *Marti Venerem* juſtè præpones? 20

Omitto aeris temperiem, camporum amænitatem, fluminum excellentiam, fructuum abundantiam, commercii divitias, gentis virtutes, atque ſimilia generalia, *de quibus omnibus egi latè in* 1.*proœm.à* §.2; quamvis enim ſciam, de his quoque alios argumentari, ea ſolùm afferre libet quæ, Luſitaniæ ſpecialia, non veniunt cum aliis in controverſiam, ut puto.

OBJECTIONIBVS SATISFIT.

Tribus principalibus mediis poterit argumentari 21
adverſus Luſitaniam.

Primò Sic. Antiquitas eſt multùm conſiderabilis non 22
ſolùm in hominibus, *l. ſemper*.5.*ff.de jure immun*; ſed etiam in civitatibus, *juxta Iſaiam c.*23.*n.*7, *l.*1.*C.de conſul. lib.*12, *l.*1.*C.de præpoſ.ſacri cubic.eodem lib*; *gloſa, verbo, primum locũ, in c.ſtatuimus* 15. *de maior. & obed*; *plura Valdeſ.de dignit. Reg.c.*5; ergo Luſitaniæ anteponentur Regna quæ conſtiterit eſſe antiquiora. Reſpondeo, quamvis antiquitas ad 23
rem faciat, non tamen ſola dat victoriam, *ut advertit Doctor fr. Anton.Brandaõ in monarch. Luſit.p.*3.*lib.*10.*c.*16.*ante med*; & patet ratione dictante, Regnum illuſtriſſimum non debere præcedi ab aliquo, fortè barbaro, quod appareat antiquius; extatque exemplum Regni *Scotiæ*(& tamen nobilis,) cujus Reges continuatos ſcimus à *Ferguſio* 1. ante Reges Calliæ, & tamen præceditur à Gallo, & aliis, non ita antiquis ; conſiderantur igitur aliæ inſimul excellentiæ, & plures vincent, *juxta allegata paulò antea n.*14. Sed ſi cupis antiquitatem, relege quæ ſcripſi *proœm.*2. §.6. à n.2, comperies Luſitanum Regnum omnium quæ extant

tant antiquiſſimum, fundatum anno poſt diluvium 143 à *Tbubale* nepote *Noe* ex filio *Japhet*, in oppido adhuc celeberrimo *Sethubal.* Dixi latiùs in meis excellent. Luſitan. *c.*5. *excellent.*1; ubi, ultra Luſitanos, allegavi *Pinedam in monarch. eccleſiaſt. lib.*1. *c.*23; addo *Valdeſium Caſtellanum d. tract. c.*5. *à n.*4. Regnum ita fundatum, per multa ſæcula continuatum fuit cum 22 Regibus, *ut d.* §.6. *n.*3; poſtea in *Carthaginenſibus*, & *Romanis* interruptum, iterùm reſtitutum in *Suevis*, & continuatum per 177 annos, ut ibidem *n.*7; hìc iterùm ruptum, iterùm reſtitutum fuit quinque Regibus, ut *n.*10, quouſque ann. 1094, ultimò fuit fundatum in ſtatum præſentem, *ut proœm.*2. §.1. *n.*5; & ann. 1139, venit ad hodiernam dignitatem Regiam, *ut ibi* §.2. *n.*5; tuncque, jure poſtliminii, recuperavit ſuam antiquitatis prærogativam, quaſi nunquam eam amiſerit per invaſiones hoſtium, *ex regula l. poſtliminium* 19 *cum toto tit. ff. de captiv. & poſtlim. reverſis.*

24 Secundò, aliqui Reges arguunt, quod ipſi ungantur, ac exinde prærogativam deducunt; *ut per Caſſan. d. conſider.* 31. *ante med. verſ. & etiam*; *Chopin. lib.*2. *de domi. Franc. tit.*2. *n.*7. *Graſal. de jur. Reg. Franc. lib.*2. *jure* 2, *& alii.*

25 Reſpondeo, Reges Galliæ ungi oleo cælitus dimiſſo per columbam *Clodoveo* dum baptizaretur per *S. Remigium*, ut narrant *S. Antonin. p.*2. *hiſt. tit.*1. *c.*2. §.7; *Aimoin. de geſt. Franc. lib.*1. *c.*18, *Forcatul. de Imper. Gall. lib.*6. *fol. mihi* 370, *Gaguin. hiſt. Gall lib.*1 *in Clodovæo*, *Gillius in eundem lib.*1; *Hincmar. in vitâ S. Remigii, ac plures.* Tamen neque ipſi, neque ulli alii Regi, particularis eſt unctio, *ut notat Valdeſ. d. tract. de dignit. Reg. cap.*14. *à princ*; ſed communis omnibus, *ut probatur* 1 *Reg. c.*9. *n.*16. *&*

c.10.

*c.*10. *n.*1; *&* 2 *Reg. c.*2.*n.*7; *&* 3 *Reg. c.*1. *n.*34. *&* *c.*19.*n.* 16, *ac paſſim, ut per Lactant. lib.*4. *de verâ ſapient. c.*7; qua ratione, cuncti Reges, *Chriſti,* id eſt uncti, vocantur *Pſal.* 104. *verſ.* 15. ibi: *Nolite tangere Chriſtos meos.* Etiam Rex *Cyrus* ita appellatus fuit *Iſaiæ c.*45. *n.*1; ibi: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*; unde in jure canonico præſcribitur forma ungendi Reges generaliter *in c.*1. §. *unde, de ſacrâ unct*; *advertit Selva de benefic. p.*1. *q.*5. *n.*164. *& ſeq*; & in effectu omnes ungebantur, *ut retuli proœm.*2.§.2. *n.*22; ſignificat autem oleum unctionis lætitiam pro diligendâ juſtitiâ, & odiendâ iniquitate, *juxta Pſalm.*44.*verſ.*8. ibi: *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*; item nitorem conſcientiæ, *juxta Matth. c.*25. *n.*4; ibi: *Prudentes verò acceperunt oleum,* hoc eſt nitorem conſcientiæ, ut interpretatur tx. *in d. c.*1. §. *ad exhibendum de ſacr. unct*; denique promptitudinem ad pugnandum (pro Eccleſiâ,) quâ de causâ oleo ungebantur exeuntes ad ludos Olympicos, *ex Athen. lib.* 9. *c.*16; ad quod alludit Virgil. *lib.*3. *Ænead.*

Exercent patrias, oleo labente, palæſtras
Nudati ſocii.

De his ſignificationibus latiùs *August. de Ancona de poteſt. Papæ q.*38. *art.*2; *Caſtald. de Imp. q.*27. Equidem omnes Hiſpaniarum Reges olim ungebantur, non tantùm Gothi, ut conſtat *ex Concil. Tolet.*12. *c.*1, *Moral. lib.*12. *c.*41, 53, *&* 57, *Bozzius Lugubin. in tract. Imperia pendere à virtutibus, adverſus Machiavel. c.*13. *fol.*153, ſed etiam moderniores, *ut per Garibay lib.*8. *c.*4. *ann.* 1135, *lib.*26. *c.*1, *& lib.*27. *c.*1, *&* 4, *Beuter. lib.*2. *c.*8, *&* 20, *Sandoval in chron. Regis Alphonſi* 7 *Caſtellæ c.* 3, *&* 30, *Zurit. in Annal.*

Aragon.

Tolet. hiſt. Hiſpan. lib.8. c.18, Moral. lib.15. c.20, Garib. Aragon. p.1. lib.5. c.17, lib.2. c.5, lib.7. c. 1, 28, & 29, & lib.10. c.68; (qui refert *Alphonſum* 4 Aragoniæ cantaſſe Evangelium in Pontificali Miſsâ, ut Diaconum.) Hoc per deſuetudinem abiit cum aliis in coronatione noſtrorum Regum; & nil fit aliud, quàm proclamare, ac jurare Regem novum, putantibus Regibus, & ſubjectis, in propriam verti offenſam, ſi utantur cæremoniis quæ illos alliciant ad bene imperandum, & ad bene obediendum; *ut inquit Valdeſ. d. c.14. n.15*; poſſunt autem ungi, ſi velint, unde alii nullam in hoc prærogativam habent.

26 Tertiò, cùm cognomina, ſeu tituli dignitatem demonſtrent, *ex adductis à Valdeſ. d. tract. c.13*, meritò Galliæ Rex gloriatur de titulo *Chriſtianiſſimi* dato primùm *Carolo Magno* (qui regnare incepit ann. 768, & poſtea fuit etiam Imperator) in Concilio Maguntino, *ut aſſerunt P. Mauſon. de geſt. Franc. in Carolo Magno, Gaguin. hiſt. Franc. lib.4. c.1; Sigon. de Imper. Occident. lib.16. ann.506*; &, licet non ſemper continuato, (ut videre eſt *in c. hæc quippè 3. q.6, c. excellentiſſimus 11. q.3, c. novit. 13. de judic.; extrav. meruit de privilegiis, & in Conciliis*, ubi Reges Galliæ jã *glorioſi*, jã *excellentiſſimi*, jam *illuſtres* appellantur, non verò *Chriſtianiſſimi*;) ab aliquibus tamen repetito, *ut notat d. Mauſon. in Ludovico Pio, & Carolo Calvo*, & ſine interruptione à multis annis obſervato. Gloriatur item Caſtellæ Rex de *Catholici* cognomine aſſumpto primùm ab *Alphonſo* 1 Aſturiarum Rege circa an. 740, *ut per Garib. lib.9. c.6, Moral. lib.13. c.10, 13, & 15, Illeſcas hiſt. Pontif. p.1. lib.4. c.85, & omnes hiſtoricos*; & licet interrupto, (ut apparet *ex Roder.*

*lib.9.c.*22,*&* 23,*et ex conciliis*,ubi ſummi Pontifices,Reges Caſtellæ *glorioſos*,*Chriſtianiſſimos*,& *illuſtres* vocarunt, non verò *Catholicos*,) tamen ab aliquibus repetito, *ut advertit Valdeſ. ſupra n.*21. *poſt med*; & continuato ex decreto Papæ *Julii* 2, ſecundùm *Garib. d. lib.*9. *c.*6, vel Papæ *Alexandri* 6, an. 1496, ſecundùm *Zuritam in Annal. Aragon.* 3. p. *lib.*2. *c.*40. Sanè quamvis Reges alii præter Gallos, appellati ſint *Chriſtianiſſimi* à Pontificibus, & Conciliis ; & Reges alii præter Caſtellanos, *Catholici*, quorum utrumque bene oſtenditur *per relata à d. Valdeſio d. c.*13. *n.*15, *&* 21 ; nihilominùs eſt fatendum, magnum reſultare honorem ex eo quod hodie Rex *Chriſtianiſſimus* ſubintelligatur Galliæ ; & *Catholicus* Caſtellæ, per Antonomaſiam, ſicuti cùm ſimpliciter *Poetam* dicimus, ſubauditur apud Græcos egregius *Homerus*, apud nos *Virgilius*, ut inquit tx. *in* §. *ſed jus Inſt. de jure nat.* Reſpondeo ; quantum 27
ad antiquitatem æquè Pontifices honoraſſe Luſitanos Reges, ac Gallos, & Caſtellanos ; nam ſi, *ut retuli*, Gallos, & Caſtellanos vocabant *glorioſos*, *excellentiſſimos*, *illuſtres*, eiſdem cognominibus, imò cognomine etiam *illuſtriſſimi*, Luſitanos appellabant ; vide bullas *in* 2. *proœm.* §. 2. *n.*15, *& n.*16 ; vide item textus *in cap. ex ſpeciali* 18. *de Jud* ; *& in cap. grandi de ſupplend. negl. prœl. lib.* 6. *in integrâ*. Tempore autem moderniori, (ut habes apud *Vaſconcel. in Anacephal. Sebaſtiani n.*5.) Summus Pontifex *Pius* 5, pro notoriis Luſitanorum Regum meritis à Rege *Sebaſtiano* quæſivit quo titulo ab Eccleſiâ vellet inſigniri ? ille verò elegit vocari *Eccleſiæ Romanæ obedientiſſimus* ; quod qui fuerit, *Chriſtianiſſimus* & *Catholicus* erit, juxta notata

per

per doctorem. Gregor. Lop. Madera Caſtellanum in excellent. monarch. Hiſp. c.6. §.7; unde apparet cognomen hoc quàm ſit excellens.

28 Profectò, ita ut nemo dubitabit, Luſitaniam, me judice, primum locum reportaturam; ſic ego credo, quodlibet juſtè judicante, reportaturam clariſſimum locum, ſi non primum; cùm enim, datis pro utràque parte diverſis qualitatibus, formari debeat judicium de principalioribus, vel (ſi æquales ſint) de pluribus ſimul concurrentibus; conſtat, ut puto, Luſitaniam non ſolùm principaliores, ſed & plures qualitates pro ſe habere, ſi in aliquibus vinceretur. *Concluſio.*

QVID CIRCA PRACTICAM in hac re.

29 Pro magnâ hujus rei authoritate quærebam quid aliquando practicatum, recurrens ad ſacrorum conciliorum memorias, quæ ſolæ extant in ſimilibus. Et quidem examinans ſuper hoc generalia concilia ab anno 1139, à quo noſtrum Regnum incepit (*ut proœm.* 2. §.2. *n.* 5) nil ad propoſitum inveni; quamvis enim in principio *Lateranenſis* 4. an. 1215, fiat mentio de Regibus quibus illud, per literas, anuntiatum fuit; conſtat non eſſe ordinatam, cùm Rex *Cypri*, & alii parvi, nominentur ante Reges *Caſtellæ*, *Aragonum*, & alios notoriè præcedentes. Idem dico de ſimili nominatione bis factâ in *Vienenſi* an. 1311, cùm in eâ ſemel nominetur Rex *Hungariæ* in tertio loco, & iterum in ultimo. Si autem ex hoc valeret argumentum, pro no-

bis faciebat, dum Luſitano poſtponit Reges *Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, Bohemiæ, ac Romanorum,* ultra alios, quorum tituli jam ſunt oboliti.

In *Conſtantienſi*, inchoato an. 1414, finito an. 1418, 30
Luſitanus legatus *Alvarus Gonçalves de Attaide* poſtea comes primus *Atouguiæ*, præceſſit legatos Regum *Aragoniæ, Siciliæ, Neapolis, Cypri & Eſcotiæ*, de quo factum fuit authenticum teſtimonium in Luſitaniam portatum, & refert etiam *Brandaõ in monarch. Luſit. p. 3. lib.* 10. *cap.* 15; Sed hoc nihil eſt, cúm hæc Regna ſint hodie confuſa ſub aliis coronis, & deficiat exemplum circa Reges cum quibus hodie poſſumus habere controvertiam. Similiter in *Baſilienſi* inchoato an. 1431; finito an. 1442, legati Luſitani *Alphonſus* comes *Ourem*, marchio *Valentiæ*, & doctor *Vaſcus Fernandes* præceſſerunt legatos *Aragonis, Neapolis, Navarræ, ac Cypri*, ut ex antiquâ memoria refert *Brandaõ loco citato*. Sed hoc quoque, ex ratione jam notatâ, non tollit hodierna dubia.

In *Laterannenſi* 5, in choato an. 1512, finito an. 1517, 31
fuerunt primò Luſitaniæ legati *Triſtanus da Cunha*, & Doctores *Didacus Pacheco, ac Joannes de Faria* (ut in eo refertur *ſeſſ.* 9 *ad princ.*,) poſtea *D. Michael da Silva* (ut refertur *ſeſſ.* 11. *ad princ.*,) qui nominantur poſt legatos Imperatoris, Regis Chriſtianiſſimi, & Regis Catholici, neque aderant alii Regum legati. Planè, (quidquid ſit de ratione,) his tribus cedimus pluribus exemplis; nec illud concilium ullum præſtat caſui dubio. Idem dico de *Tridentino* in choato an. 1554, finito an. 1563; inquo Luſitanus legatus *D. Ferdinandus Martins Maſcarenhas* ſedit poſt

poſt Imperialem, & Chriſtianiſſimum, (ſeparato Catholico, ob contentionem cum Chriſtianiſſimo hîc inceptam,) prout refertur in Cathalogo ad fin. ejuſdem concilii; neque ad fuerunt aliorum Regum legati.

32 Maius inquam dubium eſt cum legato Regis *Magnæ Britanniæ*; hic ſanè præcedebat dum Luſitaniæ Regnum erat, vel exibat è cunabulis; at, eo in magnitudinem evecto, Reges noſtri noluerunt præcedi; ac juſtiſſimè, cùm nemo inficiari poſſit Luſitanum Imperium hodie eſſe latius, locupletius, glorioſius; at verò qualitas requiſita intelligitur de præſenti, non de præterito, *l. in delictis* 4. §. *ſi extraneus, ubi Bart. & omnes, ff. de noxal. act*; quod præcipuam habet rationem in Regnis, cùm enim cuncta ſubjiciantur varietatibus, *ut eleganter diſcurrit Lipſius de conſtant. lib.*1.*c.*16, Regna ſpetialiùs eis ſubjiciuntur, *ad quod alluſit Ovid. lib.* 15. *metam. de Troiâ loquens, Seneca in Troade, ac plures*; Sicque abſonum foret Regnum, vel civitatem parvuam, quia antiqua, non cedere moderniori quam ſæcula maiorem, atque illuſtriorem fecerunt; equidem hoc jus fatetur ipſe Rex *M. Britanniæ,* dum hodie cedit Caſtellano, quem antea (quia non ita potentem) Angli præcedebant.

33 Vtcunque ſit, tempore modernorum Regum, Luſitani legati capiebant meliorem locum; quod ſæpius eveniebat in curiis Summi Pontif; ac Imperatoris, ubi erant frequentiores concurſus. Quâpropter, cùm *Maria* Angliæ Regina Regnum reſtituit Eccleſiæ Catholicæ per legationem miſſam ad Papam *Julium* 3, ipſe ſanctus Pater, quo facilis, & grata via Anglis redderetur, petiit à Luſitaniæ

Legato

Legato, ut, pro eâ vice, à celeberrimo congreſſu abſtineret; quod ille fecit libentiſſimè pro Dei ſervitio, & inveteratâ amicitiâ Anglorum. *Narrat Brandão d. lib.* 10. *c.* 15. *in fine*.

Cum Regibus *Hungariæ*, *Bohœmiæ*, *Sueciæ*, ac *Daniæ*, 34
contentio nulla eſſe poteſt; habent ſiquidem contra ſe ſuperiores rationes clariſſimas; neque ullum præcedentiæ actum poſſunt allegare; imò, nil dubitandum, ſemper poſtpoſitos fuiſſe. Minùs veniet in controverſiam Rex *Poloniæ*, cùm ulteriùs ſit electivus, atque ideò non tantæ dignitatis, ſicut venientes per ſanguinis ſucceſſionem; & etiam puto, aliquid electivi in *Dano* eſſe. Non dantur alii in Europâ de quibus fiat diſputatio, cùm cætera Regna ſubjiciantur nominatorum Coronis.

Ponam pro chronide partem literarum Summi Ponti- 35
ficis *Pii* 5 ad Regem noſtrum *Sebaſtianum* dum eum incitaret ad fœdus contra Turcam *Selinum* 2, quæ habet ſic: *Ut autem Majeſtatem tuam id prompto animo facturam eſſe ſperemus, non ſolùm eâ de causâ adducimur, quia ſuum in propagandâ Religione Chriſtianâ ſtudium perſpectiſſimum habemus, ſed etiam quia proprium eſſe videtur Portugalliæ Regum pia bella libenter ſuſcipere, & cum Infidelibus præliari, quod ex rerum geſtarum magnitudine facilè quivis cognoſcere poteſt.* Servantur hæ literæ in archivo Regni *in lib. bullarum fol.* 84, & referuntur à Brandão *d. lib.* 10. *c.* 15, cum aliis in quibus, à tempore Papæ *Leonis* 10, Summi Pontifices tractabant Luſitaniæ Reges titulo *Majeſtatis*, qui tamen illis temporibus rariſſimus erat; hujus ego tranſcripſi partem, ut teſtimoniũ adeò egregiũ pleniſſimè probet,

bet, quantùm Religio debeat Luſitanis, quàm præclara ſint eorum facta, quam in eis fiduciam habeat communis Pater, quàm honorificè cum Regibus noſtris agat: unde, ad Principes alios, ad omnes mundi ſtatus, perilluſtre oritur documentum.

Finis Appendicis.

CONFIRMA HOC DEVS QVOD OPERATVS ES IN NOBIS.

Pſalm. 67. verſ. 29.


IOANNI IV.
MAG-
NANI-
MO, PIO,
INCLYTO,
FELICI,
VICTORI,
TRIVMPHATO-
RI CASTELLA-
NORVM, LIBE-
RATORI PATRIÆ,
SEMPER AVGVSTO.
LVSITANIA SVA
ÆTERNITATEM
V.
Anno Christianæ salutis
1644
Lusitanæ libertatis 4.
IN BENE-
DICTIONE
EST.
FORTITVDINE AC PRVDENTIA
Quæ tibi per fora, fælix Rex, monimenta leuamus,
Cordibus in nostris non peritura leuas.

PERORATIO.

SAlve JOANNES Sereniſſime, Rex legitime, Donum cœleſte, Deſiderium adimpletum, Gloria Luſitana. Tu Coronam injuſtè ablatam, juſtè recuperaſti; ſervitutem iniquè introductam, æquè depuliſti; tyrannidem ſcelera-tè dominantem, juridicè profligaſti; Religionem impiè oppreſſam, piè aſſeruiſti; Rempublicam infeliciter everſam, feliciter ſuſcitaſti. Vnde te profitetur Regnum Inſtauratorem, Libertas Redemptorem, Juſtitia Vindicem, Religio Patronum, Patria Patrem. Tu laborantibus requiem, flentibus lætitiam, deſperatis ſpem, obſcuris lucem, mortuis vitam præſtitiſti, benignus, pius, magnanimus, clarus, vitalis. Te uno, fruimur cunctis Regibus præteritis, per qualitates, & virtutes, ſine vitiis, ſanguine derivatas; habemus *Alphonſum* 1 religione, *Sanctium* 1 pietate, *Alphonſum* 2 frugalitate, *Sanctium* 2 benignitate, *Alphonſum* 3 induſtriâ, *Dionyſium* liberalitate, *Alphonſum* 4 fortitudine, *Petrum* juſtitiâ, *Ferdinandum* ſplendore, *Joannem* 1 conſtantiâ, *Eduardum* zelo, *Alphonſum* 5 vigore, *Joannem* 2 prudentiâ, *Emanuelem* felicitate, *Joannem* 3 amore, *Sebaſtianum* magnanimitate, *Henricum* devotione; quâpropter ſperamus, ut, quæ ſingulis dona dedit diviſa, tibi

cumulet Divina manus. Videbimus virtutes imperantes, vexilla triumphantia, provincias reſtitutas, claſſes divites, populum glorioſum, veram denique Luſitaniam. Vive igitur, Optimè, Maximè, Cœlo auſpice, fortunâ comite, ſubditis exultantibus, amicis gratulantibus, alienis mirantibus, frementibus hoſtibus.

FINIS.

Laus Deo, Virginique Matri.

A DOMINO FACTVM EST ISTVD: ET EST MIRABILE IN OCVLIS NOSTRIS.

Pſalm. 117. *verſ.* 23.

PROTESTATIO.

SI quid dixi contra doctrinam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, aut contra bonos mores, indictum volo.

Antonius de Souſa de Macedo.

TEXTVS
Juris Canonici, Civilis, & Luſitani ſpecialiùs declarati in hoc opere.

Ex Jure Canonico.

pag.

CAP. Epiſcopus qui filios, 12. q.2.—*lib.*1. *c.*5. *à n.*5. 167
Cap. quicunque 12. q.3.-- *ibi à n.6.* 168
Cap. 1. de ſucceſ. ab int. -- *ibidem.* *eâdem*
Cap. quoties de teſtib. -- *lib.*1. *c.*4. *n.*15. 204
Cap. licet de voto. -- *lib.*1. *c.*5. n.13. 218
Cap. ſtatutum 22. de elect. in 6. -- *lib.* 1 *c.*9.*n.*52. 286
Cap. bonæ 4. *paragr.* nec obſtabat, de poſt prœl. -- *lib.*1.*c.*12. *à n.*31. 416
Cap. nunc autem 21. diſt. -- *lib.*2. *c.*1. *n.*6. 473

Ex Jure Civili.

L. qui in provinciâ 57. *paragr.* 1. ff. rit. nupt. -- *lib.*1. *c.*4. *n.*29. 209
L. cum ita, aliàs l. omnia 32, *paragr.* in fideicommiſſo legat. 2. -- *lib.*1. *c.*5. *n.*27. 224
L. tutela *paragr.* ſi duo, de legit. tut. -- *lib.*1. *c.*9. *n.*46. 284
L. ſi libertus præterito *parag.* 1. de bon. libert. -- *ibi.* *eâdem*
L. ſi pater 15. *paragr.* fin. cum l. ſeq. de adopt. -- *d. c* 9. *n.*150, *max. n.* 178. 351
L. cum avus de cond, & dem. *d. c.*9. *n.*28 *pag.*269. *&* *c.* 10. *n.*5. 373
L. ſcripto 7. ff. unde lib. -- *lib.*1. *c.*11. *n.*6. *pag.*388. *max. n.*9. 390
L. fin. C. de verb. ſign. -- *lib.*1. *c.*5. *n.*27. 224
L. quoties in fin. C. don. quæ ſub mod. -- *lib.*1. *c.*6. *n.*26. 249
L. 1. C. dot. prom. -- *lib.*1. *c* 9. *à n.*180, *&* 182. 353
L. 2. C. de lib. præt. -- *d. c.*9. *n.*186. 356
L. ſi vivâ matre 3. C. bon. mat. -- *d. c.*9. *à n.*189. 357
L. fin. C. natur. lib. -- *d. c.*9. *n.*154, *maxime n.*191. 357
L. cum acutiſſimi C. de fideicom. -- *d. c.*9. *n.*28. *pag.*269, *&* *c.* 10. *n.*5. 373
L. generaliter *paragr.* cum autem C. de inſt. & ſubſt. -- *ibi.* *eâdem*
Paragr. minorem Inſtit. de adoption. -- *lib.*1. *c.*9. *n.*178, 351
Auth. de hær. ab int. *paragr.* ſi igitur verſ. ſed & ipſis coll 9. -- *d. c.*9. *n.*128. 326
Idem textus in verſ. quandoquidem. -- *d. c.*9. *n.*129. 327
Auth. ut fratrum filii in princ. collat. 4. *d. c.*9. *n.*130. *eâdem.*

Ex Jure Luſitano.

Ordinatio lib.2. tit.35. *paragr.* 1. -- *lib.*1. *c.*9. *n.*99. 310
Ordin. lib.4. tit.36. -- *d c.*9. *n.*101. 312
Lex 13. tit. 1. in 6. part. extravag. -- *d. c.*9. n.102. 313
Lex 3 Lameci -- *d. c.*9. *à n.*84. 303
Lex 4 Lameci -- *d. c.*9. *à n.*89. 306
Lex 6 Lameci -- *lib.*1. *c.*12. *à n.*1. 402

INDEX
Rerum magis notabilium in hoc tract. Luſitania liberata.

A.

Abbates. pag.
POſſunt infeudare, *l.*1. *c.*2. *n.*4. 182
Accurtius.
Non reprobatus communiter, lex ſubſidiaria in Luſitaniâ, *l.*1. *c.*9. *n.*125. 321
Ejus laudes remiſſivè. *ibi.*
Diſcipulus Azonis. *Vide Azo.*
Solùm quinquies locutus ex ſe, præter opiniones antiquorum, *ibi. n.*126. 322
Quâ ætate gloſavit Inſt. *ibi. n.*136. 331
Actor.
Debet probare, *procem.*2. *paragr.*1. *n.*35. 83
Actus.
Fit meliori modo quo poteſt, *l.*1. *c.*5. *n.*24. 223
Adrogatus.
Non tranſmittit ſpem quartæ, *l.*1. *c.*6. *n.*19. 246
Affinitas.
Impediens matrimonium, *procem.*2. *paragr.*1. *n.*12. 66
Africa.
Pars Luſitanis ſubjecta deſcribitur, *procem.*1. *paragr.*3. *n.*3. 22
Agnati, Agnatio.
Et cognati differentia ſublata, *l.*1. *c.*4. *n.*30. 210
& *c.*11. *n.*3. 386
Non inter illegitimos, *d. c.*4. *n.*31. 210
Præcedebant cognatis, *d. c.*11. *n.*3. 386
Præcedunt adhuc in ſucceſſione indiviſibili, *d. c.*11. *à n.*4. 387
Comprehenduntur aliquando ſub nomine cognatorum, *d. c.*11. *n.*24. 391
Agnatio quid ſit, *d. c.*11. *n.*28. 398
Aguirre.
Scriptor pro Rege Caſtellæ ad Luſitaniã, oſtenditur ignarus, *l.*1. *c.*14. *n.*18. 448
Alcobaca monaſterium.
Cum laude perenni, & oratione pro Regno Luſitaniæ, *append. c.*2. *n.*6. 755

Alphonſus 1 Rex Luſit. pag.
Natus mirificè, *procem.*2. *paragr.*2. *n.*2. 94
Vincit Caſtellanos, *ibi. n.*3. 95
Quibus titulis utebatur ante Regium, *n.*4. *ibid.*
Erectus in Regem à Chriſto, *ibi. n.*5. 98
Vincit celebre prælium Orichii, *ibi. n.*12. 106
Confirmatur Rex à Papã, *ibi. à n.*13. 107
Facit Regnum cenſuale Romanæ Eccleſiæ, *ibi. n.*14. 109
& *vide l.*1. *c.*1. *à n.*20. 174
Etiam B. Virgini *d. paragr.*2. *n.*44. 138
& *vide l.*1. *c.*2. *à n.*12. 184
Ejus facta, & mors, *d. paragr.*2. *n.*46. 141
Ejus uxor, *ibi. n.*47. 142
Mirus eventus in ejus ſtatuâ, *append. c.*1. *n.*71. 745
Alphonſus 4.
Religioſus, & generoſus, *l.*2. *c.*2. *n.*16. 501
Alphonſus 5.
Religioſus, *l.*2. *c.*2. *n.*16. 501
Amadeus Sanctus.
Luſitanus fundator Amadeorum, *procem.*1. *paragr.*4. *n.*19. 37
America.
Pars ſubjecta Luſitanis deſcribitur, *procem.*1. *paragr.*3. *n.*5. 23
Amor.
Parit præſumptionem, *procem.*2. *paragr.*1. *n.*43. 87
Nullus vincit paternum, *ibi.* *ibi.*
Luſitanorum erga *Ioannem* 4 Regem, Vide *Luſitani.*
Anachoreta.
Primus Europæ, Luſitanus, *procem.*1, *paragr.*4. *n.*19. 37
Anchora ſacra.
Vide *Sacra.*
Anglus, Angli.
Anglus anonymus Scriptor pro Rege Caſtellæ ad Luſit. illuditur, ut pauperrimus, *l.*1. *c.*14. *à n.*37. 458
Angli Catholici decepti à Caſtellanis, *l.*3.

pag.
l.3. c.7. n.26. 621

Anibal

Natus in Luſitaniâ ex Luſitanâ, *proœm.* 1. *paragr.*4. *n.*11. 28

Annua præſtatio.

Relinquit rem liberam, *l.*1. *c.*1. *n.*25. 177

Antecedens.

Vult qui vult conſequens, *proœm.*2. *paragr.*2. *n.*25. 117
*& lib.*1. *c.*9. *n.*159. 342

Antiquitas.

Honorabilis eſt, *append. c.*5. *n.*22. 782

Antonius Sanctus.

Luſitanus primus præceptor, & prædicator ordinis Seraphici, *proœm.*1. *paragr.*4. *n.*18. 36
Vocatus arcna divinarum literar. *ibi.* *ibid.*
Sanctus per antonomaſiam, *ibi. n.*19. 37
Interceſſor pro libertate Luſitaniæ, *l.*3. *c.*3. *n.*18. 570

Antonius.

Prætenſor Coronæ Luſit. *l.*1. *c.*4. 200

Antonius de Fuertes.

Vide *Fuertes.*

Aquila.

Luſitaniæ ſymbolum, *append. c.*1. *n.*9. 714
Ejus qualitates, *ibi.* *ibi.*

Aragonia.

An admittat fœminas ad Coronam? *l.*1. *c.*9. *à n.*142. 335

Arbiter

Et arbitrator fiunt ex conſenſu partium, *l.*2. *c.*1. *n.*9. 474

Arbitrator

Poteſt de jure unius dare alteri, *l.*1. *c.*9. *n.*70. 298
Fit ex conventione partium.
Vide *Arbiter.*

Argumentum

Ab inveriſimili eſt validum, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*45. 89
*& lib.*1. *c.*4. *n.*11. 202
*& d. c.*4. *n.*14. 203
Valet ab emphiteuſi ad feudum, *l.*1. *c.*2. *n.*21. 190
Valet à fideicommiſſo ad Regnum, *l.*1. *c.*9. *n.*8. 261
De toto ad totum, & de parte ad partem, & è contra. Vide *Ius.*
Valet à ſimilibus, & quando ſecus, *d. c.*9. *n.*64. 294
A maioratu ad Regnum, & è contra, *ibid. n.*77. 300
A contrario ſenſu, quando, *ibi. n.*85. 303

pag
De feudo ad aliud, nil valet, *ibid. n.*214. 369

Arma.

Vide *Inſignia.*

Aſia

Pars ſubjecta Luſitanis deſcribitur, *proœm.* 1. *paragr.*3. *n.*4. 23

Aſtra

An indicent futura? *append. c.*1. *n.*76. 749

Attentatum

Lite pendente debet revocari, *l.*2. *c.*1. *n.*19. 486

Auſtriaci

Ambitioſi, *l.*1. *c.*3. *n.*15. 197
Eorum nobilitas unde, *d. l.* 1. *c.* 13. *n.* 11. 438
Eorum tyrannis cum Principe *Eduardo*, *l.*2. *c.*7. *à n.*3. 610
Eorum opinio de ſeipſis, *d. c.*7. *n.*9. 612
Ingratitudo, *ibi. n.*10. *ibid.*
Deſtruunt Germaniæ Principes, *ibid. n.*16. 616
*& n.*18. 617
Eorum crudelitas, *ibi. n.*21. 618
Eorum militum ſacrilegia, *ibi. n.*28. 623
Eorum ſymbolum eſt Gryphus.
Vide *Gryphus.*

Author libri

Qui non probat, non creditur, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*38. 84

Auxilia

Data à Luſitanis, eorum amicis, *proœm.* 1. *paragr.*5. *n.*13. 51
A Luſitanis Caſtellanis, *l.*1. *c.*12. *n.*60. 430

Azo

Magiſter Accurtii, *l.*1. *c.*9. *n.*126. 322

B.

Bartolus

Quare acquiſivit tantam opinionem? *l.*1. *c.*9. *n.*58. 290
Non reprobatus communiter eſt lex ſubſidiaria in Luſitaniâ, *ibi. n.*125. 321
Ejus laudes remiſſivè, *ibi.* *ibi.*

Beatrix da Silva

Luſitana fecit inſtitui Inquiſitionis tribunal, *proœm.* 1. *paragr.*4. *n.*17. 35
Fundavit ordinem conceptionis, *ibid. n.*19. 37

Bellum

Juſtum defenſivum, debet, & poteſt fieri offenſivum, *append. c.*4. *n.*16. 775
Quid ex illo poſſit retineri, *ibi. n.*17. *ibi.*

Beneficia

pag.

Beneficia

Eccleſiaſtica, ſolis naturalibus dantur. Vide *Naturalis.*

Bernardus Sanctus

Intercedit Romæ pro Rege Luſit. *proœm. 2. paragr. 2. n. 14.* 108

Juvat Luſitanos in prælio *l. 1. c. 2. n. 6.* 183

Ejus prophetia de Luſitaniâ, *append. c. 1. n. 44.* 731

Ejus ſanctitas, eximiè, *ibid.* *ibid.*

Biaca.

Vide *Fuertes Biaca.*

Bona fides.

Vide *Fides Bona.*

Brachara.

Urbs Luſitaniæ, habet Primatum Eccleſiæ in Hiſpaniis *proœm. 1. paragr. 4. n. 26.* 34

Brigantiæ Domus.

Procedit à Joanne I. Rege Luſit. *l. 1. c. 13. n. 9.* 436

Et à magno D. Nunio Alvares Pereira, *proœm. 2. paragr. 3. n. 34.* 159

Ejus Domus nobilitas, *d. c. 13. n. 9.* 436

Nobilior Domibus Caſtellæ, ac Auſtriæ, *ibid. à n. 10.* 437

Odio habita à Regibus Caſtellæ, *l. 2. c. 2. à n. 12.* 503

Brevitas

Inſiſtendo laudatur, *l. 1. c. 1. n. 19.* 174

C.

Campi Elyſii

Figurabantur ab antiquis in Luſitaniâ, *proœm. 1. paragr. 2. n. 11.* 11

Caput

Gubernat exemplo. Vide *Exemplum.*

Caramuel.

Scriptor pro Rege Caſtellæ ad Luſit. redditur ridiculus, *l. 1. c. 14. à n. 19.* 448

& *l. 2. c. 7. n. 12.* 537

& *append. c. 3. n. 9.* 767

Caſtellæ Reges.

Quomodo appellentur Reges Hiſpaniæ, *proœm. 1. paragr. 2. n. 4.* 6

Inceperunt per rebellionem, *proœm. 2. paragr. 2. n. 43.* 137

Fuerunt ſciſmatici, *ibid. paragr. 3. n. 2.* 145

Eorum tyrannis, *d. paragr. 3. n. 2, & 3.* *ibid.*

Victi per Luſitanos, *d. paragr. 2. n. 3.* 95

& *d. paragr. 3. n. 30.* 157

Nullum habuerunt jus in Luſitaniæ Regno, *proœm. 2. paragr. 1. à n. 24.* 74

& *l. 1. c. 8.* 252

Non ſunt ſucceſſores Gothorum, *d. c. 8. à n. 6.* 254

Volunt uti jure ſpeciali, *l. 1. c. 9. n. 32.* 279

& *n. 143.* 337

Odiunt Luſitanos. Vide *Caſtellani.*

Quæ auxilia habuerunt à Luſitanis. Vide *Auxilia.*

Nunquam auxiliati ſunt Luſitanis, *l. 1. c. 12. n. 61.* 431

Unde eorum nobilitas, *l. 1. c. 13. à n. 10.* 437

Eorum ambitio *ibid. n. 4.* 435

& *n. 12.* 439

Inſidias ſuorum paſſi, *l. 3. c. 4. n. 4.* 588

Simulantes cauſam Religionis pro intereſſe, *l. 3. c. 7. à n. 25.* 621

Eorum militum ſacrilegia, *ibi. n. 28.* 623

& *d. l. 3. c. 9. n. 33.* 668

Inſidiatores, *d. c. 7. n. 32.* 626

Catholici ſtatus *ibid. n. 58.* 641

Eorum ſymbolum. Vide *Gryphus.*

Eorum titulus Catholici, unde, & quando, *append. c. 5. n. 26.* 785

Alia vide verbo *Philippus Rex.*

Caſtellani.

Eorum natura, *l. 1. c. 8. n. 3.* 252

Ambitio, *d. c. 8. n. 5.* 253

Imprudentia, *ibid. n. 6.* 254

Utuntur libris legum ignotis, *l. 1. c. 9. n. 205.* 364

Eorum forma argumentandi, *l. 1. c. 12. n. 45.* 422

Odiunt Luſitanos, *ibid. à n. 57.* 428

Eis miſerentur Luſitani. Vide *Luſitani.*

Calumniantes Luſitanos *l. 3. c. 7. à n. 24.* 620

Comparantur cum Luſitanis in Religione, *ibid. n. 31.* 625

& *n. 57.* 640

Quantùm timeant Luſitanos, *l. 1. c. 9. à n. 13.* 657

& *n. 51.* 676

Eorum barbaries in præſenti bello, *ibid. n. 29.* 666

& *n. 53.* 677

& *n. 60.* 680

Sacrilegia, *ibid. n. 33.* 668

& *n. 53.* 677

Prudentiores lætantur de libertate Luſitanorum, *l. 3. c. 10. n. 16.* 703

Caſus

Omiſſus remanet in diſpoſitione juris, *l. 1. c. 9. n. 212.* 368

Fortuitus non punitur, *l. 2. c. 6. n. 3.* 531

pag.

Catharina Regina Galliæ
Prætendit Luſitanam Coronam, *l.1.c.5.* 213
Catharina Duciſſa Bragantiæ.
Hæres Luſitanæ Coronæ, *l.1. à c.9.* 258
Catholicus
Quare vocetur Rex Caſtellæ.
Vide *Caſtella Rex.*
Cauſa
Facit præſumptionem, *procem.2. paragr. 1. n.44.* 88
Cauſans
Damnum videtur dare, *l.2. c.6. n.3.* 531
Et tenetur ſatisfacere, *append. c.4. n.12.* 773
Cenſura
Ad ſcribentes pro Rege Caſtellæ, *l.1. c.14. à n.17.* 448
Cenſus
Solvitur de re propriâ, *l.1. c.1. n.27.* 178
Chriſtianiſſimus
Quare vocetur Rex Galliæ.
Vide *Galli.*
Chriſtus Dominus
Fundat Regnum Luſit. *procem.2. paragr. 2. n.5.* 98
Ejus imaginis mirus eventus in acclamatione *Ioannis* 4, *l.3. c.3. n.18.* 571
& vide append. c.2. n.20. 756
Ejus promiſſio adimpleta, *append. c.1. n.44.* 727
Ejus reſpectio eſt remedium, *ibid. c.1. n.46.* 728
Ejus imaginis miraculum, *ibid. n.47.* *ibid.*
Chronica.
Vide *Hiſtoria.*
Circunſtantiæ
Mirabiles in acclamatione *Ioannis* 4, *append. c.2. à n.14.* 758
& à n.17. 759
Citatio
An conſtituat in malâ fide? Vide *Fides.*
Cognati
Et agnati differentia. Vide *Agnati.*
An præferantur ab agnatis? *ibid.*
Comprehendunt aliquando agnatos, *ibi.*
Commendæ
In Luſitaniâ quot, *procem.1. paragr.5. n.7.* 47
Conditio
Non ſemper cenſetur repetita, *l.1. c.9. n.87.* 305
Contrahendi matrimonium cum certis, vel non, an valeat? *l.1. c.12. n.55.* 427
Oritur ex die incerto, *l.1. c.6. n.20.* 247
Conditionale jus. Vide *Ius.*

pag.

Conſeſſor Sanctus
Primus canoniſatus ut hodie, fuit Luſitanus, *procem.1. paragr.4. n.19.* 37
Confirmatio
In formâ communi, vel ſpeciali quid importet, *procem.2. paragr.2. n.38.* 130
In formâ communi nil dat novi, *l.1. c.1. n.24.* 177
Conjectura.
Vide *Præſumptio.*
Conſanguineus
Quis vocetur, *procem.2. paragr.1. n.13.* 67
Conſcientia
Arguit, *l.3. c.5. n.10.* 596
Conſequens
Qui vult, vult antecedens.
Vide *Antecedens.*
Conſilium
Poſt factum datur, quod ante factum non daretur, *l.2. c.1. n.18.* 485
Conſuetudo
Facit præſumptionem, *procem.2. paragr. 1. n.41.* 87
& l.1. c.1. n.28. 179
Quot actibus fiat, *d. paragr.1. n.41.* 87
& l.1. c.3. n.19. 198
Facit, & abrogat legem, *d. c.3. à n.18.* 197
Non fit ex errore, *ibi. n.21.* 199
Ejus authoritas, *l.1. c.5. n.46.* 234
Vicinorum eſt lex ſubſidiaria, *l.1. c.9. n.83.* 301
Conteſtatio litis.
Vide *Lis.*
Contractus
Habet nomen à verbis, *l.1. c.2. n.13.* 183
Quomodo interpretatur, *ibi. à n.18.* 187
Appellatus emphiteuticus, aliquando tranſit in cenſuarium, *ibi. n.21.* 190
A principio voluntarius, poſtea neceſſarius, *l.1. c.3. n.9.* 194
Contumax
Contra eum habetur lis pro conteſtatâ quoquo modo, *l.3. c.5. n.8.* 595
Corrumpens
Judicem, amittit cauſam, *l.2. c.2. n.10.* 499
Crux
Apparuit multis Principibus, *append. c.3. n.11.* 768

D.

De dictio
Quid ſignificet? *l.1. c.12. n.40.* 419

pag.

Defenſio

Naturaliter licet, *l.2.c.7.n.14.* 539

& append. c.4.n.16. 775

Etiam contra ſuperiorem, *d.n.14.* 539

Deſcendentes.

Vide *Filii.*

Deſcendentia

Debet probari plenè, nec fama ſufficit, *l.1.c.5.n.11.* 217

Deſcriptio

Luſitaniæ, *prœm.1.paragr.2. à n.1.* 5

Detinere.

Vide *Poſſidere.*

Deus

Luſitanorum fautor in præſenti, *l.3.c.10. n.10.* 698

Aliquando revelat futura, *append. c.1. n.1.* 709

Et parvulis, *d.c.1.n.58.* 738

Denuntiat remedium captivis *ibi.n.*80. 750

Dictiones, &, ſi, de, ſuper.

Vide, *Et, Si, De, Super.*

Dies

Incertus facit conditionem, *l.1.c.6. n.20.* 247

Dignitas, Dignitates

Non dat præcedentiam in ſucceſſionibus, *l.1.c.13.n.8.* 436

Peccantis, auget culpam, *l.3.c.5.n.21.* 602

Dignitates eccleſiaſticæ, & ſæculares in Luſitaniâ, *prœm.1. paragr.2. à n.18.* 17

Luſitanorum extra patriam, *ibi. paragr.4. à n.21.* 39

Regum maior unde? Vide *Rex.*

Augetur ex ſubditis, *append. c.5.n.16.* 780

Dignum, Dignius.

Magis attrahit minus, *prœm.2.paragr.2. n.29.* 121

Dignius debet facere exordium, *l.1.c.1. n.1.* 166

Diſcere

Semper debemus *l.1.c.6.n.7.* 238

Diſcipulus

Loquatur modeſtè contra magiſtrum, *l.1.c.9.n.126.* 322

Bonus nobilitat magiſtrum, *l.1.c.10. n.26.* 384

Diſpenſatio

In matrimoniis olim difficilior, *prœm.2. paragr.1.n.18.* 69

Diſpoſitio

Hominis, Vide *Homo.*

Diſtinguere

Non debemus ubi lex non diſtinguit, *l.1.c.9.n.121.* 319

Divitiæ

Luſitaniæ, *prœm.1.paragr.2. à n.20.* 18

Doctor

Intelligitur ſecundùm jura quæ allegat, *l.1.c.6.n.22.* 247

Videtur approbare ultimam ſententiam, *l.1.c.9.n.61.* 293

Sed non ſemper, *d.c.9, n.136.* 3[illegible]2

Sibi contrarius non facit numerum, *ibi. n.62.* 293

Solùm dicitur habere opinionem quando diſputat, *ibi.n.65.* 296

Sine fundamento nil probat, *ib. n.66.* *ibi.*

Similiter nil allegans, *ibid.* *ibi.*

In ſpetie, ſine contradictore habet magnam authoritatem, *ibid. n.94.* 309

Opinio quam ſcripſit tempore poſteriori, cenſetur melior, *ibi.n.1.6.* 332

Doctores ridiculos vide *l.1.c.14.n.22.* 449

Facetis titulis nominatos vide *ibi.n..9* 443

& n 30. 455

& n.36, & 37. 458

& n.42. 461

Ignorans poteſt privari gradu *d.n.36.* 458

Non fit à dignitate, ſed à ſcientiâ, *ibi.* *ibi.*

Dominus

Rei ſuæ moderator, & arbiter, *l.1.c.5. n.5.* 214

Donatio

Principis, cenſetur libera, *prœm.2.paragr.1.n.34.* 83

Abſenti valet, *l.1.c.1.n.15.* 171

Et per brevem epiſtolam, *ibid.* *ibid.*

Facta Eccleſiæ valet faciliùs, *ibid.* *ibid.*

& d.l.1.c.2.n.8. 174

Remuneratoria eſt efficacior, *ibid.n.16.* 186

Aliquando ſumitur pro tranſactione, *ibi. n.20.* 189

Donationis jus pendens an tranſmittatur? *l.1.c.6.n.16. maximè n.26.* 249

Dos

Debetur à patre filiæ, *prœm.2.paragr.1 n.44.* 88

Dubia

Judicantur pro eo qui agit de damno vitando, *l.1.c.9.n.67.* 295

Dubitans

Anſit in malâ fide? Vide *Fides.*

Duella

Deciderunt lites de regnis, *l.1.c.9. à n.41.* 281

Hodie ſunt prohibita, *ibidem, n.43.* 282

Dux

pag.

Dux

Per antonomaſiam in Hiſpaniis, vocabatur Bragantinus, *append. c.*1.*n.*72. 746

E.

Eccleſia

Quid debeat Luſitanis prælatis, *proœm.*1. *paragr.*4.*n.*21. 39

Non poteſt habere niſi unum caput, *proœm.*2. *paragr.*2.*n.*37. 128

Ejus laudes *l.*3. *c.*7. *n.*50. 635

Ejus juriſdictio. Vide *Iuriſdictio*.

Eccleſia quando ſit hæres Epiſcoporum, *l.*1. *c.*1. *à n.*3. 167

Ejus favor in donationibus, *ibi. n.*15. 171

*& c.*2. *n.*8. 184

Eduardus Infans Luſitaniæ

Detentus tyrannicè ab Auſtriacis, *l.*3. *c.*7. *à n.*3. 610

Ejus merita, *ibid. n.*10. 612

Venditus, *ibid. n.*13. 614

Ejus qualitates, *ibid. n.*20. 617

Ægidius Sanctus

Prophetiſat de Regno Luſitaniæ, *append. c.*1. *n.*53. 734

Electio

In Regnis an melior ſucceſſione? Vide *Regnum*.

Sine legitimâ formâ nil valet, *l.*1. *c.*4. *n.*35, *&* 36. 211

Ad clamorem populi reprobatur, *ibid.* 212

Eliſabeth Sancta Regina

Habuit revelationem de eventibus Luſitaniæ, *append. c.*1. *n.*54. 735

Elyſii campi.

Vide, *Campi.*

Emanuel Dux Sabaudiæ

Aſpirat ad Luſitanum ſceptrum, *l.*1.*c.*7. 250

Emanuel Rex Luſitaniæ

Ejus Religio, *l.*2. *c.*2. *n.*16. 502

Remunerator virtutis, *ibi. c.*4. *n.*5. 513

Miſit dona pretioſiſſima Romam ad templum B. Petri, *l.*3. *c.*7. *n.*31. 626

Emphiteuſis

An deferatur per Repræſentarionem? Vide *Repræſentatio*.

Contractus vocatus emphiteuticus, aliquando tranſit in cenſuariū, *l.*1.*c.*2.*n.*21. 190

De eâ valet argumentum ad feudum, *ib.* *ibi.*

Eccleſiaſtica non venit ad legitimatum, *l.*1. *c.*4.*n.*26. 208

Nec ad naturalem, *ibid. n.*32. 210

pag.

Epiſcopi

Eorum hæreditas cui pertineat, *l.*1. *c.*1. *à n.*3. 167

Equæ

Concipientes ex vento in Luſitaniâ, *proœm.*1. *paragr.*2. *n.*16. 15

Error

Non facit conſuetudinem. Vide *Conſuetudo.*

Et dictio

Copulat, *l.*1. *c.*1. *n.*6. 168

Alias ſignificationes vide, *d. l.*1. *c.*9. *n.*128. 326

Ætas

Maior prævalet in ſucceſſione maioratus, *l.*1. *c.*9. *n.*4. 259

Sed hoc poſt lineam, gradum, & ſexum, *d. l.*1. *c.*10. *n.*8. 375

Eucharistia Sacramentum

Vindicatum à *Ioanne* 1 Rege Luſitaniæ, *append. c.*2. *n.*28. 761

Favet Regibus Luſitaniæ, *ibid.* *ibid.*

Ejus ſignum apparuit in lunâ tempore acclamationis Joannis 4, *ibi. n.*27. *ibid.*

Quaſi ei faveat, *ibid. n.*29. 762

Europa

Melior pars mundi, *proœm.*1. *paragr.*2. *n.*6. 8

Exemplum

Sumitur à ſuperioribus, *l.*1. *c.*3. *n.*6. 192

Capitis gubernat membra, *l.*1.*c.*9.*n.*75. 300

Exemplis non judicatur, *d. c* 9. *n.*144. 338

Exercitus

Magnus conſiſtit in orationibus. Vide *Orationes.*

Expenſæ

Deducuntur in reſtitutione fructuum, *append. c.*4.*n.*14. 774

F.

Facinora

Præclara Luſitanorum in præſenti bello contra Caſtellanos, *l.*3. *c.*9. *à n.*4. 652

*& à n.*36. 669

*& à n.*45. 673

*& à n.*73. 687

Fæminarum Luſitanarum, *ibi. à n.*46. 674

*& à n.*75. 688

Factum

Non præſumitur, *proœm.*2.*paragr.*1.*n.*45. 88

Producit jus, *in poſitione caſus ante librum* 1. 163

pag.
Declarat, ſicut verba, *l.* 1. *c.* 2. *n.* 5. 182
& c. 3. *n.* 19. 198

Fama

Perſonæ multum valet ad probationem in criminibus. *prœm.* 2. *paragr.* 1. *n* 10. 65
Etiam in generali circa particulare, *ibid.* *n.* 11. 66
Probat in matrimonio cum adminiculis, *l.* 1. *c.* 4. *n.* 10. 202
Non ſufficit ad probandam deſcendentiam, *l.* 1. *c* 5. *n.* 11. 218
Conſtituit malam fidem, *ibid. n.* 31. 226
Ei creditur aliquando, *d. l.* 1. *c.* 14. *n.* 9. 414

Favor

Non debet verti in odium, *l* 1. *c.* 9. *n.* 112. 316

Fæcunditas

Maxima in procreando, *prœm.* 1. *paragr.* 4. *n.* 24. 42

Felix Sanctus

Luſitanus, primus Anachoreta Europæ, *prœm.* 1. *paragr.* 4. *n.* 19. 37

Fæmina

Quando ſuccedat in feudo, *l.* 1. *c.* 1. *n.* 16. 172
Regulariter ſuccedit in Regnis, *l.* 1. *c.* 3. *n.* 7. 193
Specialiter in Regnis Hiſpanis, *ibi.* *ibid.*
Specialius in Luſitano, *ibi. n.* 8. *ibid.*
Dummodo nubat Luſitano, *l.* 1. *c.* 12. *à n.* 1. 412
Quid in Aragonio? *l.* 1. *c.* 9. *à n.* 142. 395
Veniunt nomine hæredis, & ſucceſſoris, *d. l.* 1. *c.* 3. *n.* 8. 194
Poſtponitur maſculo in maioratu. Vide *Sexus.*
Ejus excluſio eſt contra jus commune, *d. c.* 9 *n.* 214. 370
Ejus & maſculi differentia in ſucceſſionibus ſublata; at non in totum. Vide *Sexus.*
Caput & finis ſuæ generationis, *l.* 1. *c.* 11. *n.* 5. 388
Non amittit agnationem, *ibi. n.* 8. 389
Quamvis nubat *ibid. n.* 9. 390
Luſitanarum facinora. Vide *Facinora.*

Ferdinandus Rex Hungariæ vocatus Imperator

Tyrannus contra Principem *Eduardum*, *l* 3. *c.* 7. *à n.* 3. 610
Ingratus, *ibi. n.* 10. 612
Traditor, *ibid. à n.* 11. 613
Pſaltat veſtibus muliebribus, *n.* 14. 615
Reprehenſus à Religioſis, *n.* 16. 616
Ejus crudelitas, *n.* 21. 618

pag.

Feudatarius, Feudum

Quomodo poſſideat, *prœm.* 2. *paragr.* 1. *n.* 33. 83
& paragr. 2. *n.* 31. 123
Feudum non probatur ſine ſcripturâ, *prœm.* 2. *paragr.* 1. *n.* 32. 82
Non præſumitur, *ibi. n.* 33. *ibid.*
Eſt ſervitus, *ibi.* 83
Feudi dominus quale dominium retineat, *prœm.* 1. *paragr.* 2. *n.* 32. 123
& l. 1. *c.* 1. *n.* 23. 176
Feudum quomodo noſcatur, *d. c.* 1. *à n.* 11. 170
maxime à n. 20. ubi de ſubſtantiâ. 174
Dominus tenetur defendere vaſſallum, *ibi. n.* 13. 171
Vaſſallus debet feudum confirmare, *ibi. n.* 14. *ibid.*
Feudum antiquum quale ſit, *ibi. n.* 16. *ibid.*
Quis in antiquo ſuccedet, *d. n.* 16. 172
Deficiente ſucceſſore redit ad dominum, *n.* 17. *ibid.*
Tunc, dominus quid debeat facere, *ibi.* 173
In feudo non ſuccedunt illegitimi, *ibi.* *ibid.*
Inveſtitura quomodo fiat, *n.* 21. 175
Feudi definitio, *n.* 23. 177
Non fit ex annuâ præſtatione, *n.* 25. *ibid.*
Feudi rari in Hiſpaniis, nulli in Luſitaniâ *n.* 26. 179
An in eo ſuccedat Sacerdos? *n.* 29. 180
Feudum qui poſſint dare, *l.* 1. *c.* 2. *n.* 4. 182
Proprium, & improprium, *d. c.* 2. *n.* 19. 188
Improprium quale? *ibi. n.* 20. *ibid.*
Ad feudum valet argumentum ab emphiteuſi, *ibid. n.* 21. 190
In eo non ſuccedit legitimatus, *l.* 1. *c.* 4. *n.* 26. 208
Nec filius naturalis, *d. c.* 4. *n.* 32. 210
An deferatur ex Repræſentatione? Vide *Repræſentatio.*
De feudo ad alia, non valet argumentum. Vide *Argumentum.*

Fictio

Non extenditur ultra caſum expreſſum, *l.* 1. *c.* 9. *n.* 10 261
Fictio legis, an fingat impoſſibile? Vide *Lex.*

Fideicommiſſum

De eo ad Regnum argumentum. Vide *Argumentum.*
Eo gravatus poſt mortem, non debet ſi habeat filios, *l.* 1. *c.* 9. *n.* 28. 269

Fidelitas

Luſitana. Vide *Luſitani.*

pag.

Fides

Bona, vel mala, in facto conſiſtit, *proœm. 2. paragr.* 1. *n.9.* 64
Præſumitur bona, *ibi. n.*10. 65
*& l.*1. *c.*5. *n.*36. 228
Mala impedit præſcriptionem.
Vide *Præſcriptio.*
Bona, vel mala tranſit ad hæredes, *d.c.*5. *n.*37. 229
*& l.*3. *c* 5. *n.*9. 595
Quando ſecus, *d. l.*1. *c.*5. *n.*38. 229
Quomodo conſtituatur mala, *d.c.*5. *n.*31. 226
*& l.*3. *c.*5. *à n.*4. 593
Bona cenſetur in poſſeſſione immemoriali, *l.*1. *c* 5. *n* 38. 229
Malam an faciat conſcientia dubia? *l.*3. *c.*5. *n* 5. 594
Malam an faciat citatio? *ibi. à n.*7. 595
Quomodo fiat per litis conteſtationem, *ibid.* *ibid.*
Malæ fidei poſſeſſor. Vide *Poſſeſſor.*
Fides teſtis. Vide *Teſtis.*

Filiatio

Multum probatur à dicto patris.
Vide, *Patris.*

Filia

Regis in Hiſpaniis olim vocabatur Regina, vel Infans, ſi erat legitima, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*19. 70

Filius

Matrimonii putativi, quomodo ſit legitimus, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*8. 64
Quomodo probetur putativum, aliquid vide *ibi. ex n.9.* *ibid.*
Filius idem cum patre cenſetur, *l.*1. *c.*3. *n.*10. 195
*& c.9. n.*5. 259
*maxime n.*45. 282
Filius boni, cenſetur bonus, *d. c.*3. *n.*12. 195
Filius, ergo hæres, *l.*1. *c.*4. *n.*5. 201
Filius legitimatus. Vide, *Legitimatus.*
Filius naturalis. Vide, *Naturalis.*
Filii appellatione veniunt ſoli legitimi aliquando, *l.*1. *c.*4. *n.*32. 210
Filius Regis. Vide *Regis* filius.
Filius quiſque lineam conſtituit.
Vide, *Linea.*
Tranſmittit hæreditatem ptaris, *l.*1. *c.*6. *n.*11. 241
Si pater eſt mortuus, *ibid. n.*13. 243
Eſt quaſi dominus bonorum patris, *ib.* *ibid.*
Filius adrogatus. Vide, *Adrogatus.*
Filii appellatione, an veniat neptis ex filio? *l.*1. *c.*9. *à n.*192. 358

pag.

Fluvii

Luſitaniæ, *proœm.*1. *paragr.*2. *n.*11. 13
Auriferi, *ibid.* *ibid.*

Fontes

In Luſitaniâ plurimi, *proœm.* 1. *paragr.*2. *n.*12. 14

Forma

Legis non ſervata annullat, *l.* 1. *c.*4. *n.*36. 212

Fortitudo

Luſitanorum, *proœm.* 1. *paragr.*4. *à n.9.* 28

Franciſcus Seraphicus

Prophetiſat de Luſitaniâ, *append. c.* 1. *n.* 51. 732

Fructus

Qui debentur à poſſeſſore.
Vide, *Poſſeſſor.*

Fruſtra

Precibus impetratur quod à jure communi conceditur, *l.*1. *c* 4. *n.*17. 204

Fuertes Biota

Scriptor pro Rege Caſtellæ aereus irridetur, *l.*1. *c.*14. *à n.*30. 445

Futura

An indicentur per aſtra? Vide, *Aſtra.*

G.

Galli, Gallia

Petunt duces à Luſitanis contra Romanos, *proœm.*1. *paragr.*4. *n.*12. 30
Galliæ Regum inſignia. Vide, *Inſignia.*
Eorum unctio, *append. c.*5. *n.*25. 783
Eorum titulus Chriſtianiſſimi, *ibi.n.*26. 787

Gens

Plurima in Luſitaniâ, *proœm.*1. *paragr.*4. *n.*23. 41

Germania

Ancilla Auſtriacûm, *l.*3. *c.*7. *n.*16, & 18. 616

Gladius

In Scripturis quid ſignificet, *append. c.*1. *n.*34. 720

Gothi

Quare olim exiverunt è patriâ, *proœm.*1. *paragr.*2. *n.*11. 13

Gradus

Inſpicitur ad ſucceſſionem, ſtatim poſt lineam, *l.*1. *c.*6. *n.*5. 237
*& c.*10. *n.*8. 375

Gratitudo

Invenitur in brutis, *l.*3. *c.*7. *n.*10. 613

Gravatus fideicommiſſo.
Vide, *Fideicommiſſum.*

Gregorius

pag.

Gregorius 13 Papa
Agnovit juſtitiam *Catharinæ* Duciſſæ Bragantiæ ad Coronam, *l.* 1. *c.* 14. *n.* 15. 446
Voluit eſſe mediator in cauſâ, *l.* 1. *c.* 1. *n.* 11. 436

Gryphius
Symbolum Domuum Auſtriæ, ac Caſtellæ, *append. c.* 1. *n.* 56. 736

H.

Henricus
Progenitor Regum Luſitaniæ quis, *proœm.* 2. *paragr.* 1. *à n.* 2. 59
Ejus uxor, *ibid. à n.* 5. 61
Ejus dos, *ibid. à n.* 24. 74
Bellum gerit ad Regna Caſtellæ, *n.* 21. 71
Moritur plenus victoriis, *n. fin.* 92

Henricus Cardin. Rex Luſit.
Ponit cauſam ſucceſſionis in judicio, *l.* 2. *c.* 1. *à n.* 15. 477

Hæreditaria ſucceſſio.
Vide, *Succeſſio.*

Hæreditas
Epiſcoporum ad quem pertineat, *l.* 1. *c.* 1. *à n.* 3. 167
Aſcendentis tranſmittitur, non collateralis, *l.* 1. *c.* 6. *à n.* 11. 241
Quid ſit, *ibid. n.* 13. 243
Non dicitur niſi poſt mortem, *ibid.* *ibid.*

Hæres
Ejus appellatione veniunt omnes ſucceſſores quamvis longiſſimi, *l.* 1. *c.* 3. *n.* 3. 191
Etiam fœminæ, *ibid. n.* 8. 194
Tenetur ad voluntatem defuncti, *l.* 1. *c.* 5. *n.* 13. 218
Non poteſt repudiare partem, *ibi. n.* 20. 221
Non poteſt eſſe qui dolo cauſavit mortem defuncti, *l.* 2. *c.* 2. *n.* 4. 496
Nec qui impedivit eum teſtari, *ibi. n.* 8. 498
Vel impedivit liberos ſuſcipere, *ibid.* *ibid.*
Succedit in malâ fide defuncti, *l.* 1. *c.* 3. *n.* 31. 226
& l. 3. *c.* 5. *n.* 9. 596

Hiſpania
Duplex, *proœm.* 1. *paragr.* 2. *à n.* 3. 6
Hiſpaniæ Rex quomodo appelletur Rex Caſtellæ, *ibid. n.* 4. *ibid.*
Cætera de dicto Rege Hiſpaniæ. Vide *Caſtellæ Rex.*

Hiſtoriæ
Antiquæ quomodo fidem habeant, *proœm.* 2. *paragr.* 1. *n.* 31. 81

Homo
In diſpoſitione ſuâ videtur ſe conformare cum lege, *l.* 1. *c.* 9. *n.* 44. 282

Hoſpitalitatis jus
Eſt indemne de jure gent. *l.* 3. *c.* 7. *à n.* 7. 611

I.

Ieſus.
Vide, *Chriſtus* Dominus.

Ieſuitæ hoc eſt Patres è Societate Ieſus.
Quantum in eorum fundatione debeant Luſitaniæ. *proœm.* 1. *paragr.* 4. *n.* 18. 36
& n. 21. 40
Eorum vota pro Rege Luſitaniæ, *append. c.* 1. *n.* 67. 743

Ignorantia
Facti præſumitur, *proœm.* 2. *paragr.* 1. *n.* 14. 67
Probatur ex difficultate ſciendi, *ib. n.* 15. *ibi.*
Juris, non excuſat; facti ſic. *ib. n.* 16. 68

Imperator
Eſt ex electione, & quare, *l.* 1. *c.* 3. *n.* 13. 196
Præcedit Reges, *append. c* 5. *n.* 3. 776
Aliud, ſi non eſt coronatus, *ibid.* 777

Imperium
Luſitanorum deſcribitur, *proœm.* 1. *paragr.* 3. 21
Ejus excellentiæ, *ibid. paragr.* 5. 44

Impoſſibilia
An fingantur à lege? Vide *Lex.*

Inhabilis
Eſt quaſi non ſit, *append. c.* 1. *n.* 43. 724

Inquiſitionis Tribunal
Inſtitutum monitu Luſitaniæ, *proœm.* 1. *paragr.* 4. *n.* 17. 35

Inſignia
Regni, vel maioratus portantur à poſſeſſore, *l.* 1. *c.* 11. *n.* 26. 398
In eorum delatione conſiſtit honor, *append. c.* 3. *n.* 1. 765
Inſignia Principum & Regum Luſitaniæ, *ibid. à n.* 2. *ibid.*
Regum Galliæ, *ibid. n.* 5. 766
& n. 11. 768
Oſtendunt dominium, *ibid. n.* 10. *ibid.*

Inſtrumentum.
Vide, *Scriptura.*

Inſulæ
Adjacentes Luſitaniæ, *proœm.* 1. *paragr.* 3.

pag.

*ragr.*3. *n.*2. 21

Inveriſimile

Facit argumentum validum.

Vide, *Argumentum.*

Inveſtitura feudi

Vide, *Feudum.*

Ioannes Caramuel.

Vide, *Caramuel.*

Ioannes de Mata

Luſitanus fundator ordinis Trinitatis, *proœm.*1. *paragr.*4. *n.*19. 38

Ioannes de Deo Sanctus

Luſitanus fundator hoſpitalitatis, *proœm.* 1. *paragr.*4. *n.*19. 37

Ioannes 1 Dux Bragantiæ

Ejus religio, *l.*1. *c.*2. *n.*17. 503

Moritur cum ſuſpicione veneni, *ibid.* *ibid.*

Ioannes 1 Rex Luſitaniæ

Sumitur in defenſorem Regni, *proœm.*2. *paragr.*3. *n.*3. 145

Eligitur Rex, *ibid.* *n.*4. 146

Confirmatur à Summis Pontif. *ib.* *n.*5. 147

Et à Cœlo ſignis mirandis, *à n.*24. 155

Ejus devotio ad B. Virginem, *n.*27. *ibid.*

Vincit Caſtellanos in maximo prælio, *n.*30. 157

Primus Chriſtianorum bellum infert Sarracenis victor in Africâ, *n.*31. *ibid.*

Vindicat Euchariſtiam ; vide, *Euchariſtia.*

Moritur, *d. paragr.*3. *n.*35. 159

Ejus uxor, *n.*36. *ibid.*

Ejus deſcendentes, *ibid.* *ibid.*

Electus Rex cum qualitatibus prædeceſſorum, *l.*1. *c.*3. *n.*17. 197

& *c.*12. *n.*10. 408

Remunerator ſervitiorum, *l.*2. *c.*4. *n.*5. 512

Ioannes 2 Rex Luſitaniæ

Ejus religio, *l.*2. *c.*2. *n.*16. 502

Remunerator ſervitiorum, *d.l.*2.*c.*4.*n.*5. 513

Ioannes 3 Rex Luſitaniæ

Remunerator ſervitiorum, *l.*2. *c.*4. *n.*5. 513

Ioannes 4 Rex Luſitaniæ

Deſideratus à Luſitanis, *l.*3.*c.*1. *à n.*6. 545

Oblatam Coronam differt, *d.l.*3.*c.*2.*n.*2. 548

De eâ iterum conſiderat, *d.c.*2. *n.*5. 550

Delatam acceptat, *ibid.* *n.*9. 552

Rex acclamatur, *d.l.*3. *c.*3. 561

Acclamationem gratam habet, *d. c.*3. *n.*32. 578

Ulyſſipponem venit, *ibid.* *n.*33. *ibid.*

Coronatur, *ibid.* *n.*35. 580

Congregat comitia generalia, *n.*37. 581

Ab eis judicatur Rex, *ibid.* 582

Juratur, *n.*38. 583

Acclamatur in ditionibus Luſit. *à n.*40. 583

Reſuſcitavit Regnum, *l.*3. *c.*6. 602

Curat ne Caſtellani, ac Germani deficiant in Religione, *ib.* *c.*7. *n* 55. 638

Elogium de ejus virtutibus, *ibid.* *c.*10. *à n.*17. 704

Promiſſus fuit in vaticiniis, *append.* *c.*1. 709

Acclamatus vocibus mirandis, *ibid.* *c.*2. *n.*25. 760

Habet jus ad Regna Caſtellæ, *ib.c.*4. 769

Ioſephus Laynes

Author impudens, & ignarus *in cenſurâ poſt prologum.*

Iudex

Habet præſumptionem pro ſe, *l.*1. *c.*4. *n.*14. 204

Requiritur diſcretus in matrimoniis. Vide *Matrimonium.*

Eſt neceſſarius ad jus reddendum, *l.*2. *c.*1. *n.*1. 471

Quis ſit in cauſis Regnorum, *ib.* *à n.*2. *ibid.*

Judex ſibi nemo in contentioſis, *ib.n.*4. 472

Non poteſt judicare extra juriſdictionem, *n.*23. 489

Nec extra territorium, *n.*24. *ibid.*

Judices multi ſimul nominati, omnes debent ſententiæ intervenire, *n.*25. *ibid.*

Non poſſunt judicare ſine libello, *n.*29. 491

Judicem corrumpens ; vide, *Corrumpens.*

Iudicium

Conſtat ex quatuor perſonis *l.*2.*c.*1.*n.*4. 472

Habet dubium eventum, *ibid.* *n.*17. 480

Pervertitur timore, *ibid.* *n.*22. 487

Iuramentum

Servandum eſt, *l.*3. *c.*4. *n.*2. 587

Vi, aut metu, an obliget? *ibid.* *à n.*5. 588

Sine intentione an obliget? *ib.* *à n.*9. 590

Sine intentione an contineat peccatum? *n.*11. *ibid.*

In præjudicium alterius, an valeat? *n.*13. 591

In obligatione reciprocâ, quid? *n.*14. *ibid.*

Mutatione rerum qualiter ceſſet, *n.*15. 592

In præjudicium boni publici primarii an obliget? *ibid.* *ibid.*

In præjudicium religionis non valet, *n.*16. *ib.*

Iuriſdictio

Sæcularis poteſt eſſe in eccleſiaſtico, non è contra. *proœm.*2. *paragr.*2. *n.*29. 121

An præſcribatur? *l.*1. *c.*5. *n.*33. *& ſeq.* 227

Ius

Non variatur ex perſonis, *proœm.*2. *paragr.*2. *n.*30. 122

& *n.*31. 123

Variatur ex diverſitate rationis, *d. n.*31. 122

pag.

Jus civile an tolli poſſit à Principe? *ib. n.*33. 124
Gentium, an tolli poſſit? *ibid. n.*35. 125
Jus gentium, quale ſit, *d. n.*35. 126
Jus oritur ex facto, *in caſu ante lib.*1. 163
Jus idem ubi eadem ratio, *l.*1. *c.*2. *n.*1. 181
*& n.*12. 184
Adaptatur ad frequentiora, *d. l.*1. *c.*3. *n.*12. 196
Jus primogenituræ, an tranſmittatur? *d. l.*1. *c* 6. *n* 4. *maxime à n.*17. 245
Jus conditionale ex contractu tranſmittitur *ibid. n.*15. 244
Niſi in quibuſdam conditionibus, *ibid. n.*20. 247
Jus Repræſentationis. Vide *Repræſentatio.*
Jus de toto quo ad totum, eſt de parte quo ad partem, & è contra, *l.*1. *c.*9. *n* 24. 266
Jus commune quomodo ſit lex in Luſitaniâ, *ibid. n.*81. 301
Juris appellatione continetur dignitas, prærogativa, & omne, *ibid. n.*162. 343
Fruſtra eſt ſine Judicibus, *l.*2. *c.*1. *n.*1. 4,1
Jus hoſpitis, vide *Hoſpitalitatis* jus.
Jus poſtliminii, vide *Poſtliminium.*

L.

Laynes.
Vide, *Ioſephus* Laynes.

Legatio
Etiam à latrone miſſa, audiri debet, *l.*3. *c.*7. *n.*50. 635

Legatus
Eſt perſona quaſi ſacra, *l.*3. *c.*7. *n.*51. 637
Ejus offenſio eſt crimen læſæ majeſtatis, *ibid.* *ibid.*
Abutens dignitate poteſt puniri, *ibid.* 638
Inter plures legatos, qui præcedant, *append. c.*5. *à n.*2. 776

Legionis Reges
Vide, *Caſtellæ* Reges.

Legitima
Eſt quaſi debita deſcendentibus, *l.*1. *c.*6. *n.*13. 243

Legitimatio
Non poteſt fieri in præjudicium alterius, *l.*1. *c.*4. *n.*27. 208
Per reſcriptum eſt inventio Juſtiniani, *ibid. n.*29. 209
Vide alia verbo *Legitimatus* ſeq.

pag.

Legitimatus filius
Succedit patri, *l.*1. *c.*4. *n.*22. 206
Legitimatus à Papa non capit temporalia, *ibid. n.*24. 207
Legitimatus an ſuccedat colaterallibus? *n.*25. *ibid.*
Non ſuccedit in certis bonis, *n.*26. *ibid.*
Quando non veniat nomine filii. Vide, *Filius.*

Læſio
Enormiſſima cum reverentiâ, probat, interveniſſe metum, *l.*1. *c.*12. *n.*52. 425

Lex
Ni tota legatur, non probat, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*29. 78
Declaratur a principio, vel fine, *ib.* *ibid.*
Lex de ſucceſſione Luſitani Regni, vide *proœm.*2. *paragr.*2. *n.*42. 135
*& l.*1. *c.*12. *n.*1. 402
Lex una intelligitur, ſecundùm aliam, *l.*1. *c.*1. *n.*6. 169
Fit, & tollitur per conſuetudinem, *l.*1. *c.*3. *n.*18. 198
Quæ ad hoc conſuetudo requiratur, *ib. n.*19. *ibid.*
Lex non præſumitur ignorari, *ibid. n.*21. 199
Semper eſt in obſervantiâ, quamvis non veniat ejus caſus, *ibid.* *ibid.*
Legis forma. Vide *Forma.*
Lex, & teſtamentum eodem jure metiuntur, *d. l.*1. *c.*9. *n.*28. 269
Regni vicini eſt ſubſidiaria, *ib. n.*82. 302
Antiqua non cenſetur revocata, niſi clarè conſtet, *ibid. n.*110. 316
Non diſtinguens, non debet diſtingui, *n.*121. 319
An poſſit fingere impoſſibilia? *n.*177. 350
An poſſit duas ſimul ſpecialitates inducere? Vide *Specialitates.*
Lex quæ eſt in favorem Reipub; interpretatione adjuvanda eſt, *l.*1. *c.*12. *n.*21. 411
Pœnalis quando debeat extendi, *ibid. à n.*22. 413
Habens diverſos intellectus non allegatur, *n.*32. 417
Fundata duabus rationibus æqualibus, ſuſtinetur unâ, *l.*2. *c* 1. *n.*6. 473
Leges innovare, peſſimum eſt, *d. l.*2. *c.*4. *n.*8. 516

Libertas
rei præſumitur, *proœm.* 2. *paragr.* 1. *n.*33. 82

Linea

pag.

Linea

Separata conſtituitur à quolibet filio poſſeſſoris, *l.*1.*c.*6.*n.*4. 236
*maxime c.*10.*n.*2. 372
Primò attenditur in ſucceſſione, *d. c.*6. *n.*5. 237
Non relinquitur cùm ſemel in eâ ſucceſſio intravit, *d. c.*10.*n.*6. 374
Lineâ deficiente, quæritur melior ex ſequentibus, *ibid. n.*7. 375
Quæ ſit melior, *ibid.* *ibid.*

Lis

Inſtituta de Regno Luſitano, *l.*2.*c.*1. *à n.*15. 477
Litis eſt dubius eventus. Vide *Iudicium.*
Lite pendente attentatum. Vide *Attentatum.*
Litis conteſtatio conſtituit malam fidem. Vide *Fides.*
Litis conteſtatio cenſetur contra contumacem, *l.*3. *c.*5.*n.*8. 595

Longus ſermo

Condemnatur, *l.*1.*c.*1.*n.*19. 174

Ludus

Aliquandò convenit ſtudioſo, *l.*1.*c.*13. *n.*6. 435

Luna

Signum mirabile in acclamatione Regis *Ioannis* 4, *append. c.*2.*n.*27. 761

Luſitania

Et Lyſitania unde appelletur, *procem.*1. *paragr.*1 *à n.*2. 2
Deſcribitur, *ibid paragr.*2. 5
Quomodo ſit Hiſpania, *d. paragr.*2. *à n.*3. 6
Eſt caput, & corona mundi *ibid. n.*6. 8
Quando, & à quo primùm habitata, *paragr.*4. *n.*2. 24
A quibus deinceps habitata, *ibid. à n.*3. 25
Qui in eâ regnarunt, *paragr.*6. 53
Prima in orbe (Judeâ, & Samariâ exceptis) evangelium audivit, *paragr.*4.*n.*16. 33
Primum habuit templum Chriſtianum, *ibid.* 34
Prima provincia generali Chriſtiana, *ib.* *ib.*
Ditiſſima templis, *ibid. n.*17. *ibid.*
Patria ſpecialis Sanctorum, *n.*19. 36
Dedit, Europæ primum martyrem, primum anachoretam, primum confeſſorem canoniſatum ut hodie, *ibid.* 37
Gentibus fæcundiſſima, *n.*23. 41
Nunquam fuit Comitatus, *procem.*2. *paragr.*1.*n.*50. 91

Luſitani

Eorum nobilitas, *procem.*1.*paragr.*4.*à n.*2. 24
Scientia, *ibid. à n.*6. 25
Fortitudo, *ibid. à n.*9. 28
Religio, *à n.*15. 33
Primi Sancti Chriſtiani in terris gentilium, *n.*16. 34
Primi generaliter Chriſtiani, *ibid.* *ibid.*
Maximi fidei propagatores, *n.*18. 35
Ordinum religioſorum fundatores, & adjutores. *n.*18. 36
*& n.*19. 37
Omnibus præditi virtutibus, *n* 20. 38
Eorum dignitates extra patriam, *à n.*21. 39
Fideliſſimi, *d. procem.*1.*paragr.*5.*n.*10. 48
*& l.*3.*c.*7.*n.*57. 640
Odio habentur à Caſtellanis, *l.*1.*c.*12. *n.*57. 428
Miſerentur Caſtellanis, *ibid. à n.*59. 429
Abhorrent regimen Reipublicæ, *l.*3.*c.*1. *n.*7. 545
Juſtificati in conſcientiâ pro recuperandâ præſenti libertate, *ibid, n.*9. 546
*& c.*2.*n.*12. 554
*& c.*3.*n.*2, *ac* 3. 561
Eorum amor erga Regem *Ioannem* 4, *d. c.*3.*à n.*33. 579
Comparantur in religione cum Caſtellanis, *d. l.*3.*c.*7.*n.*31. 625
*& n.*57. 640
Eorum facinora in bello præſenti. Vide *Facinora.*
Eorum actio præclara in religione, *l.*3. *c.*9.*n.*23. 662
Eorum reverentia in templa apud hoſtes, *l.*3.*c.*10.*n.*4. 698

Luſitaniæ Rex

Habet Imperium latiſſimum, *procem.*1. *paragr.*3. 21
Ejus Imperii excellentia, *ibid. paragr.*5. 44
Fecit 28 Reges tributarios, *d. paragr.*5. *n.*3. 46
Habet vaſſallos eximiæ authoritatis, *ibid. à n.*4. *ibid.*
Habet maxima donativa, *n.*6. 47
Ejus reditus, *n.*11. 49
Auxilia amicis data à Regibus Luſitaniæ, *n.*13. 51
Prærogativæ divinitus eis data, *procem.*2. *paragr.* 2 *n.*45. 140
Auxilia ab eis, data Caſtellanis, *l.*1.*c.*12. *n.*60. 430.
Nunquam habuerunt auxilia à Caſtellanis, *ibid. n.*61. 431
Eorum nobilitas; vide *Nobilitas.*
Eorum zelus in Religione, *l.*2.*c.*2.*n.*16. 501

Virtutum

pag. | pag.

Virtutum remuneratores, *ibid. c.4.n.5.* 512
Quibus titulis olim, & modernè tractabantur à Summis Pontificibus, *append. c.5.n.27.* 786
& n.35. 790

Luſitanum Regnum
Omnium quæ perſiſtunt antiquius, *procœm. 1. paragr.6.n.2.* 53
Eius poſſeſſores ab orbe condito, *ibid. à n.3.* *ibid.*
Hodierni principium, *procœm.2. paragr.1.* 59
Nunquam fuit ſubiectum Caſtellæ, *à n.24.* 74
Erigitur in *Alphonſo 1, paragr.2.* 94
Fit cenſuarium Eccleſiæ Romanæ, *ibid. n.14.* 109
& vide l.1.c.1.à n.20. 174
Confirmatur à Papâ, *d. paragr.2. à n.15.* 110
Leges de eius ſucceſſione, *ibid. n.42.* 135
Fit cenſuarium B. Virgini, *ibid. n.44.* 138
& vide l.1.c.2.à n.12. 184
Defenditur, *d. procœm.2. paragr.3.* 144
Defertur fœminis, *l.1.c.3.à n.7.* 192
dummodo nubant Luſitano, *c.12. à n.1.* 402
Defertur per Repræſentationem, *c.9. à n.20.* 263
maxime à n.80. 301
Reſuſcitatum à Joanne 4; vide *Ioannes 4.*
Eius eventus vaticinati, *append. c.1. à n.2.* 710
Eius Symbolum; vide, *Aquila.*

Lyſitania, & *Lyſitani.*
Vide *Luſitania, Luſitani.*

M.

Magiſter
Debet ſcire quæ docet, *l.1.c.6.n.7.* 238
Nobilitatur per bonum diſcipulum, vide *Diſcupulus.*

Maioratus
Non venit ad legitimatum, *l.1.c.4.n.26.* 208
Nec ad naturalem, *ibid. n.32.* 210
Præfert maſculum fœminæ. Vide *Sexus.*
Præfert maiorem natu. Vide *Ætas.*
Ab eo ad Regnum, & è converſo valet argumentum; vide *Argumentum.*
Defertur ex Repræſentatione, *l.1.c.9. n.25.* 267
Non defertur ex dignitate, *l.1.c.13.n.8.* 436

Quomodo præſcribatur; vide *Præſcriptio.*

Mala fides
Vide. *Fides.*

Maria Dei mater
Luſitaniæ patrona, *procœm.2. paragr.2. n.44.* 138
Favet Regi Joanni 1, *ibid. paragr.3. n.27.* 155
Favet comeſtabili D. Nuno Alvarez, *l.1. c.2. n.7.* 183
& append. c.2. n.12. 758
Favet libertati Luſitaniæ, *d. n.12.* 757
& n.29. 762

Martyr
Primus Europæ Luſitanus, *procœm.1. paragr.4. n.19.* 37

Maſculus
Vide, *Sexus.*

Matrimonium
Ejus impedimenta affinitatis, olim, & hodie, *procœm.2. paragr.1. n.12.* 66
Ejus cauſa quot teſtes requirat. Vide *Teſtis.*
An admittat præſumptiones? Vide *Præſumptio.*
Ejus cauſa favorabilis, *l.1.c.4.n.7.* 201
ſed vide n.18. 204
An fama in eo probet? vide, *Fama.*
Requirit diſcretum Judicem, *d. n.18.* 205
Eius cauſa ad quem pertineat, *ib. n.19.* *ibid.*
An metu pœnæ poſſit reſtringi, vel præmio ſuaderi? *l.1.c.12.n.55.* 426
Ex matrimonio putativo filius; vide *Filius.*

Membra
Reguntur ad exemplum capitis. Vide *Exemplum.*

Mens
Magis attenditur quàm verba, *l.1.c.2. à n.17.* 187

Metus
Reverentialis tollit effectum actus, *l.1. c.12.n.50.* 424
Quid in delictis? *ibid.* *ibid.*
Quomodo probetur, *ibid. n.51.* 425
& l.3. c.4. n.7. 589
An annullet juramentum? vide *Iuramentum.*

Michael de Aguirre.
Vide *Aguirre.*

Miraculum
Imaginis Chriſti in Indiâ applicatum acclamationi Joannis 4, *append. c.1. n.47.*

pag.

*n.*47. 728

Vocis acclamantis Joannem, *ibid. c.*2. *n.*25. 760

Miranda

Circa acclamationem Joannis 4, *append. c.*1 .*n.*70. 745

*& c.*2. *ex n.*11. 756

Modus

Nubendi, vel non cum certis, an valeat? *l.*1. *c.*12. *n.*55. 427

Monachum

Non facit habitus, ſed profeſſio, *l.*1. *c.*14. *n.*38. 459

Monaſterium Alcobacæ.

Vide, *Alcobaca.*

Mulier.

Vide, *Fœmina.*

N.

Natura

Ad eam facilis eſt regreſſus, *l.* 1. *c.*3. *n.*4. 191

Naturalis

Filius quibus ſuccedat *l.*1. *c.*4. *à n.*30. 210

Non reputatur de familiâ patris, *ibid. n.*32. *ibid.*

Non ſuccedit in certis bonis, *ibid.* *ibid.*

Quando non veniat appellatione filii. Vide *Filius.*

Naturalis Regni debet eſſe Rex. Vide *Rex.*

Naturalis ſolùm admittitur ad officia, & beneficia, *l.*1. *c.*12. *n.*7. 406

Naturalis Regni quis dicatur, *ibid.* 407

*latius à n.*26 *maxime à n.*30. 415

Naturalis defenſio; vide, *Defenſio.*

Nepos, Neptis

In causâ Repræſentationis agit de damno vitando, *l.*1. *c.*9. *n.*67. 295

Vincit patruum in ſucceſſione primogeniorum, *ibid. à n.*5. 295

Quamvis minor ætate, *ibid. n.*175. 350

Idem de nepti, *ex n.*157. 343

Nobilitas

Nobilitas Luſitanorum, *procœm.*1. *paragr.* 4. *n.*2. 24

Nobilitas eſt duplex, *l.*1. *c.*13. *n.*9. 436

Nobilitas Ducum Bragantiæ, *ibid.* *ibid.*

Regum Luſitaniæ, *ibid. à n.*10. 437

Nomen

Rei de quâ agitur intelligi debet, *procœm.* 1. *paragr.*1. *n.*1. 2

pag.

Debet rebus convenire, *l.*1. *c.*14. *n.*37. 459

Notabilia

Non cenſentur omiſſa, *l.* 1. *c.*9. *n.*87. 305

Notabilia de futuris eventibus Luſitaniæ, *append. c.*1. *à n.*55. 735

*& c.*2. *à n.*9. 756

Notorium

Per ſolam allegationem eſt probatum, *l.*2. *c.*1. *n.*24. 489

Nova

Debent ſcribere ſcriptores, *l.*1. *c.*4. *n.*33. 211

Nunius Alvarez Pereira Comeſtabilis Luſitaniæ

Victor Caſtellanorum ſemper, *procœm.*2. *paragr.*3. *n.*32. 158

Ejus devotio, *ibid. n.*33. *ibid.*

Progenitor Domus Bragantiæ. *n* 34. 159

Miſeretur Caſtellanorum, *l.*1. *c.*12. *n.*60. 430

Depictus in vexillis Luſitaniæ juſſu Regis, *l.*2. *c.*4. *n.*5. 513

Moritur monachus, *append. c.*2. *n.*12. 758

O.

Obedientia

Faciliùs redditur ei, cujus patri fuit reddita, *l.*1. *c.*3. *n.*11. 195

Obedientiſſimus Eccleſiæ Romanæ

Cognominatur Rex Luſitaniæ, *append. c.*5. *n.*27. 786

Obligatio

Reciproca tollitur ex unâ parte, ſublatâ ex aliâ, *l.*2. *c.*3. *n.*15. 510

Officia

Solis naturalibus poſſunt dari. Vide, *Naturales.*

Oleum

In unctione Regum quid ſignificat, *append. c.*5. *n.*25. 784

Ophir

Erat in Luſitaniâ, *procœm.* 1. *paragr.* 2. *n.*20. 18

Opinio

Diſtinguens cenſetur melior, *procœm.* 2. *paragr.*1. *n.*7. 63

Item concordans, *l.*1. *c.*5. *n* 45. 233

Communis quæ ſit, remiſſivè, *l.*1. *c.*6. *n.*23. 248

*& c.*14. *n.*31. 456

Opinio Doctoris; vide, *Doctor.*

pag.
Communis eſt in Luſitaniâ lex ſubſidiaria, *l.1.c.9.n.*163, & 165. 344
Communis reputatur vera, *d.n.*165. *ibid.*

Oppida
Luſitaniæ, *procem.*1. *paragr.*2.*n.*17. 16

Orationes ad Deum
Sunt exercitus contra hoſtes, *append. c.*2. *n.*6. 755

Ordines religioſi
Fundati vel in fundatione juvati à Luſitanis, *procem.*1. *paragr.*4. *n.*18. 36
& *n.*19. 37
& *n.*21. 39

P.

Pactum
De hæreditate viventis non valet, *l.*1. *c.*5.*n.*19. 221
De ſucceſſione ſanguinis, valet, *ibid.* *ibid.*

Pagus
Quot pagi in Luſitaniâ, *procem.*1. *paragr.* 2.*n.*17. 16

Papa
Unde inceperit Reges confirmare, *procem.* 2. *paragr.*2. *à n.*20. 114
An habeat juriſdictionem in temporalibus? *ibid. à n.*23. 117
Habet omnem juriſdictionem in eccleſiaſticis, *n.*25. *ibid.*
Aliquando proceſſit contra Reges, *n.*27. 118
Intendit omnibus jus conſervare, *n.*31. 122
Eius confirmatio, vel protectio in formâ communi, aut ſpetiali, quid, *n.*38. 130
Laudatur, *n.*40. 132
Eius excellentia, *l.*1.*c.*1.*n.*1. 166
Eſt ex electione, & quare, *d.l.*1.*c.*3. *n.*13. 196
Non poteſt legitimare ad temporalia, *ibid. c.*4.*n.*24. 207
Niſi in caſu de quo, *c.*5.*n.*43. 231
Non poteſt diſpenſare in pluralitate uxorum, *d. c.*5.*n.*44. 232
Quomodo diſponat in matrimonio impedito de jure divino, *ibid.* *ibid.*
An ſit Judex inter Reges? *l.*2.*c.*1. *à n.*10. 475

Pater
Eſt idem cum filio. Vide *Filius.*
Tenetur filiam dotare, *procem.*2.*paragr.*1. *n.*44. 88
Eius amor maximus. Vide *Amor.*
Magis filiis laborat quàm ſibi, *l.*1. *c.*3. *n.*10. 195
Eius dictum multum valet in filiatione probandâ, *d.l.*1.*c.*4.*n.*12. 202

Patruus
Vincitur à nepote in primogeniis. Vide *Nepos.*

Peccatum
Augetur ex perſiſtentiâ per longum tempus, *l.*3.*c.*5.*n.*21. 601

Pœna
Intereſt Reipublicæ, *l.*2.*c.*4.*n.*4. 512

Penſio
Solvitur de re alienâ, *l.*1.*c.*1.*n.*27. 179
Aliquando ſumitur pro cenſu, *l.*1.*c.*2. *n.*21. 189

Perſonalia
Extinguntur cum perſonâ, *l.*1.*c.*9.*n.*149. 339
*maxime à n.*173. 349

Petrus de Rates Sanctus
Luſitanus primus martyr Europæ, *procem.* 1.*paragr.*4 *n.*19. 37

Philippus 2 Rex Caſtellæ
Eius prætenſio ad Luſitaniam refutata, *l.*1. *à c.*9. *cum ſeqq.* 258
Confeſſus eſt jus Domus Bragant. *d.l.*1. *c.*14. *à n.*2. 441
Eius violentia in occupando Luſitaniam, *ibid. n.*5. 442
Diffidit in cauſâ de Summo Pontifice, *n.*15. 446
Non habuit Doctorem pro ſe, *n.*17. 448
Qui hodie ſcribunt pro eo illuduntur, *à n.*18. *ibid.*
Prohibuit allegationes pro Duce Brigantiæ publicari, *n.*46. 466
Recuſavit judicium, & quare, *l.*2.*c.*1. *à n.*16. 478
Peccavit recuſando, *ibid. n.*18. 480
Oſtendit propriam iniuſtitiam, *à n.*21. 487
Parat exercitum contra Luſit. ſimulato Religionis titulo, *n.*26. 494
Iniuſtis mediis detinet Luſit. *d. l.*2. *c.*2. 494
Simulat cauſam Religionis ad proprium intereſſe, *l.*3.*c.*7.*n.*25. 621
Quæ damna intulit Religioni, *ib. n.*27. 622
Mortuus ex morſu vermium, *append.c.*1. *n.*43. 724

Philippus 4 Rex Caſtellæ
Non ſervavit pacta iurata cum Luſitaniâ, *l.*2.*c.*3. 505
Malum regimen ſub eo, *ibid. c.*4. 510
Tyrannis miniſtrorum eius, *c.*5. 519
Eius miniſtri offendebant Religionem, *c.*6.

pag.

c.6. 530

Volebat extinguere Luſitanos, *c.7.* 534

Juvavit hæreticos contra eorum Regem Chriſtianiſſimum, *l.3. c.7. n.27.* 623

Fecit fœdus cum Sarracenis contra Luſitanos, *ibid, & n.57.* 639

Piſces

Optimi in Luſitaniâ, *proœm.1. paragr.2. n.15.* 15

Pompeius

Appellatus, Magnus, quòd ſuperaverit Luſitanos, *proœm.1. paragr.4. n.12.* 30

Pontifex Summus.

Vide, *Papa.*

Populus

Eligit in Regno vacante, *proœm.2. paragr.2. n.4.* 146

Facilius obedit ei, cuius patri obedivit, *l.1. c.3. n.11.* 195

Populi Luſitani prætentio in cauſâ de quâ agimus, *l.1. c.3.* 190

Populi vox vana; vide. *Vox.*

Portugallia

Unde appellatur, *proœm.1. paragr.1. n.6.* 4

Alia vide, verbo, *Luſitania.*

Poſſeſſio

Facit præſumptionem, *proœm.2. paragr.1. n.45.* 88

Civiliſſima ſine actu tranſit ex lege in ſucceſſorem, *l.3. c.5. n.20.* 601

Poſſeſſor

Malæ fidei debet fructus ab occupatione, *append. c.4. n.13.* 774

Violentus debet eos qui poſſent percipi, *ibid.* *ibid.*

Poſſidere

Unuſquiſque intelligitur nomine proprio, *proœm.2. paragr.1. n.33.* 83

Diſtinguitur à, detinere, *l.3. c.5. n.21.* 601

Poſtliminium

Reſtituit omnia, *append. c.5. n.23.* 783

Practica

Eſt intellectrix, & lumen, *proœm.2. paragr.1. n.45.* 88

& l.1. c.3. n.20. 199

& c.5. n.16. 220

& c.11. n.4. 387

Præceptor.

Vide, *Magiſter.*

Præfatio

In libris eſt neceſſaria, *proœm.1. in princ.* 1

Præmia

Sunt de utilitate publica, *proœm.2. paragr.2. n.36.* 127

pag.

Vide latiùs *l.2. c.4. n.4.* 511

Luſitanis dari ſolita à Regibus ſuis, *d. c.4. n.5.* 512

Præſcriptio

Qualis currat contra Eccleſiam, *l.1. c.1. n.18.* 173

Nulla currit cum malâ fide, *ibid. c.5. n.31.* 226

& l.3. c.5. n.31. 593

Fides autem quæ & quomodo? Vide *Fides.*

Præſcriptio immemorialis eſt centum annorum, *l.1. c.5. n.33.* 227

Immemorialis, cuncta acquirit, *ibid.* *ibid.*

Facit præſumere omnia neceſſaria, *ibid. & n.40.* 230

Præſcriptio cur, & contra quos introducta, *n.35.* 228

& l.3. c.5. n.14. 598

Qualis nota Juris conſultis olim, *d. l.1. c.5. n.38.* 229

Centum annorum requiritur ad Regnum, *l.3. c.5. n.11.* 596

Quomodo procedat in maioratu, *ibid. n.12.* 597

Non currit contra impeditum, & quomodo, *ibid. n.14.* 599

Præſumptio

Juris transfert onus probandi in adverſarium, *proœm.2. paragr.1. n 36.* 83

Eſt pro probatione inſtrumentali, *ibid. n.40.* 86

Præſumptio ex quibus oriatur, *à d. n.40. cum ſeqq.* *ibid.*

& l.1. c.1. n.28. 179

An probet in matrimonio? *l.1. c.4. n.6.* 201

Imparis qualitatis eſt fortiſſima contra probationem matrimonii, *ib. n.11.* 202

Primatus

Eccleſiæ Hiſpaniarum in Luſitaniâ *proœm. 1. paragr.4. n.16.* 34

Primogenitura

Vide, *Ius* primogenituræ.

Primogenitus

Quale jus habeat, *l.1. c.6. n.21.* 247

Quomodo jus transferat ſuccedendi, *l.1. c.10. à n.4.* 373

An transferat primogenituram? vide, *Ius primogenituræ.*

Primogenium.

Vide, *Maioratus.*

Princeps

Intelligitur liberè donare. Vide, *Donatio.*

Eſt

pag.
Eſt lex animata, *procem.* 2. *paragr.* 2. *n.*33. 124
An poſſit tollere dominia de jure civili? *ibid.* *ibid.*
An dominia de jure gent. *ibid. n.*35. 125
Unus non eſt capax maximi Imperii, *n.*37. 127
Eſt ſecuritas ſubditorum, *ibid.* 129
Totus eſt in curá publici, ſi eſt bonus, *ibid.* *ibid.*
Non poteſt ſibi eſſe Judex, *l.*2. *c.*1. *n.*5. 472
Obligatur legibus *ibid.* *ibid.*

Privilegium

Non extenditur, *l.* 1. *c.*9. *n.*10. 262
ſed vide *n.*50. 285
Faciliùs tollitur quàm jus commune, *ibid. n.*13. 263
Privilegia Luſitanorum rupta à Caſtellanis, *l.*2. *c.*3. 505

Probatio

Incumbit Actori, *procem.* 2. *paragr.* 1. *n.*35. 83
Inſtrumentalis verificatur in præſumptione legis, *ibid. n.*40. 86
Melius eſt nimis probare, quàm parùm, *l.*1. *c.*2. *n.*2. 181
Legitima probatio fit per duos teſtes, *l.*1. *c.*4. *n.*3. 200
Interpretatur contra producentem, *l.*2. *c.*9. *n.*9. 499
Maior requiritur contra Reum magis illuſtrem. Vide *Reus.*

Procurator

Obligat mandantem, *l* 2. *c.*3. *n.*14. 509

Procemium.

Vide, *Præfatio.*

Propheta, Prophetia.

Prophetæ remunerati à Principibus, *append. c.*1. *n.*56. 736
Prophetant aliqui neſcientes quid dicant, *ibid. n.*78. 749
Prophetia poteſt eſſe ſine ſanctitate, *ibid. n.*55. 735
Aliquæ, de Luſitanis eventibus intellectæ, *n.* 2. 710
Aliæ de præſenti libertate à Luſitanis obtentá, *à n.*3. 711
Aliæ de futuris eventibus Luſitaniæ, *ibid. c.*2. 753

Proteſtatio

Conſervat jus, *l.*3. *c.*4. *n.*9. 590
Oſtendit animum, *ibid.* *ibid.*

Publica utilitas.

Vide, *Vtilitas.*

pag.

Q.

Qualificatum

An comprehendatur in diſpoſitione generali exorbitanti? *l.*1. *c.*9. *n.*11. 262
*maximè à n.*52. 286

Qualitas

Perſonæ facit præſumptionem, *procem.*2. *paragr.*1. *n.*42. 87
Dignitatis. vel ſimilis non dat præcedentiam ad ſucceſſionem maioratus, *l.* 1. *c.*13. *n.*8. 436
Requiſita intelligitur de tempore actus, *append. c.*5. *n.*32. 789

R.

Rainuntius

Princeps Parmæ agit de Coroná Luſitana, ſed meritò excluditur, *l.*1. *c.*6. 235

Ratio

Diſſimilis inducit jura diſſimilia, *procem.* 2. *paragr.*2. *n.*31. 122
Eadem redit jus idem, *l.*1. *c.*2. *n.*1. 181
& *n.*12. 184

Reciproca obligatio.

Vide, *Obligatio.*

Reges, Rex

Hiſpaniæ, vel Caſtellæ. Vide *Caſtellæ Reges.*
Luſitaniæ; vide, *Luſitania.*
Galliæ; vide, *Galli.*
Viginti & octo Luſitano tributarii, *procem.* 1. *paragr.*5. *n.*3. 46
Multi in Hiſpaniis Regna diviſerunt inter filios, *procem.*2. *paragr.*1. *n.*46. 75
Unde cæperint à Papis confirmari, *ibid. paragr.*2. *à n.*20. 114
A quibus ſolebant ungi, *ibid. n.*22. 116
An ſubjiciantur Papæ in temporalibus? *ibid. à n.*23. 117
Habent juriſdictionem à Deo, *n.*29. 120
Non poſſunt relinquere Regnum cui velint *l.*1. *c.*1. *n.*7. 169
Multi Eccleſiæ Romanæ cenſuarii, *d.c.*1. *n.*26. 178
Aliqui cenſuarii monaſteriis, *d. l.*1. *c.*2. *n.*12. 185
Non poſſunt legitimare in præjuditium alicujus, *ibid. c.*4 *n.*27. 208
Poſſunt cum causá exhæredare filios à

pag.

Regno, *ibid. c.5. n..17.* 220

Regis filius natus antequam pater regnet, an præferatur poſtea nato? *d. c.5. n.37.* 228

& n.46. 233

Reges Hiſpaniæ ſuum juſtè fecerunt quod ceperunt à Sarracenis, *d. l. 1. c.8. n.8.* 255

Rex debet eſſe naturalis, *ibid. c. 12. à n.2.* 403

Rex quid ſit in Regno, *ibid.* *ibid.*

Non debet habere multa Regna, *d.c.12. n.62.* 431

Non dicitur ante ſolennem acclamationem, *l.2.c.1.n.7.* 474

Non attendens judicium circa ſucceſſionem Regni dubiam, peccat, *ibid. n.* 18. 480

Unde dicatur, & quis verè ſit Rex, *d.l.2. c.4. n.1.* 510

Regi debetur maxima obedientia, *d.c.4. n.2.* *ibid.*

Eius excellentia, *ibid.* 511

Quando poſſit expelli ob malum regimen, *ibid.* *ibid.*

Poteſt expelli causâ Religionis Catholicæ, *d. l.2. c.6. n.3. maxime n.14.* 534

Reges converſi ad Chriſtum ſub auſpiciis Joannis 4, *l.3. c.6. n.10.* 605

Regum maior dignitas unde ſumatur, *append. c.5. à n.5.* 777

Omnes ungi poſſunt, *ibid.n.25.* 783

Hiſpaniarum Reges quare non ungantur, *d. n.25.* 785

Regnum

Luſitanum; vide, *Luſitanum Regnum.*

Regnum debet eſſe mediocre, *proœm. 1. paragr.2. n.37.* 127

Vacans, remanet electioni populi, *ibid, paragr.3. n.4.* 146

Mortuo Rege, pertinet ad ſucceſſorem ex lege, *l.1. c.1. n.7.* 169

Regna multa Eccleſiæ Romanæ cenſuaria, *d. c. 1. n.26.* 178

Alia cenſuaria monaſteriis, *c.2. n.12.* 185

An deferantur melius ex electione, vel ex ſucceſſione, *ibid. c.3. n.6, maxime n.10.* 195

Veniunt regulariter ad fæminas; vide, *Fæmina.*

Non ad filios legitimatos, *l. 1. c. 4. à n.24.* 207

Nec ad naturales, *ibid. à n.31.* 210

An deferantur jure hæreditario, vel ſanguinis? *c. 5. à n.4. maxime à n.12.* 218

Veniunt ad collaterales ex Regiâ Domo uſque ad in infinitum. *ibid. n.7.* 214

And deferantur per Repræſentationem? Vide, *Repræſentatio.*

Præſcribuntur, *d. c.5. n.35.* 227

ſed quomodo; vide, *Præſcriptio.*

Sunt indiviſibilia, *d. c.5. n.12.* 263

In cauſis Regnorum quis Judex, *l.2. c.1. à n.2.* 471

A Regno ad maioratum, & è contra valet argumentum. Vide, *Argumentum.*

Religio

Luſitanorum, *proœm. 1. paragr. 4. à n.15.* 33

& l.2. c.2. n.16. 501

Peribat per occupationem Luſitaniæ à Caſtellano, *l.2. c.6. n.2.* 530

Luſitanorum, & Caſtellanorum comparatur, *l.3. c.7. n.31.* 625

& n.57. 640

Religionis Luſitanæ actiones præclaræ, *d. l.3. c.9. n.23.* 662

& n.49. 675

Religioſi ordines.

Vide, *Ordines.*

Remedium

Extraordinarium non datur, ubi eſt ordinarium, *l.1. c.9. n. 111.* 316

Repetitio

Verborum; vide, *Verba.*

Repræſentatio

In quo gradu datur, *l.1. c.6. n.8.* 239

Quid ſit, *ibid. c.9. n.5.* 259

Quis ejus effectus, *ibid.* *ibid.*

Quare inducta, *ibid.*

An admittatur in ſucceſſione ſanguinis? *d. c.9. n. 8. maxime à n. 25.* 267

An in Regnis? *ibid. à n.6. maxime à n.20.* 265

An in habitis ex conceſſione Dominica? *ibid. n.9.* 261

adde tamen n.48. 284

Datur in feudis, *n.97.* 309

An in hæreditate indiviſibili? *n. 12. maxime n 54.* 286

Eſt generaliter inducta pro ſucceſſionibus ab inteſtato, *n.22.* 265

An apud Luſitanos detur in bonis provenientibus ex Regiâ Coronâ? *n.75.* 300

pag.

& vide n.99. 310
An in emphiteuſi apud Luſitanos? *n.76, maxime n.*101. 312
Eſt privilegium, *n.*10. 262
ſed vide *n.*50. 285
Eſt fictio, *ibid.*
Fundatur æquitate, *n.*13. 262
& n.56. 287
An ſit nova inſtitutio Juſtiniani? *n.56.* 288
*& n.*110. 315
Non cenſetur excluſa, ni ſi claris verbis, *n.*105. 314
An detur inter filios fratrum, ſine concurſu patrui? *à n.*109. 315
An cum gradu tribuat qualitatem Sexus? *à n.*147, *maxime à n.*157. 343

Res

Præſumitur libera, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*33. 82

Reſtituere

Eſt pluſquam dare, *append. c.*2. *n.6.* 755

Reverentia.

Vide, *Metus* reverentialis.

Reus

Abſolvitur, non probante Actore, *proœm.* 2. *paragr.*1. *n.*35. 83
Illuſtrior debet habere contra ſe maiorem probationem, ut condemnetur, *l.*2. *c.*5. *n.*19. 529
Eum excuſat, vel accuſat fama; vide, *Fama.*

Romani

Habuerunt leges à Græcis, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*26. 75

Roſendus Sanctus

Luſitanus primus Confeſſor canoniſatus hodiernis ſolennitatibus, *proœm.* 1. *paragr.*4. *n.*19. 37

S.

Sacerdos

An ſuccedat in feudo, *l.*1. *c.*1. *n.*29. 180

Sacra

Ultimum delinquentibus refugium, *l.*3. *c.*4. *n.*1. 587
Sacra anchora quare dicatur, *ibid.* *ibid.*

Sal

In Luſitaniâ multus, & optimus, *proœm.* 1. *paragr.*2. *n.*14. 15
*& n.*22. 19

Sancti

Primi in terris gentilium fuerunt Luſitani, *proœm.*1. *paragr.*4. *n.*16. 34

Sanguis.

Sanguinis ſucceſſio, vide, *Succeſſio.*

Saxa

Miranda circa acclamationem Regis Joannis 4, *append. c.*1. *n.*72. 746

Scientia

Luſitanorum, *proœm.*1. *paragr.*4 *à n.6.* 25
Ad ſcientiam multum facit temperamentum corporis & aeris *ibid.* 26

Scriptor

Laudatur etiam ex nobilitate, *l.*1. *c.*14. *n.*29. 455

Scriptura

Tota edi debet, aliàs non probat, *proœm.* 2. *paragr.*1. *n.*29. 78
Declaratur à principio, vel à fine, *ib.* *ibid.*
Probat contra producentem, *l.* 2. *c.* 2. *n.9.* 498

Scutum armorum.

Vide, *Inſignia.*

Sebaſtianus Rex Luſitaniæ

Dubium de ejus morte, *proœm.*2. *paragr.* 3. *n.*36. 160
Ejus religio, *l.*2. *c.*2. *n.*16. 502
Remunerator virtutis, *l.*2. *c.*4. *n.*5. 514

Sententia

Non facit jus ad ſimilem cauſam, *l.* 1. *c.*9. *n.*144. 338
Non poteſt proferri ſine libello partis, *l.*2. *c.*1. *n.*29. 491
Non valet ſine litis conteſtatione, *ib.* *ibid.*
Non ſervato ordine judiciorum, eſt nulla, *ibid. n.*30. 492
Item contra partem inauditam, *ib.* *ibid.*
Sine ſcriptis eſt nulla, *n.*33. *ibid.*
Quomodo poſſit recitari per non Judicem, *n.*35. 493
Debet recitari vivente Judice, *ibid.* *ibid.*
Sententia pro Rege Luſit. Joanne 4, *l.*3. *c.*3. *n.*37. 582

Servitus

Non præſumitur, *proœm.*2. *paragr.*1. *n.*33. 83

Sexus

Maſculinus præfertur fæminino in maioratibus, *l.*1. *c.9. n.*3. 258
vide limitationes *n n. ſeqq.*
Inſpicitur poſt lineam, & gradum, *l.*1. *c.*10. *n.*8. 375
Sexus differentia in ſucceſſionibus eſt ſublata, *ibid. c.*11. *n.*4. 388
ſed durat in individuis, *ibid.* *ibid.*

Si particula

Quid ſignificet, *l.* 1 *.c.9. n.86.* 304

pag.

Significatio

Vide, *Verba.*

Silentium

Longum arguit dolum in querellâ ſuperveniente, *procem.2. paragr.1.n.46.* 90

Siri.

Vide, *Victorius* Siri.

Spetialitates

Plures an poſſint concurrere? *l.1.c.9. n.151. maxime à n.180.* 352

Statuta

Tota producenda ſunt; vide, *Lex.*

Contra jus commune, quomodo interpretanda, *l.1.c.9. n.194.* 359

& c.12.n.34. 417

Stemmata.

Vide, *Inſignia.*

Subrrogatus

Sapit naturam ejus, cui ſubrogatur, *l.1. c.3.n.17.* 194

& c.9.n.158. 342

Succeſſio

Vel, electio an ſit melior in Regnis? Vide *Regnum.*

Succeſſio Regnorum; vide, R*egnum.*

Sanguinis, & hæreditaria in quo differant, *l.1.c.5.à n.4.* 214

& à n.17. 220

Succeſſio in dubio, intelligitur hæreditaria, *ibid. n.15.* *ibid.*

Hæreditaria defertur ex Repræſentatione, *n.21.* 222

Sanguinis an deferatur proximiori Inſtitutoris, vel ultimi poſſeſſoris? *n.27.* 224

Aſcendentium tranſmittitur, *d.l.1.c.6. n.11.* 242

Sanguinis an admittat Repræſentationem? Vide, R*epræſentatio.*

Succeſſores

Omnes intelliguntur nomine hæredis, *l.1.c.3.n.3.* 191

Etiam fœminæ, *ibid. n.8.* 194

Ex jure ſanguinis non tenentur ad debita prædeceſſoris, *c.5.n.13.* 218

Summus Pontifex.

Vide, *Papa.*

Super

Aliquando ſignificat, ultra, *append. c.1. n.37.* 721

T.

Tareſia

Primogenitrix Regum Luſitaniæ filia legitima Regis Alphonſi 6, *procem.2. paragr.1.à n.5.* 61

Vera hæres Regnorum Legionis, & Caſtellæ, *ibid. ex n.21.* 71

Temperamentum

Aeris, & corporis facit ad ſcientias, *procem.1. paragr.4. n.6.* 26

Calidius eſt aptius, *ibid.* *ibid.*

Templum

Primum Chriſtianum in Luſitaniâ, *procem. 1. paragr.4. n 16.* 34

Templa plurima ditiſſima in Luſitaniâ, *ibid. n.17.* *ibid.*

Tempus

Futuri tractus non ſpectat ad Judicem, *l.1.c.11.n.10.* 390

Non currit impedito ad agendum; & quomodo, *l.3.c.5.à n.14.* 599

Breve non conſideratur, *append. c.1. n.52.* 733

Teſtamentum

Et lex, eodem jure cenſentur, *l.1.c.9. n.28.* 269

Teſtes

Debent eſſe concordes, *procem.2. paragr. 1.n.38.* 85

Duo probant, *l.1.c.4.n.3.* 200

De credulitate, an probent in matrimonialibus, *ibid. n.4. maximè n.15.* 204

De auditu non probant etiam in matrimonio, *n.13.* 203

Vacillans, & ſe emendans nil valet, *ib.* *ibid.*

Deponens inveriſimile reputatur falſus, *n.14.* *ibid.*

Inferioris qualitatis non eſt bonus, *ib.* *ibid.*

Debent ſubtiliter examinari, *ib.* *ibid.*

Eorum fides ab arbitrio Judicis, *ib.* *ibid.*

An in matrimonio requirantur maiores exceptione, *ibid.* 204

Non juratus, non probat, *n.15.* *ibid.*

Theodoſius 2 Dux Bragantiæ

Ejus generoſitas, *l.2.c.2.n.11.* 499

Theodoſius 1

Juratus Luſitaniæ Princeps, *l.3.c.3. n.39.* 583

Thomas S. Apoſtolus

Prophetiſavit de Regno Luſitaniæ, *append. c.1.n.43.* 723

Tituli

Præſumuntur in præſcriptione immemoriali, *l.1.c.5.n.33.* 227

Regum Caſtellæ; vide, *Caſtella.*

Regum Luſitaniæ; vide, *Luſitania.*

Regum Galliæ; vide, *Galli.*

Titulares

pag.

Titulares

Quot in Luſitaniâ, *prooem.* 1. *paragr.* 2. *n.* 19. 17

Tranſactio

Aliquando vocatur donatio, *l.* 1. *c.* 2. *n.* 20. 189

Tranſmiſſio

Ejus materiam, vide, *l.* 1. *c.* 6. *à n.* 11. 241

Tyrannus

Quomodo probetur, *l.* 2. *c.* 5. *n.* 15. 526

& vide n. 19. 529

Etiam in intentione, punitur, *d. n.* 15. 526

An poſſit occidi? *n.* 16. 528

Poteſt expelli, *n.* 17. 529

Ejus conſuetudo, *l.* 3. *c.* 7. *n.* 5. 611

V.

Variatio

Reprobatut, *prooem.* 2. *paragr.* 1. *n.* 38. 85

Vaſſallus feudi.

Vide, *Feudatarius.*

Venditio

Munerum, & gratiarum, peſſima in Republicâ, *l.* 2. *c.* 4. *n.* 6. 514

Verba

Quomodo intelligenda, *l.* 1. *c.* 2. *n.* 13. *maxime à n.* 17. 187

Dant nomen contractui, *d. n.* 13. 185

Repetita multam vim habent, *ib. n.* 14. 186

Ambigua, contra quem intepretanda, *ibid. n.* 15. *ibid.*

Veritas

Quid ſit, & ejus vis, *l.* 1. *c.* 13. *n.* 1. 441

Vicinus

Præſumitur ſcire facta vicini, *l.* 1. *c.* 5. *n.* 40. 230

Victoria

Luſitanorum contra Caſtellanos in bello præſenti, *l.* 3. *c.* 9. 651

Victorius Siri

Hiſtoricus non verus, *in cenſurâ poſt prolog.*

Vincere

Si vincam vincentem te, à fortiori vincam te, *l.* 1. *c.* 7. *n.* 4. 251

pag.

Viriatus

Luſitanus triumphator Romanorum, *prooem.* 1. *paragr.* 4. *n.* 12. 29

Vis

Vi capiens amittit jus, vel, ſi non habet jus, æſtimationem, *l.* 2. *c.* 1. *n.* 20. 486

Vim vi repellere licet, etiam contra ſuperiorem, *l.* 2. *c.* 7. *n.* 14. 539

Vis in juramento; vide, *Iuramentum.*

Vis quomodo probetur, *l.* 3. *c.* 4. *n.* 7. 589

Vi poſſidens; vide, *Poſſeſſor.*

Vlyſſes

Fundavit Ulyſſipponem, *prooem.* 1. *paragr.* 2. *n.* 11. 12

Vlyſſippo

Fundata ab Ulyſſe; vide, *Vlyſſes.*

Ejus laudes, *prooem.* 1. *paragr.* 2. *n.* 17. 16

Vnctio

Variorum Regum à quibus fiebat, *prooem.* 2. *paragr.* 2. *n.* 22. 16

Omnia ferè circa unctionem Regum, vide *in append. c.* 5. *n.* 25. 783

Voluntas

Declaratur factis; vide, *Factum.*

Non trahitur ad ignota, *l.* 1. *c.* 5. *n.* 14. 219

Vox

Populi vana, *l.* 1. *c.* 4. *n.* 36. 212

ſed aliquando Dei, *append. c.* 1. *n.* 62. 714

Vox communis; vide, *Fama.*

Miraculoſa acclamat Joannem 4, *append. c.* 2. *n.* 25. 760

Vſucapio

Aliquando dicitur uſurpatio, *l.* 1. *c.* 2. *n.* 20. 189

Cætera vide, verbo, *Præſcriptio.*

Vſurpatio.

Vide, *Vſucapio.*

Vtilitas

Publica, privatam præcedit, *prooem.* 2. *paragr.* 2. *n.* 37. 129

Vulgus

Non habet rationem, *l.* 2. *c.* 6. *n.* 1. 530

Vxores

Duas non habere, eſt de jure divino, *l.* 1. *c.* 5. *n.* 44. 232

Uxor tranſit in familiam viri, *l.* 1. *c.* 11. *n.* 6. 388

FINIS.